C. I. F. 1. 28

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LXII
F
28
NAPOLI

LXII- F. 28

PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS, SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS CONSILIARII, HISTORIOGRAPHI AC BIBLIOTHECARII, COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI LIBER TERTIVS.

NAPOLI

B. R. NEAPOLI



VINDOBONÆ, Typis Matthæi Coſmerovij, Sac. Caſ. Majeſt. Typogr.
ANNO M. DC. LXX.

IMP. CÆS.
LEOPOLDO I.
DIVI FERDINANDI III. F.
AVGVSTO:
PIISSIMO FORTISSIMOQVE PRINCIPI:
VICTORI AC TRIVMPHATORI
INVICTISSIMO:
PATRI PATRIÆ
ET
VIGILANTISSIMO SALVTIS PVBLICÆ CONSERVATORI:
GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ ET SCLAVONIÆ
REGI:
ARCHIDVCI AVSTRIÆ; &c.
PETRVS LAMBECIVS HAMBVRGENSIS,
NVMINI MAIESTATIQVE EJVS
DEVOTISSIMVS,
SALVTEM ET PROSPERITATEM PERPETVAM.

POſt priores duos Libros, POTENTISSIME INVICTISSIMEQVE IMPERATOR, quibus de Auguſtiſſimæ Tuæ Bibliothecæ Vindobonenſis Origine, Incremento, Dignitate, & nuperâ felici Reſtauratione velut præludio quodam generaliter actum eſt, offero nunc SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATI TVÆ humillimâ veneratione Tertium eorundem Comentariorum Librum, qui eſt Principium ipſius ſuprà jam aliquoties à me promiſſi Catalogi, ſive Recenſionis ſpecialis omnium tàm Manuſcriptorũ, quàm Impreſſorum Voluminum, conjunctim plus quàm Centies Mille,

ex quibus vaſtiſſimus ille & verè inæſtimabilis Theſaurus Literarius inde ab Imp. Rudolphi I temporibus quadringentorum ferè annorum ſpatio paulatim coaluit. Jacta igitur jam eſt alea, nec pedem referre licet; ſed, quamvis cœpti Operis magnitudo & difficultas videatur inſuperabilis, contrà tamen audentiùs eundum, & indefeſſo publicæ utilitatis ſtudio ſemper plus ultrà pergendum eſt, ita ut nullus dies ſine lineâ prætereat, ſed continuato labore labor aſſiduè minuatur. Cæterùm ut prorſus incognitum mihi eſt, quouſq; per rerum humanarum fragilitatem & incertos caſus in arduo hoc conatu progreſſurus ſim, ſic, quandocunq; is interrumpetur, jucundiſſimum mihi erit ſolamen, quòd & ipſe, quoad potui, pro virili parte meo ſatisfecerim officio, & aliis, qui in eodem Munere mihi ſucceſſuri ſunt, ſufficiens reliquerim Exemplum non ſolùm debitæ Diligentiæ, verùm etiam facilis ac perſpicuæ Methodi. Tuum ergò jam eſt, SACRATISSIME IMPERATOR, fructum hunc octavi anni fideliſſimi mei ſervitij aulici ſolitâ æquanimitate ac philomathiâ clementiſſimè ſuſcipere, & ſponte currenti calcar addere neceſſarij ſubſidij; ſimul & perſuaſiſſimum habere, Deſcriptionem hanc Auguſtiſſimæ Tuæ Bibliothecæ, quam ego Poſteritatis potiſſimùm gratiâ literis mando, olim inter præcipua IMPERII TVI fore Decora; nempe tanquam

Monumentum are perennius,
Regalique ſitu Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.

Quod reſtat, DEVM OPT. MAX. ex animo precor, ut S. CÆSAREA MAIESTAS TVA & illum, quem jam jam orſuri ſumus, annum, & plurimos alios, quàm feliciſſimè peragat, æternâq; laude florentem Virtutis Suæ Gloriam, & incolumis, & fortis, aliis ſuper alia operibus augeat. Vindobonæ d. XVI Decembris A. CIϽ IϽC LXX.

PE-

PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

LIBER TERTIVS,

quo continetur

Catalogus Manuſcriptorum Codicum Theologicorum Græcorum ſecundùm præſentem collocationis eorum ſeriem & novum ordinem numerorum, quibus ijdem nunc notati ſunt.

I.

PRimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in folio, conſtátq; folijs 623, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo *Biblia Sacra Veteris & Novi Teſtamenti* cum *antiquis Annotationibus marginalibus*. In principio deeſt unũ folium uſq; ad capitis ſecundi *Geneſeos* verſum vigeſimum primum, cujus verbis (2) *καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς* Codex iſte nunc incipit. Similiter etiam *Apocalypſis* in fine eſt mutila inde à ſeptimi versûs Capitis vigeſimi his verbis (3) *λυθήσεται ὁ σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ.* Cæterùm quod attinet ad ſolennem propriæ manûs *Busbeckianæ* inſcriptionem, quæ tàm in hoc, quàm in alijs multis *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* antiquis Codicibus MStis Græcis cernitur, ea eſt hæc: (4) *Augerius de Busbecke comparavit Conſtantinopoli.*

(1) *Fuit is olim inter Cod. MStos Theolog. Græcos* quinquageſimus quartus.

(2) *Hoc eſt ſecundùm verſionem vulgatam:* & replevit carnem pro eâ.

(3) *Hoc eſt ſec. verſ. vulg.* ſolvetur Satanas de carcere ſuo. (4) *Vide Librum* primum *horum Commentariorum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ pag.* 34, 35 & 36.

II.

Secundus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt antiquiſſimus *membranaceus purpureus, aureis* & *argenteis literis majuſculis* abſque *accentibus* ante *mille & trecentos* annos exaratus, conſtátque folijs *viginti ſex;* quorum *viginti quatuor* prioribus continentur Fragmenta *Geneſeos* ſive Libri primi Hiſtoriæ Moſaicæ, exornata quadraginta octo æquè vetuſtis Picturis, quarum beneficio cùm aliæ variæ Antiquitates tàm ſacræ, quàm profanæ, tùm inprimis Romæ ſubterraneæ Imagines, & magna pars Rei Veſtiariæ, apud diverſas Gentes antiquitùs uſitatæ, plurimùm poſſunt illuſtrari.

Folij nempe *primi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *tertij* Geneſeos à verſûs quarti verbis (1) καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικὶ, hoc eſt (2), *& dixit ſerpens mulieri*, uſque ad verſûs 13 verba ὁ ὄφις ἠπάτησέ με καὶ ἔφαγον, hoc eſt, *ſerpens ſeduxit me, & manducavi.* Pictura autem ſubjuncta exhibet lapſum *Adami* & *Evæ* in Paradiſo, & præſentiam Dei illos increpantis, quæ indicatur per (3) *manum* in nubibus.

Ejuſdem folij *primi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *tertij* Geneſeos à verſu 14 Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ ὄφει, hoc eſt, *Et dixit Dominus Deus ſerpenti.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *manum* Dei in nubibus, & ejectionem *Adami* & *Evæ* ex Paradiſo; ubi præter *tunicas* ipſorum *pelliceas* & *rotam flammeam* cum *Cherubim* ante portam Paradiſi collocatam, maximè notabilis eſt perſona illa *muliebris*, cæruleo & purpureo veſtitu induta, quæ *Adamum* & *Evam* tanquam ſolatij causâ extra Paradiſum comitatur.

Folij *ſecundi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *ſeptimi* Geneſeos à verſu 19 Τὸ δὲ ὕδωρ ἐπεκράτει σφόδρα σφόδρα ἐπὶ τῆς γῆς, hoc eſt, *Aqua autem ſuperabat valdè valdè ſuper terram*, uſque ad capitis *octavi* verſum tertium καὶ ἐνεδίδου τὸ ὕδωρ πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς, hoc eſt, *& cedebat aqua vadens à terrâ.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Diluvium univerſale;* ubi maximè notabilis eſt *arca Noe*, tribus contignationibus diſtincta.

Ejuſdem folij *ſecundi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *octavi* Geneſeos à verſu 14 Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ μηνὶ ἐξηράνθη ἡ γῆ, hoc eſt, *In ſecundo autem menſe ſiccata eſt terra*, uſque ad verſûs vigeſimi verba καὶ ἀνήνεγκεν εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐπὶ τὸ θυσι-

(1) *Secundùm verſionẽ græcã* Septuaginta Interpretũ.

(2) *Secundùm translationem latinam* ad verbum, *quæ adjuncta eſt græcæ* Septuaginta Interpretũ *verſioni, edita à* Joanne Morino *Bleſenſi Pariſijs Anno* 1628 *duobus Tomis in folio.*

(3) *Huc in primis pertinet Tabula* decima *Sepulchrorum Cœmeterij* S. Calliſti *Papæ & aliorum Sanctorum Martyrum Viâ Appiâ & Ardeatinâ, quæ extat in* Pauli Aringhi *Tomo primo* Romæ ſubterraneæ, *lib.* 3 *cap.* 22, *pag.* 589 *edit. Rom. & pag.* 331 *edit. Colon.*

TABVI



Iconismus h

TABVI




TABV



Iconi

TA





θυσιαςήειον, hoc eſt, *& obtulit in holocarpoſin ſuper altare.* Pictura autem ſubjuncta exhibet exitum *Noe* ex arcâ, & primum ejuſdem ſacrificium poſt diluvium.

Folij *tertij* paginâ *primâ* continetur fragmentũ Capitis *noni* Geneſeos à verſu 8 καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, hoc eſt, *Et dixit Deus Noe & filijs ejus cum eo*, uſq; ad verſûs decimi quinti verba καὶ μνησθήσομαι τῆς διαθήκης μου, ἥ ἐστιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, hoc eſt, *Et memor ero teſtamenti mei, quod eſt inter me & vos.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *manum Dei* in nubibus, & ſub eâ *Iridem* tanquam ſignum pacti divini cum *Noe* poſt diluvium.

Ejuſdem folij *tertij* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *noni* Geneſeos à verſu 20 καὶ ἤρξατο Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, hoc eſt, *Et cœpit Noe homo agricola eſſe terræ*, uſque ad verſûs vigeſimi ſeptimi verba καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ, hoc eſt, *& fiat Chanaan puer ejus.* Pictura autem ſubjuncta exhibet ebrietatem *Noe*, & filiorum ejus *Semi* & *Japheti* in cooperiendâ patris ſui nuditate verecundiam, cujus præmium fuit ſubſecuta paterna benedictio.

Folij *quarti* paginâ (1) *primâ* continetur fragmentum Capitis *decimi quarti* Geneſeos à verſu decimo ſeptimo, Ἐξῆλθεν δὲ Βασιλεὺς Σοδόμων εἰς συνάντησιν αὐτῷ, hoc eſt, *Egreſſus autem eſt Rex Sodomorum in occurſum ei*, uſque ad verſûs vigeſimi verba καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἄβραμ δεκάτην ἀπὸ πάντων, hoc eſt, *& dedit ei Abram decimam de omnibus.* Pictura autem ſubjuncta exhibet Patriarcham *Abrahamum* à cæde (2) *Chodorlahomor*, ſeu, ut in verſione LXX Interpretum legitur, Χοδολλογόμορ, & ſociorum Regum reducem, & *Melchiſedechum* panem & vinum ei offerentem.

(1) *Tota hæc pagina unà cum ſubjunctâ* picturâ *ari inciſa extat Lib. 2. horum Commentarior. de Auguſt. Bibliothecâ Cæſareâ inter pag.* 1008 *&* 1009.

Ejuſdem folij *quarti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *decimi quinti* Geneſeos à verſu primo Μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐγενήθη ῥῆμα Κυρίου πρὸς Ἄβραμ, hoc eſt, *Poſt hæc autem verba factum eſt verbum Domini ad Abram in viſu*, uſque ad verſûs quinti verba οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου, hoc eſt, *Sic erit ſemen tuum.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *manum Dei* in nubibus inter ſtellas innumeras, & *Abrahamum* in ſomno divinitùs accipientem promiſſum de multiplicatione ſui ſeminis. Ibidem quoque repræſentatur tanquam paſtor *Damaſcus* ille *Heliezer*, *filius*

(2) *In Xãtis Pagnini & Benedicti Ariæ Montani verſione latinâ ſecundùm dictionem Hebraicã legitur* Chedorlahomer.

lius (1) *Maſec vernaculæ Abrahami* , cujus verſu ſecundo ejuſdem capitis fit mentio.

Folij *quinti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *decimi noni* Geneſeos à verſu 12 Εἶπαν δὲ οἱ ἄνδρες πρὸς τὸν Λὼτ, hoc eſt, *Dixerunt autem viri ad Lot*, uſque ad versûs vigeſimi ſexti verba καὶ ἐγένετο στήλη ἁλὸς, hoc eſt, *& facta eſt ſtatua ſalis.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Loti* eductionem per Angelos ex *Sodomis*, ejuſdémque Vrbis interitum, & mutationem uxoris *Loti* in ſtatuam ſalis.

Ejuſdem folij *quinti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *decimi noni* Geneſeos à verſu 29 καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐκτρίψαι τὸν Θεὸν πάσας τὰς πόλεις τῆς περιοίκου, hoc eſt, *Et factum eſt, cùm diſperderet Deus omnes civitates vicinas*, uſque ad versûs 35 verba καὶ ἐκοιμήθη μετ' αὐτοῦ ἡ νεωτέρα, hoc eſt, *& dormivit cum eo junior.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Loti* ebrietatem, & concubitum cum duabus filiabus.

Folij *ſexti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi ſecundi* Geneſeos à verſu 15 καὶ ἐκάλεσεν ἄγγελος Κυρίου τὸν Ἀβραὰμ δεύτερον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, hoc eſt, *Et vocavit Angelus Domini Abraham ſecundùm de Cœlo*, uſque ad versûs 19 verba καὶ κατῴκησεν Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου, hoc eſt, *& habitavit Abraham ad puteum juramenti.* Pictura autem ſubjuncta exhibet Angelum *Abrahamo* multiplicationem ſeminis de Cœlo ſecundùm promittentem, ut & *Abrahamum* ad ſervos ſuos redeuntem, & apud *puteum juramenti* habitantem.

Ejuſdem folij *ſexti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis 24 Geneſeos à verſ. 1 καὶ Ἀβραὰμ ἦν πρεσβύτερος προβεβηκὼς ἡμερῶν, hoc eſt, *Et Abraham erat ſenior provectus diebus*, uſque ad versûs 11 verba καὶ ἐκοίμισε τὰς καμήλους ἔξω τῆς πόλεως παρὰ τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος, hoc eſt, *Et fecit recumbere camelos extra civitatem juxta puteum aquæ.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Abrahamum* mittentem ſervum ſuum in Meſopotamiam, ut filio ſuo Iſaaco inde adducat ſponſam; ſimul etiam ſervi adventum in Meſopotamiam ad civitatem *Nachor*, & commorationem cum camelis apud puteum.

Folij *ſeptimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quarti* Geneſeos à versûs decimi quinti verbis καὶ ἰδοὺ Ῥεβέκκα ἐξεπορεύετο ἡ τεχθεῖσα Βαθουὴλ, hoc eſt, *Et ecce Rebecca egre-*

(1) *Secundùm verſionē græcam LXX Interpretum. In latinâ autem verſione vulgatâ legitur:* Filius procuratoris domûs meæ.





ca egrediebatur, *quæ nata erat Batbuel*, uſque ad versûs vigeſimi verba καὶ ὑδρεύσατο πάσαις ταῖς καμήλοις, hoc eſt, *& hauſit aquam omnibus Camelis*. Pictura autem ſubjuncta exhibet *Rebeccam* progredientem è civitate *Nachor*, & præbentem aquam ad bibendum ſervo *Abrahami* & ejus camelis; ubi in primis notatu digna eſt *Nympha ſeminuda*, ſedens ad originem fontis, & hydriæ dextro brachio innitens. Huc enim pertinent tres illæ antiquæ (1) Inſcriptiones, quarum prima:

(1) *Vide* Jani Gruteri *Syntagma Inſcriptionū antiquarū pag. XCIV num. 7*, Hugonis Grotij *Notas in Martiani Capellæ Satyricō pag. 16, &* Jani Jacobi Boiſſardi *Antiquitatum Romanarū Partē ſextam. fol. 25.*

GENIO
NVMINIS
FONTIS SERMON.
CHRYSEROS
CAESARIS
NOSTRI LIB.
GANGALA

Altera autem:

FONTIS AGINEES GENIO
E. P. CCCLVI H-S. T.
ALEXIS AQVILEGVS
V. S. L. M.

Tertia denique:

HVIVS NYMPHA LOCI, SACRI CVSTODIA FONTIS,
DORMIO, DVM BLANDAE SENTIO MVRMVR AQVAE
PARCE MEVM, QVISQVIS TANGIS CAVA MARMORA, SOMNVM
RVMPERE; SIVE BIBAS, SIVE LAVARE, TACE.

Ejuſdem folij *ſeptimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quarti* Geneſeos à verſu 22 Ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἐπαύσαντο πᾶσαι αἱ κάμηλοι πίνουσαι, hoc eſt, *Factum eſt autem poſtquam ceſsârunt omnes cameli bibentes*, uſq; ad versûs trigeſimi primi verba ἐγὼ δὲ ἡτοίμασα τὴν οἰκίαν καὶ τόπον ταῖς καμήλοις, hoc eſt, *ego autem paravi domum & locum camelis*. Pictura autem ſubjuncta exhibet *Rebeccam* loquentem cum *ſervo Abrahami*, & poſteà, quid actum eſſet, matri ſuæ ac fratri ſuo *Labano* indicantem. Cernitur etiam in hac Picturâ, æquè ut in præcedente, *Nympha ſeminuda*, origini fontis aſſidens.

Folij *octavi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quinti* Geneſeos à verſu 27 Ἠυξήθησαν δὲ οἱ νεανίσκοι, καὶ ἦν Ἡσαῦ ἄνθρωπος εἰδὼς κυνηγεῖν, hoc eſt, *Creverunt autem juvenes, & erat Eſau homo ſciens venari*, uſque ad verſûs trigeſimi quarti verba καὶ ἐφαύλισεν Ἡσαῦ τὰ πρωτοτόκια, hoc eſt, *& contempſit Eſau primogenita.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Eſau* à venatione domum redeuntem, & *Jacobo* fratri primogenita ſua vendentem pro coctione ſive edulio lentis.

Ejuſdem folij *octavi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi ſexti* Geneſeos à verſu ſexto Κατῴκησε δὲ Ἰσαὰκ ἐν Γεράροις, hoc eſt, *Habitavit autem Iſaac in Geraris*, uſque ad verſûs undecimi verba πᾶς ὁ ἁψάμενος τοῦ ἀνθρώπου τούτου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, θανάτῳ ἔνοχος ἔσται, hoc eſt, *Omnis, qui tetigerit hominem hunc & uxorem ejus, morti obnoxius erit.* Pictura autem ſubjuncta exhibet Regem *Abimelechum* expoſtulantem cum *Iſaaco*, quod is dixiſſet *Rebeccam* non eſſe ſuam uxorem, ſed ſororem; ubi non ſolùm ipſius *Regis*, ſed & *Conſiliariorum* ejus & ſatellitum habitus maximè eſt notabilis.

Folij *noni* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi* Geneſeos à verſûs trigeſimi verbis καὶ ηὐλόγησέ σε Κύριος ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου, hoc eſt, *& benedixit te Dominus Deus in pede meo*, uſque ad verſûs trigeſimi quarti verba ἔστω κατὰ τὸ ῥῆμά σου, hoc eſt, *Sit juxta verbum tuum.* Pictura autem ſubjuncta exhibet pactum *Jacobi* cum *Labano* ſocero ſuo de ovibus capriſque fuſcis & varijs mercedis loco ſibi dandis.

Ejuſdem folij *noni* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi* Geneſeos à verſu 35 καὶ διέστειλεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τοὺς τράγους τοὺς ῥαντούς, hoc eſt, *Et ſeparavit in die illâ hircos ſparſos*, uſque ad verſûs trigeſimi ſeptimi verba ὃ ἐλέπισε, ποικίλον, hoc eſt, *quod decorticaverat, varium.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Jacobi* artem & induſtriam multiplicandi oves & capras varij coloris, per quam valdè ditatus eſt.

Folij *decimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi primi* Geneſeos à verſu 25 Ἰακὼβ δὲ ἔπηξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει, hoc eſt, *Jacob autem fixit tabernaculum ſuum in monte*, uſque ad verſûs trigeſimi verba ἵνα τί ἔκλεψας τοὺς θεούς μου; hoc eſt, *ut quid furatus es Deos meos?* Pictura autem ſubjuncta



TAB



TABVLA



Iconiſmus h

TABVLA DE



TAB



Iconiſ

TA







TABVLA VI



Iconiſmus hic

TABVLA VI






T



Ico

'TA



juncta exhibet *Labanum* perſequentem & aſſequentem *Jacobum* fugitivum.

Ejuſdem folij *decimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi primi* Geneſeos à verſu 31 Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰακὼβ εἶπε τῷ Λάβαν, hoc eſt, *Reſpondens autem Jacob dixit ad Laban*, uſque ad verſûs trigeſimi quarti verba καὶ ἐπεκάθιζεν αὐτοῖς, hoc eſt, *& inſederat eis*. Pictura autem ſubjuncta exhibet *Labanum* Deos ſuos à *Jacobo* ablatos quærentem, & *Rachelem* inſidendo eos occultantem.

Folij *undecimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſecundi* Geneſeos à verſu ſexto καὶ ἀνέστρεψαν οἱ ἄγγελοι πρὸς Ἰακὼβ, hoc eſt, *& reverterunt nuncij ad Jacob*, uſque ad verſûs octavi verba ἔσαι ἡ παρεμβολὴ ἡ δευτέρα εἰς τὸ σώζεσθαι, hoc eſt, *erunt caſtra ſecunda in ſalutem*. Pictura autem ſubjuncta exhibet *nuncios duos*, (quos pictor, ambiguitate vocis græcæ ἄγγελος deceptus, perperàm pinxit tanquam *Angelos*,) ad *Iacobum* revertentes, & adventum *Eſau* fratris illi ſignificantes.

Ejuſdem folij *undecimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſecundi* Geneſeos à verſûs 13 verbis καὶ ἔλαβεν ὧν ἔφερεν δῶρα, hoc eſt, *& ſumpſit de his, quæ ferebat, dona*, uſque ad verſûs 18 verba δῶρα ἀπέσταλκε τῷ κυρίῳ μου Ἡσαῦ, hoc eſt, *munera miſit Domino meo Eſau*. Pictura autem ſubjuncta exhibet *Jacobum* ad *Eſau* fratrem mitigandi ejus placandique cauſâ dona præmittentem.

Folij *duodecimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſecundi* Geneſeos à verſûs vigeſimi ſecundi verbis ἀναστὰς δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἔλαβε τὰς δύο γυναῖκας, hoc eſt, *Surgens autem nocte illâ, accepit duas uxores*, uſque ad verſûs vigeſimi octavi verba καὶ μετ' ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ, hoc eſt, *& cum hominibus potens eris*. Pictura autem ſubjuncta exhibet tranſitum *Jacobi* cum familiâ ſuâ per *pontem torrentis*, & luctam ejuſdem cum Angelo.

Ejuſdem folij *duodecimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſecundi* Geneſeos à verſu 29 Ἠρώτησεν δὲ αὐτὸν Ἰακὼβ, καὶ εἶπεν, hoc eſt, *Interrogavit autem eum Iacob, & dixit*, uſque ad *finem* totius Capitis. Pictura autem ſubjuncta

juncta exhibet benedictionem *Iacobo* datam ab *Angelo*, cum quo luctatus fuerat.

Folij *decimi tertij* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi quinti* Geneſeos à verſu primo Ἐιπε δὲ ὁ Θεὸς πρὸς Ἰακὼβ· ἀναςὰς, ἀνάβηθι εἰς τὸν τόπον (1) Βεθὴλ, hoc eſt, *Dixit autem Deus ad Iacob: Surgens aſcende in locum Bethel*, uſque ad verſûs quarti verba καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ ἐκεῖ, hoc eſt, *& perdidit ea illic.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *manum* Dei *Iacobo* præcipientis, ut aſcendat in *Bethel*; ſimul & *Iacobum* idola apud familiam ſuam inventa ſub terebintho defodientem.

(1) *Ita ibi ſcriptũ eſt, nempe* Βεθὴλ, *non autẽ* Βαιθὴλ.


Ejuſdem folij *decimi tertij* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi quinti* à verſu octavo Ἀπέθανε δὲ Δεβόῤῥα ἡ τροφὸς Ῥεβέκκας, hoc eſt, *Mortua eſt autem Deborra nutrix Rebeccæ*, uſque ad verſûs vigeſimi verba αὕτη ἐςὶν ἡ ςήλη ἐπὶ τοῦ μνημείου Ῥαχὴλ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, hoc eſt, *Hic eſt titulus ſuper monumentum Rachel uſq; ad hanc diem.* Pictura autem ſubjuncta exhibet (2) obitum *Deboræ* nutricis *Rebeccæ*, & obitum *Rachelis* uxoris Patriarchæ *Iacobi*, unà cum utriuſque ſepulturâ & monumento.

(2) Pictura *hæc paginæ ſecundæ folij* 13 *extat Lib.* 2 *horum Commentarior. de Auguſtiſſ. Bibliothecâ Cæſareâ inter pag.* 1008 *&* 1009. *Ibidem quoq; extãt verba Sacræ Scripturæ ad eandem* picturam *pertinentia. Vide etiam Diarium meũ Sacri Itineris Cellenſis pag.* 269, *ubi ejuſdẽ* picturæ *fit mentio propter* fornices ſepulchrales., *qui ab antiquis* Hebræis *ſupra ſpeluncas ſepulchrorum extruebantur; item ob* faſciationem mortuorum *apud eoſdem uſitatam, eiq; pertinentia* lintea ſepulchralia.

Folij *decimi quarti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi quinti* Geneſeos à verſu 28 Ἐγένοντο δὲ αἱ ἡμέραι Ἰσαὰκ, ἃς ἔζησεν, hoc eſt, *Fuerunt autem dies Iſaac, quos vixit,* uſque ad *finem* totius Capitis; & porrò fragmentum Capitis *trigeſimi ſeptimi* à verſu primo Κατῴκει δὲ Ἰακὼβ ἐν τῇ γῇ, οὗ παρῴκησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν γῇ Χαναὰν, hoc eſt, *Habitavit autem Jacob in terrâ, ubi habitaverat pater ejus in terrâ Chanaan*, uſque ad verſûs quarti principium Ἰδόντες δὲ hoc eſt, *Videntes autem.* Pictura autem ſubjuncta exhibet ſuperiori parte ſuâ Patriarcham *Iſaacum* morientem, inferiori autem Patriarcham *Jacobum* donantem filio ſuo *Joſepho* tunicam polymitam.

Ejuſdem folij *decimi quarti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentũ Capitis *trigeſimi ſeptimi* à verſûs quarti verbis, οἱ ἀδελφοὶ, ὅτι αὐτὸν ὁ πατὴρ φιλεῖ, hoc eſt, *fratres ejus, quòd eum pater amat,* uſque ad verſûs octavi verba καὶ προσέθεντο ἔτι μισεῖν αὐτὸν ἕνεκεν τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ, καὶ ἕνεκεν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ, hoc eſt, *& adjecerunt*

adhuc



ibi
eſt
e
D-
ur

ibi
eſt
&
ur

adhuc odio habere illum propter ſomnia ejus, & propter verba ejus. Pictura autē ſubjuncta exhibet *Joſephum* in lecto dormientem, & poſteà fratribus ſuis narrantem ſomnium ſuum de manipulis illorum manipulum ſuum adorantibus.

Folij *decimi quinti* paginâ *primâ* continetur fragmentū Capitis *trigeſimi ſeptimi* Geneſeos à verſu nono Ἐἶδε δὲ ἐνύπνιον ἕτερον, hoc eſt, *Vidit autem ſomnium aliud*, uſque ad finem verſûs 13 & principium verſus 14 ἰδοὺ ἐγώ. Εἶπεν δὲ, hoc eſt, *ecce ego. Dixit autem.* Pictura autem ſubjuncta exhibet ſuperiori ſuâ parte *Ioſephum* in lecto dormientem, & poſteà patri matrique & fratribus ſuis narrantem ſomnium ſuum de *Sole* & *Lunâ* & *undecim ſtellis* ſe adorantibus; inferiori autem parte *decem Ioſephi fratres* natu majores paſcentes in agro *Sychem.*

Ejuſdem folij *decimi quinti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſeptimi* Geneſeos à verſûs decimi quarti verbis αὐτῷ Ἰσραὴλ· πορευθεὶς ἴδε, εἰ ὑγιαίνουσιν οἱ ἀδελφοί σου, hoc eſt, *et Iſraël: Vadens vide, ſi valent fratres tui*, uſque ad verſûs 19 principium (1) Εἶπαν δὲ ἕκαστος, hoc eſt, *Dixerunt autem unuſquiſq;.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Ioſephum* ad decem fratres ſuos natu majores quærendos profecturum, patri ſuo *Iacobo* matrique, & *Benjamino* fratri natu minori, ob diſceſſum ejus ploranti, vale dicentem, poſteáque abeuntem ductore & comite *Angelo cuſtode*; inferiori autem parte *Ioſephum* fratres ſuos in *Dothaim* paſcentes invenientem, ejuſdémque exceptionem ſarcaſticam.

(1) Ita ibi ſcriptū eſt pro Εἶπε δὲ ἕκαστος *uti legitur in edit. Rom. & Pariſ.*

Folij *decimi ſexti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi noni* Geneſeos à verſûs noni verbis ἀπ' ἐμοῦ, οὐδὲν πλὴν σοῦ, διὰ τὸ σὲ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι, hoc eſt, à me, *nihil præter te, quia tu uxor illius es*, uſque ad verſûs duodecimi verba ἔφυγε καὶ ἐξῆλθεν ἔξω, hoc eſt, *fugit, & exivit foras.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Ioſephum*, ab *uxore Potiphar is* ad adulterium provocatum, relicto in manibus ejus pallio aufugientem. Obſervatu etiam dignæ ibidem ſunt aliæ variæ res, ad *Gynæcea* veterum pertinentes, & quidem inprimis ad *rem veſtiariam*, & *lanificium.*

Ejuſdem folij *decimi ſexti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi noni* Geneſeos à verſu 14 Καὶ ἐκάλεσε τοὺς ὄντας ἐν τῇ οἰκίᾳ, hoc eſt, *& vocavit eos, qui erant in domo,* uſque àd verſûs decimi octavi verba καταλιπὼν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ

παρ' ἐμοὶ ἔφυγε, καὶ ἐξῆλθεν ἔξω, hoc eſt, *relictis veſtimentis ſuis apud me, fugit, & exijt foras.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *uxorem Potipharis Ioſephum*, tanquam tentatorem ſuæ pudicitiæ, falsò accuſantem, ejuſdémque rei probandæ causâ monſtrantem ipſius pallium. Digniſſima profectò hæc pictura eſt, ut diligenter & accuratè conſideretur, cùm propter ornatum muliebrem *uxoris Potipharis*, tùm præcipuè ob veſtitum ipſius *Potipharis* & *domeſticorum* ejus habitum. Simile enim aliquid cernitur in pervetuſtâ *tabulâ muſivâ Ravennate*, quam *Nicolaus Alemannus* in Notis ſuis ad pag. 63 Hiſtoriæ arcanæ *Procopij* primus publicavit, atque inde deſumptam *Octavius Ferrarius* in fine capitis 37 Libri 1 de Re veſtiariâ ſecundùm edidit.

Folij *decimi ſeptimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi* Geneſeos à verſûs decimi quarti verbis ἐκ τοῦ ὀχυρώματος τούτου, hoc eſt, *de cuſtodiâ hâc*, uſque ad verſûs decimi noni verba καὶ φάγεται τὰ ὄρνεα, hoc eſt, *& comedent aves.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Ioſephum*, ſedentem in carcere, & poſt interpretationem boni ſomnij *Præfecti pincernarum Pharaonis* etiam *Præfecto piſtorum* malum ejus ſomnium interpretantem. Cernitur quoque ibidem *Præfectus carceris*, tanquam mirabundus cum uxore ſuâ de *Ioſepho* colloquens.

Ejuſdem folij *decimi ſeptimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentũ Capitis *quadrageſimi* Geneſeos à verſûs decimi noni verbis τοῦ οὐρανοῦ τὰς σάρκας σοῦ ἀπὸ σοῦ, hoc eſt, *Coeli carnes tuas à te*, uſque ad Capitis quadrageſimi primi verſum primum καὶ ἰδοὺ ὥσπερ ἐκ τοῦ ποταμοῦ, hoc eſt, *& ecce quaſi de flumine.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Convivium Pharaonis* Regis Ægypti, & eventum ſomniorum *Præfecti pincernarum* & *Præfecti piſtorum* ſecundùm eorum interpretationem, quam à *Ioſepho* in carcere acceperant; nempe reſtitutionem *Præfecti pincernarum* in priſtinam dignitatem, ſuffixionem autem *Præfecti piſtorum* in furcâ. Multa profectò in hâc Picturâ ſunt obſervatu digniſſima, ſed præ cæteris ea, quæ in Libri *ſecundi* horum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum (1) Additamento *undecimo* præviâ indicatione ſpeciatim jam enumerata ſunt.

(1) *Vide ibi pag.* 1009.

Folij *decimi octavi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi primi* Geneſeos à verſûs vigeſimi primi verbis καὶ αἱ ὄψεις αὐτῶν αἰσχραί, hoc eſt, *& aſpectus earum turpes*, uſque ad verſum 27 Καὶ αἱ ἑπτὰ hoc eſt, *Et ſeptem.* Pictura autem ſubjuncta

TA



Icon

TAB



TABVLA TRIGESIMA SEPTIM.



Iconiſmus hic pertinet ad Comm
Librum tertium.

TABVLA TRIGESIMA OCTAVA



Iconiſmus hic pertinet ad Co
nenſi Librum t

juncta exhibet Regem *Pharaonem* dormientem, & poſteà *Joſepho* narrantem ſomnium ſuum de *quatuordecim* bobus totidémque ſpicis, futurorum *quatuordecim* annorum fertilitatem & ſterilitatem præſignificantibus.

Ejuſdem folij *decimi octavi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi primi* Geneſeos à verſûs vigeſimi ſeptimi verbis βόες αἱ λεπταὶ αἱ ἀναβαίνουσαι ὀπίσω αὐτῶν, hoc eſt, *boves graciles, aſcendentes poſt eas,* uſque ad verſûs trigeſimi ſecundi verba ἀληθὲς ἔσαι τὸ ῥῆμα τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ ταχυνεῖ ὁ Θεὸς, hoc eſt, *verum erit verbum, quod à Deo ; & feſtinabit Deus.* Pictura autem ſubjuncta exhibet Regem *Pharaonem,* ſedentem in ſolio regio, & *Joſephum* ſomnium illius de quatuordecim bobus totidémque ſpicis interpretantem. Ibidem quoque inter alia obſervatu digni ſunt *ſatellites armati* ante lectum regium noctu excubantes, & *Janitores* interdiu ſtantes ad oſtium & velum cubiculi regij cum *baculis.*

Folij *decimi noni* pagina *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi ſecundi* Geneſeos à verſûs vigeſimi primi verbis τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ὅτε κατεδέετο ἡμῶν, hoc eſt, *animæ ejus, quando orabat nos,* uſque ad verſum vigeſimum ſextum Καὶ ἐπιθέντες τὸν σῖτον, hoc eſt, *Et imponentes frumentum.* Pictura autem ſubjuncta exhibet *Joſephum* præ amore erga fratres ſuos, quos tanquam proditores Ægypti ſimulatè objurgaverat, clanculum flentem, & nihilominùs poſteà perſeverantem in fictâ illâ duritie ; quippe qui fratrem *Simeonem* vinctum retinuit in Ægypto, donec reliqui à ſe dimiſſi fratrem natu minimum *Benjaminum* ſibi adducerent.

Ejuſdem folij *decimi noni* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi ſecundi* Geneſeos à verſûs vigeſimi ſexti verbis ἐπὶ τοὺς ὄνους αὐτῶν, ἀπῆλθον ἐκεῖθεν, hoc eſt, *ſuper aſinos ſuos, abjerunt inde,* uſque ad verſus trigeſimi primi verba Εἴπαμεν δὲ αὐτῷ εἰρηνικοὶ ἐσμεν, hoc eſt, *Diximus autem ei : Pacifici ſumus.* Pictura autem ſubjuncta exhibet fratrum *Joſephi* ex Ægypto diſceſſum, & inventionis reſtitutæ pecuniæ causâ perturbationem ; ſimul etiam eorundem reditum ad patrem *Jacobum,* & de itinere ſuo relationem.

Folij *vigeſimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi ſecundi* Geneſeos à versûs trigeſimi primi verbis οὐκ ἐσμὲν κατάσκοποι, hoc eſt, *non ſumus exploratores,* uſque ad versûs *trigeſimi quinti* verba καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν, hoc eſt,

& pater eorum, & timuerunt. Pictura autem ſubjuncta exhibet fratres *Joſephi* ex Ægypto reduces, patri ſuo *Jacobo* monſtrantes faſciculos pecuniæ clanculùm ſibi reſtitutæ, quos in ſaccis ſuis inopinatè invenerant.

Ejuſdem folij *vigeſimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi ſecundi* Geneſeos à verſu 36 Εἶπε δὲ αὐτοῖς Ἰακὼβ ὁ πατὴρ αὐτῶν, hoc eſt, *Dixit autem eis Jacob pater eorum,* uſque ad verſûs ſecundi Capitis *quadrageſimi tertij* verba καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ πατὴρ αὐτῶν, hoc eſt, *& dixit eis pater eorum.* Pictura autem ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum*, permiſſionem deductionis *Benjamini* in Ægyptum filijs ſuis, qui inde redierant, denegantem.

Folij *vigeſimi primi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi tertij* à verſûs ſecundi verbis πάλιν πορευθέντες, πρίασθε ἡμῖν μικρὰ βρώματα, hoc eſt, *rursùs euntes emite nobis puſillas eſcas,* uſque ad verſûs ſeptimi verba ἀγάγετε τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν, hoc eſt, *adducite fratrem veſtrum.* Pictura autem ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum,* jubentem filios ſuos redire in Ægyptum; ſimul & eorundem filiorum recuſationem ſuſcipiendi itineris, niſi *Benjaminum* ſecum ducerent.

Ejuſdem folij *vigeſimi primi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi tertij* Geneſeos à verſu octavo Εἶπε δὲ Ἰούδας πρὸς Ἰσραὴλ τὸν πατέρα αὐτοῦ, hoc eſt, *Dixit autem Judas ad Iſrael patrem ſuum*, uſque ad verſûs duodecimi verba καὶ τὸ ἀργύριον τὸ ἀποστραφὲν ἐν τοῖς μαρσίπποις ὑμῶν, hoc eſt, *& argentum, quod redijt in marſupijs veſtris.* Pictura autem ſubjuncta exhibet filios *Jacobi,* accepto *Benjamino,* ſe parantes ad ſecundum iter Ægyptiacum.

Folij *vigeſimi ſecundi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi tertij* à verſûs duodecimi verbis ἀποστρέψατε μεθ' ὑμῶν, μή ποτε ἀγνόημά ἐστι, hoc eſt, *reportate vobiſcum, ne forte error ſit,* uſque ad verſum decimum ſeptimum Ἐποίησε δὲ ὁ ἄνθρωπος hoc eſt, *Fecit autem homo.* Pictura autem ſubjuncta exhibet filios *Jacobi* cum *Benjamino* redeuntes ad *Joſephum* in Ægyptum.

Ejuſdem folij *vigeſimi ſecundi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi tertij* Geneſeos à versûs decimi ſeptimi verbis καθὰ εἶπεν Ἰωσήφ, hoc eſt, *ſicut dixit Joſeph,* uſque ad verſûs vigeſimi primi verba ἀποστρέψαμεν νῦν ἐν ταῖς χερσὶν ἡμῶν,

hoc

TABVLA QVADRAGESIMA SEPTIMA



Iconiſmus hic pertinet ad Commenta
neiſi Librum te

TABVLA QVADRAGESIMA OCTAVA



Iconiſmus hic pertinet ad Com
Librum tertiu

TABVLA TRIGESIMA NC



Iconiſmus hic pertinet a
Vindobonenſi

TABVLA QVADRAGESIMA



Iconiſmus hic pertinet ad C
Librum teti

TABVLA QVADRAGESIMA



Iconiſmus hic pertinet ad Co
Librum I

TABVLA QVADRAGESIMA SE



Iconiſmus hic pertinet ad
nenſi





TAB



I...

T



L

TABVLA QVADRAGESIMA



Iconiſmus hic pertinet ad
Librum

TABVLA QVADRAGESIM



Iconiſmus hic pertinet a
doboneſ

hoc eſt, *reportavimus nunc in manibus noſtris.* Pictura autem ſubjuncta exhibet filios *Jacobi*, metuentes ſe in Ægypto in carcerem conjectum iri, & apud *diſpenſatorem domûs Joſephi* de pecuniâ in ſaccis ſuis repertâ ſe excuſantes.

Folij *vigeſimi tertij* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi octavi* Geneſeos à versûs decimi ſexti verbis ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν, hoc eſt, *qui eruit me ex omnibus malis*, uſque ad versûs decimi noni verba καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ, hoc eſt, *& ſemen ejus*. Pictura autē ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum* in præſentiâ *Joſephi* & uxoris ejus *Aſeneth* decuſſatâ manuum impoſitione benedicentē duobus nepotibus ſuis *Ephraim* & *Manaſſe*.

Ejuſdem folij *vigeſimi tertij* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi octavi* Geneſeos à versûs decimi noni verbis ἔσται εἰς πλῆθος ἐθνῶν, hoc eſt, *erit in multitudinem gentium*, uſque ad versûs tertij Capitis quadrageſimi noni verba σὺ ἰσχύς μου καὶ ἀρχὴ τέκνων μου, hoc eſt, *tu fortitudo mea & principium filiorum meorum*. Pictura autē ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum* filijs ſuis duodecim benedicentem, & futura annuntiantē.

Folij *vigeſimi quarti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi noni* Geneſeos à verſu vigeſimo octavo πάντες οὗτοι υἱοὶ Ἰακὼβ δώδεκα, hoc eſt, *Omnes hi filij Jacob duodecim*, uſque adversûs trigeſimi tertij verba, Καὶ κατέπαυσεν Ἰακὼβ ἐπιτάσσων τοῖς, hoc eſt, *Et ceſſavit Jacob præcipiens*. Pictura autem ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum* filijs ſuis duodecim indicantem, ubi vellet ſepeliri.

Ejuſdē folij *vigeſimi quarti* paginâ *ſecūdâ* cōtinetur fragmentū Capitis *quadrageſimi noni* Geneſeos à versûs trigeſimi tertij verbis υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐξάρας τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κλίνην, ἐξέλιπε, hoc eſt, *filijs ſuis, & ſuſtollens pedes ſuos ſuper lectum, defecit*, uſque ad versûs quarti Capitis *quinquageſimi* verba εἰ εὗρον χάριν, hoc eſt, *Si inveni gratiam*. Pictura autem ſubjuncta exhibet *Joſephum*, ſuper faciem mortui patris ſui *Jacobi* cum fletu ruentem, & eum deoſculantem; ſimul etiam *faſciationem* corporis Patriarchæ *Jacobi*, & ejuſdem ſepulturam in *ſpeluncâ* in agro Ephron Hethæi contra Mambre in terrâ Chanaan.

Hactenùs igitur indicavi, quænam *fragmenta Geneſeos* contineantur *viginti quatuor prioribus folijs* ſuprà memorati antiquiſſimi rariſſimique Codicis membranacei, inter *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codices MStos Theologicos Græcos *ſecundi*, &

 quæ

quæ *picturæ* ſingulis fragmentis ſubjunctæ ſint. Notandum autem hîc *primò* eſt, ſcripturam jam memoratorum fragmentorum ſimillimam quidem eſſe ſcripturæ vetuſtiſſimi *Codicis Dioſcoridiani Julianæ Aniciæ*, de quo Libri *ſecundi* horum Commentariorum Capite *ſeptimo* ſatis prolixè egi, ſed lectu longè difficiliorem propter literas longinquitate temporis partim *obſcuratas*, partim miſerè *exeſas*, & ob pellucentem averſæ paginæ ſcripturam vix ampliùs cognoſcibiles. Notandum *ſecundò* eſt, *picturas*, quæ ſingulis fragmentis ſubjunctæ ſunt, ejus eſſe generis, quæ vulgò appellantur *Miniaturæ*, earúmque colores non oleo, ſed tantùm aquâ gummique eſſe temperatos. Notandum *tertiò* eſt, quamvis ſuprà memorata fragmenta Geneſeos ex *Græcâ verſione Septuaginta Interpretum* deſumpta ſint, nonnullis tamen locis, ut inprimis folij *quinti* paginâ 1 & 2 videre eſt, quædam, ut ad rem minùs pertinentia, conſultò omiſſa, & novæ connexionis causâ paululùm mutata eſſe. Quamobrem operæ pretium fuerit, ſi quis omnia illa fragmenta manuſcripta quàm diligentiſſimè accuratiſſiméque conferat cum *verſione Septuaginta Interpretum*, quæ cùm ſæpè aliàs, tùm præſertim autoritate *Sixti Quinti*, Pontificis Maximi, Romæ A. 1588 græcè, & ſtudio *Joannis Morini Bleſenſis* Lutetiæ Pariſiorum A. 1628 græcè & latinè in folio impreſſa eſt. *Quartò* denique notandum eſt, ſi quis tàm *Picturarum* ſuprà memoratarum, quàm ipſius *ſcripturæ* contextûs Geneſeos, ſpecimen videre deſideret, jam pridem illud à me inſertum eſſe Additamento *undecimo* Libri *ſecundi* horum Commentariorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ*, quippe ubi præter folij *quarti* integram paginam *primam*, *picturas* quoque paginæ *ſecundæ* folij *decimi tertij* & paginæ *ſecundæ* folij *decimi ſeptimi* æri inciſas exhibui. In præſens autem omnes *quadraginta octo Tabulas* conjunctim hîc publico: quæ licet non ſatis artificioſæ ſint, ſed ſimplicitatem *primitivæ Eccleſiæ Chriſtianæ*, qualis illa circa ætatem *Imp. Conſtantini Magni* fuit, ruditate ſuâ referant, doctis tamen ac pijs talium Antiquitatum æſtimatoribus ſine dubio nec minùs jucundæ, nec minùs utiles erunt, quàm illæ æquè rudes, quarũ vetuſtate gloriatur *Roma ſubterranea*. Cæterùm quod ad *poſteriora duo* ejuſdẽ Codicis manuſcripti folia, nempe *vigeſimum quintum* & *vigeſimum ſextum*, attinet, ea meliùs conſervata, magiſq; legibilia ſunt, quàm præcedentia. Carent autem *picturis*, & unaquæque *pagina* in *duas columnas* diviſa eſt. *Primo* horum duorum foliorum continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quarti* Evangelij *S. Lucæ* à versûs deci-

ΕΞΗΛΘΕΝΔΕ·ΒΑϹΙΛΕΥϹϹΟΔΟΜΩΝΕΙϹϹΥΝ
ΑΝΤΗϹΙΝΑΥΤΩΜΕΤΑΤΟΑΝΑϹΤΡΕΨΑΙΑΥΤΟ̄
ΑΠΟΤΗϹΚΟΠΗϹΤΩΝΒΑϹΙΛΕΩΝ·ΕΙϹΤΗΝ
ΚΟΙΛΑΔΑΤΗΝϹΑΥΗ: ΚΑΙΜΕΛΧΙϹΕΔΕΚ ΒΑϹΙ
ΛΕΥϹϹΑΛΗΜ ΕΞΗΝΕΓΚΕΝΑΡΤΟΥϹΚΑΙΟΙΝ̊
ΗΝΔΕΙΕΡΕΥϹΤΟΥΘῩΤΟΥΥΨΙϹΤΟΥΚΑΙ
ΗΥΛΟΓΗϹΕΝΤΟΝΑΒΡΑΜ ϗ ΕΙΠΕΝ ΕΥΛΟΓΗ
ΜΕΝΟϹ·ΑΒΡΑΜ ΤΩΘΩ̄ ΤΩΥΨΙϹΤΩ·ΟϹΕΚΤΙϹΕ
ΤΟΝΟῩΝΟ̄Ν ϗ ΤΗΝΓΗΝ·ϗΕΥΛΟΓΗΤΟϹΟΘϹ̄
ΟΥΨΙϹΤΟϹ·ΟϹΠΑΡΕΔΩΚΕΝΤΟΥϹΕΧΘΡΟΥϹϹΟΥ
ΥΠΟΧΕΙΡΟΥϹϹΟΙ· ϗΕΔΩΚΕΝΑΥΤΩΔΕΚΑΤΗΝ
ΑΠΟΠΑΝΤΩ̄

Pertinet ad lib. 3 de Biblioth. Cæſ.	*Specimen Scripturæ Antiquiſsimi Codicis Manuſcripti Græci Geneſeos.*	et est inſerendum inter pag. 14 & 15.

decimi tertij verbis *ἀπέχουσαν ϛαδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαοῦς*, hoc eſt ſecuudùm verſionem latinam vulgatam, *quod erat in ſpatio ſtadiorũ ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emmaus*, uſq; ad verſûs vigeſimi primi verba *Ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις, τρίτην ταύτην*, hoc eſt ſecundùm verſionem latinam vulgatam, *& nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt*. *Secundo* eorundem duorum foliorum, quod totius iſtius Codicis MSti nunc eſt, *ultimum*, continetur fragmentum ejuſdem ſuprà memorati Capitis *vigeſimi quarti* Evangelij *S. Lucæ* à verſûs trigeſimi noni verbis *πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει*, hoc eſt, *ſpiritus carnẽ & oſſa non habet*, uſq; ad verſûs quadrageſimi noni verba *ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ κα-*, hoc eſt ſecundùm vulgatam verſionem latinam, *Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos; vos autem*. Quod ſupereſt, quandoquidem Libri *primi* horum Commentariorum Additamento *undecimo* obiter indicavi, Codicem illum manuſcriptum, de quo hactenùs egi, unum ſine dubio eſſe ex illis Sacræ Scripturæ Codicibus, quos *S. Hieronymus* in Præfatione in Librum *Iobi* appellat VETERES LIBROS, & IN MEMBRANIS PVRPVREIS AVRO ARGENTOQVE VNCIALIBVS LITERIS PVLCHRE quidem, ſed non ſatis EMENDATE refert fuiſſe DESCRIPTOS, facere non poſſum, quin eâdem de re in præſens addam, veritatis querelæ *S. Hieronymi* de *veterum* illorum *Codicum pulchrorum mendis* luculentiſſimum extare exemplum in paulo antè memorato fragmento Capitis *vigeſimi quarti* Evangelij *S. Lucæ* de diſcipulis euntibus in Caſtellum Emmaus. Verſu enim *decimo tertio*, ubi vulgò nunc rectè legitur *Caſtellum Emmaus à Ieruſalem fuiſſe diſſitum ϛαδίους ἑξήκοντα*, hoc eſt, *ſtadia ſexaginta*, perperàm in antiquiſſimo illo Codice purpureo pro *ϛαδίους ἑξήκοντα* ſcriptum eſt *ϛαδίους* ἙΚΑΤῸΝ *ἑξήκοντα*, hoc eſt, *ſtadia centum ſexaginta*. Quem manifeſtum errorem etiam ille ipſe, cujus manu Codex iſte olim exaratus eſt, agnovit, ideóque ſingulis vocis *ἑκατὸν* literis ſingula ſupernè impoſuit *argentea puncta*, ut hâc ratione ſignificaret ſimul ac moneret, totam illam vocem delendam eſſe tanquam ſuperfluam.

III.

Tertius Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus optimæque notæ in folio, conſtátque folijs 143, & ad V. CL. (1) *Sebaſtianum Tengnagelium*, tertium ante me Auguſtiſ-

(1) *Vide Librum* primum *horum Commentariorum pag. 57 & deinceps uſq; ad pag. 64; item pag. 165 & deinceps uſq; ad pag.* 185.

guſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Præfectum, olim pertinuit. Continentur eo *Pentateuchus* ſive *Libri quinq; Moyſis*, *Liber Ioſue*, *Liber Iudicum* & *Liber Ruth*, cum antiquis *græcis Annotationibus* marginalibus. In fine ejuſdem Codicis, nempe folio 143, extat fragmentum aliquod, ex *S. Athanaſij* Archiepiſcopi Alexandrini *Synopſi Sacræ Scripturæ* deſumptum, quo de (1) *ſeptem* diverſis Veteris Teſtamenti Interpretationibus & editionibus græcis agitur. Titulus ejus unà cum principio eſt ibi talis: Πόσαι παραδόσεις εἰσὶ τῆς θείας γραφῆς εἴτ᾽ οὖν ἀπὸ τῆς ἑβραϊκῆς εἰς τὸ ἑλληνικὸν ἑρμηνεῖαι, καὶ τίνες οἱ ταύτην ἑρμηνεύσαντες. Πρώτη ἐστὶν ἡ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν. Οὗτοι Ἑβραῖοι ὄντες &c. Hoc eſt: *Quot ſint Editiones Divinæ Scripturæ ſive ex Hebraico in Græcum translationes, & qui eam tranſtulerint. Prima translatio eſt ſeptuaginta duorum Interpretum. Hi cùm Hebræi eſſent*, &c. Diſcrepat autem manuſcriptum hoc iſtius fragmenti exemplar non mediocriter ab editione ejus impreſsâ, quæ extat pag. 156 & 157 Tomi ſecundi Operum *S. Athanaſij*, græcè & latinè Pariſijs A. 1627 editorum in folio. Sequuntur etiam ibidem alia *duo* ejuſdem ſuprà memoratæ *Synopſeos fragmenta* hactenùs non edita; quorum primo agitur de *undecim præcipuis cladibus Hebræorum*, quarum primam acceperunt tempore *Roboami* à (2) *Suſakim* ſive *Seſac* Rege Ægypti, ultimam autem à *Tito* Imp. *Veſpaſiani* filio. Titulus hujus fragmenti cum principio eſt talis: Ποσάκις καὶ πότε ἐπορθήθησαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ α. Ἐπὶ Ῥοβοὰμ Σουσακεὶμ ὁ αἰγυπτίων βασιλεὺς &c. Secundo jam memoratorum duorum fragmentorum ineditornm agitur de *decem nominibus Dei*, quæ uſurpantur in Sacræ Scripturæ contextu Hebraico. Caret illud fragmentum peculiari titulo, & incipit his verbis: Δέκα ὀνόμασι παρ᾽ Ἑβραίοις ὀνομάζεται ὁ Θεὸς, ὧν ἓν μὲν Ἀδωναῒ λέγεται, ὅ ἐστι Κύριος· ἕτερον δὲ Ἰὰ &c.

IV.

Quartus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt (3) *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in folio majori, conſtátque folijs *centum triginta duobus*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Geneſis* ſive Liber primus Pentateuchi Moſaici cum ampliſſimo doctiſſimóque (4) *Commentario*, qui ab anonymo quodam Autore collectus eſt ex varijs pervetuſtis Autoribus, quorum nomina ibidem in margine adſcripta ſunt; nempe

(1) *Quorum prima* Septuaginta duorum Interpretũ, *ſecunda* Aquilæ Pōtici, *tertia* Symmachi Samaritani, *quarta* Theodotionis Epheſij, *quinta cujuſdam* Anonymi, *ſexta itidẽ* Anonymi, *ſeptima* S. Luciani *Presbyteri Antiocheni & Martyris. Vide* Joannis Morini Bleſenſis *Præfationem in editionem græco-latinam Pariſienſem verſionis Septuaginta Interpretum, &* Joannis Wowerij *Syntagma de Græcâ & Latinâ Sacrorum Bibliorum Interpretatione.* (2) *Regum Lib.* 3, *cap.* 14 *verſ.* 25. (3) Charta *hujus Codicis more orientali utrinque eleganter lævigata, & tàm firma eſt, ut vix cedat membranæ* (4) *Huiuſmodi Commentarij ex variorum Autorum fragmentis conflati & connexi vocantur vulgò* μεταφραστικαὶ Catenæ.

nempe ex (1) *Philone* Hebræo, *Flavio Joſepho*, *Aquilâ* Pontico, *Symmacho* Samaritano, *Theodotione* Epheſio, *S. Irenæo* Epiſcopo Lugdunenſi, *S. Hippolyto* Portûs Romani Epiſcopo, *Origine Adamantio* Presbytero Alexandrino, *Theodoro* Epiſcopo Heracleæ, *Euſtathio* Epiſcopo Antiocheno, *S. Serapione* Thmueos in Ægypto Epiſcopo, *Euſebio* Epiſcopo Emeſæ in Syriâ, *Aacio* Epiſcopo Cæſarienſi in Palæſtinâ, *Diodoro* Epiſcopo Tarſenſi, *Apollinare* Laodiceno in Syriâ Epiſcopo, *S. Ephræmo* Syro Diacono Edeſſæ, *S. Baſilio* Cæſareæ in Cappadociâ Epiſcopo, *S. Gregorio Nazianzeno*, *Didymo* Alexandrino, *S. Gregorio Nyſſeno*, *Philone* Epiſcopo Inſulæ Carpathi, *S. Joanne Chryſoſtomo* Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, *Severiano* Gabalorum in Syriâ Epiſcopo, *Theophilo* Archiepiſcopo Alexandrino, *Iſidoro Peluſiotâ*, *S. Cyrillo* Archiepiſcopo Alexandrino, *Theodoreto* Cyri Vrbis in Provinciâ Syriæ Auguſtâ Euphrateſiâ dictâ Epiſcopo, & *Gennadio* Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, qui (2) omnes floruerunt prioribus quinque poſt Chriſtum ſeculis. Præfatio hujus *Commentarij* ſive *Catenæ*, ex *Theodoreti* Epiſcopi Cyrenſis Operibus deſumpta, incipit hoc modo: Θεοδωρήτου εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας γραφῆς. Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἐπηγγείλαντο διαλῦσαι τῆς θείας γραφῆς τὰ δοκοῦντα εἶναι ζητήματα, &c.

(1) *Notandum eſt Autores illos hic recenſeri ordine Chronologico ſive reſpectu temporis, quo claruerunt.*

(2) *Addatur his Severus Epiſcopus Antiochenus, cujus itidẽ aliquoties ibi fit mentio.*

V.

Quintus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in folio minori ſive quarto majori, conſtâtque folijs *ducentis triginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo *quatuor Libri Regum* à principio Libri primi Ἄνθρωπος ἦν ἐξ Ἀρμαθαὶμ Σιφὰ uſque ad vigeſimi quinti ſive ultimi Capitis Libri quarti verſum *octavum* Καὶ ἐν τῷ μηνὶ τῷ πέμπτῳ ἑβδόμῃ τοῦ μηνὸς, αὐτὸς ἐνιαυτὸς ἐννεακαιδέκατος τῷ Ναβουχοδονόσορ Βασιλεῖ Βαβυλῶνος, ἦλθε Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος ἑστὼς ἐνώπιον βασιλέως Βαβυλῶνος εἰς-. Hoc eſt ſecundùm *Joannis Morini* tranſlationem ad verbum: *Et in menſe quinto, ſeptimâ menſis, (ipſe annus nonus & decimus Nabuchodonoſor Regi Babylonis,) venit Nabuzardan princeps coquorum ſtans coram Rege Babylonis in-.* Hæc enim totius iſtius Codicis in fine mutili verba nunc ſunt ultima. Contextui autem ſacro ſive τοῦ Κειμένου, frequentibus inciſionibus interrupto, membratim ſubjuncta eſt anonymi cujuſdã Autoris Ἑρμηνεία ſive *Expoſitio* quam

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos. Theolog. Græcos ſeptuageſimus quartus.*

Sebaſtianus Tengnagelius *Theodoreti* Epiſcopi Cyrenſis eſſe credidit. In fine expoſitionis *ſecundi* Libri Regum, & quidem folio 123, extant *Epiſtolæ duæ* (1) *S. Dionyſij Archiepiſcopi Alexandrini*, hactenùs, quod ſciam, ineditæ, quarum prior inſcribitur & incipit his verbis: Διονυσίου ἐπιστολὴ Θεοδοσίῳ μονάζοντι. Τί θαυμάζεις ὅτι οὐδενὸς ἁμαρτήματος ὅλη τραυματίζεται (2) πόλις, ὅπερ καὶ Δαυὶδ γενόμενον ἔγνως· altera autem hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ Οὐρσενουφίῳ ἀναγνώστῃ. Ὁ μὲν οὖν Ἀβεσσαλὼμ δίκην παρὰ τῆς θείας ἀπῃτήθη δίκης ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ οἴκου πατρὸς &c. Cauſa verò, cur Epiſtolæ illæ ibi ſint inſertæ, hæc eſt, quòd Hiſtoria Regni *Davidis*, quæ *ſecundo* libro Regum continetur, per eas poteſt illuſtrari.

(1) *De variis hujus* S. Dionyſij Epiſtolis *vide* Euſeb. *Hiſt. Eccl. lib.* 7 *cap.* 15, 16, 17, *aliàs* 20, 21, 22, *&* S. Hieron. *de Scriptor. Eccleſ. cap.* 69.

(2) *Intelligitur* Alexandria Ægypti. *Vide ſuprà citata Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Euſebij *loca.*

V I.

Sextus(3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in quarto, conſtátque folijs *ducentis novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ibidem ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo hæc:

(3) *Fuit is olim inter* Codices *MStos Theolog. Græcos* quinquageſimus-quintus.

Primò, & quidem folij primi paginâ primâ, *Index* græcus antiquus, majuſculis literis exaratus, eorum, quæ continentur toto hoc Codice: Πίναξ τῶν ἐμφερομένων ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ. Α, Ὑπόμνημα εἰς τὸν δίκαιον, μακάριον καὶ πολύαθλον Ἰὼβ· κεφάλαια ὑποκείμενα τὸν ἀριθμὸν κθʹ. Β, Παροιμίαι Σολομῶντος υἱοῦ Δαυίδ. Παροιμίαι ἕτεραι Σολομῶντος αἱ ἀδιάκριτοι, ἃς ἐγράψαντο οἱ φίλοι Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας. Γ, Ὁ Ἐκκλησιαστής. Δ, Ἆσμα ᾀσμάτων. Ε, Σοφία Σολομῶντος ἡ πανάρετος. ϛ, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ. ᾱ, Λόγοι παραβολῶν β̄, παιδεία στόματος· γ̄ Σοφίας αἴνεσις· δ̄, Περὶ τέκνων· ε̄, Περὶ βρωμάτων· ϛ̄, Περὶ δούλων παραίνεσις· ζ̄, Περὶ ἐγκρατείας· η̄, Πατέρων ὕμνος· θ̄, Προσευχὴ Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ.

Secundò, & quidem folij primi paginâ ſecundâ, anonymi cujuſdam Autoris Præmonitio de *Sacrorum Bibliorum ex Hebraico in Græcum tranſlatorum obſcuritate* ejúſque *cauſis*. Initium iſtius Præmonitionis eſt hoc: Ἡ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀσάφεια πολλὴν ἔχει τὴν αἰτίαν· πρῶτον μὲν ὅτι πᾶσα γλῶσσα εἰς ἑτέραν μεταπιθεμένη &c.

Tertiò, & quidem à fol. 2 uſque ad fol. 49, *Liber Iobi* cum anonymi cujuſdam Autoris *Commentario marginali*, admodùm abbreviatè ſcripto, & lectu difficili.

Quar-

Quartò, & quidem à fol. 50 uſque ad fol. 92. *Proverbia Salomonis* cum *Commentario marginali*, ob nimiam ſcripturæ abbreviationem lectu valdè difficili. Notabile autem eſt, *Proverbia* illa in *duas claſſes* ibi eſſe diviſa, quarũ prior, pertingens uſque ad caput 24, complectitur Proverbia *ab ipſo Salomone ſcripta* & edita, poſterior autem, incipiens à capite 25, continet Proverbia *Salomonis*, *vivâ* tantùm *voce* ab ipſo prolata, & per ora poſterorum variè diſperſa, quæ *amici Regis Ezechiæ* collegerunt, & per ſcripturam in unum corpus redacta, jam memorato Regi dono obtulerunt; ut teſtatur ibidem anonymus ille antiquus græcus Scholiaſtes in margine.

Quintò, & quidem à folij 92 paginâ ſecundâ uſque ad fol. 107, *Eccleſiaſtes* cum *Commentario marginali*, uſque ad Caput quartum pertingente.

Sextò, & quidem à fol. 107 pag. 2 uſque ad fol. 114, *Canticum Canticorum* ſine Commentario marginali.

Septimò, & quidem à fol. 114 pag. 2 uſque ad fol. 140, *Sapientia Salomonis* ſine Commentario marginali.

Octavò, & quidem à fol. 141 uſque ad fol. 209 ſive ultimum; *Sapientia Jeſu filij Sirach* ſine Commentario marginali.

V I I.

Septimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in folio, conſtátque nunc *centum ſexaginta ſex* folijs, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 33, Liber Jobi cum ampliſſimâ *Catenâ marginali*, ſive *marginali Commentario*, qui collectus eſt ex (2) varijs antiquis Scriptoribus Eccleſiaſticis, quorum nomina ibidem adſcripta ſunt.

Secundò, & quidem à fol. 34 uſque ad fol. 61, *Proverbia Salomonis*, *Commentario marginali* illuſtrata, & eâdem ratione, ut in proximè præcedenti Codice *in duas Claſſes* diviſa.

Tertiò, & quidem à fol. 61 uſque ad fol. 77, *Eccleſiaſtes* cum *Commentario marginali*.

Quartò, & quidem à fol. 77. uſque ad fol. 86, *Canticum Canticorum* cum *Commentario marginali*.

Quintò, & quidem à fol. 86 uſque ad fol. 105, *Sapientia Salomonis* ſine Commentario marginali.

Sextò, & quidem à folij 105 paginâ ſecundâ uſque ad fol.

C 2 118,

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quinquageſimus ſextus.

(2) *Frequens inter illos fit mẽtio* Olympiodori, *de quo vid.* R.P. Philip. Labb. *Tom. II de Script. Eccleſ. pag.* 133, 134, 135. *Citatur etiam ibidem aliquoties, & quidem in primis folij* 10 *pag.* 2 Severus Epiſcopus Antiochenus. *Vide etiam ſuprà ejuſdem mentionem in Codice* quarto.

118, *Pſalmi Salomonis* (1) *octodecim* ſuppoſititij ſine Commentario marginali, quorum titulus Ψαλμοὶ Σολομῶντος: in fine autem legitur hæc ſubſcriptio: Ψαλμοὶ Σολομῶντος ιη´ ἔχουσιν ἔπη. *Primi* Pſalmi principium eſt: Ἐβόησα πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με εἰς τέλος &c; *ultimi* autem, Κύριε τὸ ἔλεός σου ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰς τὸν αἰῶνα· &c. Meminit horum ſuppoſititiorum Pſalmorum Salomonis *Joannes Zonaras* in (2) Commentario ad *Concilij Laodiceni* Canonem quinquageſimũ nonum, Ὅτι οὐ δεῖ ἸΔΙΩΤΙΚΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης, hoc eſt, *Quod non oportet privatos Pſalmos recitari in Eccleſiâ, nec libros non canonicos, ſed ſolos canonicos Veteris & Novi Teſtamenti*, his verbis: Ἐκτὸς μὲν τῶν ρν´ ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ εὑρίσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ ΣΟΛΟΜΩΝΤΟΣ εἶναι, καὶ ἄλλων τινῶν, οὓς καὶ ἸΔΙΩΤΙΚΟΥΣ ὠνόμασαν οἱ πατέρες, καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο, hoc eſt, *Præter centum & quinquaginta Davidis Pſalmos, nonnulli præterea extant, qui SALOMONIS, & aliorum quorundam eſſe perhibentur; qui etiam PRIVATI à Patribus dicti ſunt, & propter eorundem prohibitionem in Eccleſiâ non debent recitari.*

Septimò, & quidem à fol. 118 uſque ad fol. 166 ſive ultimum, *Sapientia Jeſu filij Sirach* ſine Commentario marginali.

Elegantiſſimus quidem eſt hic Codex, & nonnullis locis *literis majuſculis aureis* exaratus, ſed incuriâ & negligentiâ eorum, qui ante me *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* præfuerunt, adeò ruinoſus & lacerus, ut inter folia, quæ tunc temporis, ubi *Busbeckius* eum comparavit Conſtantinopoli, fuerunt (3) *trigeſimum ſecundum* & *quinquageſimum quintum*, integra nunc deſint *viginti duo* folia. An autem illa in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* alicubi adhuc latitent, non auſim affirmare, priuſquam res ipſa id indicaverit.

VIII.

Octavus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in folio, & conſtat *octoginta ſeptem* folijs. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 27, *Liber Jobi* ſine ullâ diviſione in Capita.

Secundò, & quidem à fol. 28 uſque ad fol. 56, *Proverbia Salomonis*, in *duas Claſſes* diviſa, uti ſuprà in Codice ſexto & ſeptimo.

Ter-

(1) *Hos octodecim Pſalmos ſub titulo Pſalterij Salomonis primus græcè & latinè in lucem edidit, & Scholijs illuſtravit R. P. Joannes Ludovicus de la Cerda, Soc. Jeſu Presbyter, in Appendice Adverſariorum Sacrorum, Lugduni ad Rhodanum apud Ludovicum Proſt A. 1626 in folio. Operæ pretiũ autem fore arbitror, ſi jam memorata editio impreſſa cũ antiquiſſimo hoc Codice MSto Cæſareo accuratè conferatur.*

(2) *Pag.* 360 & 361 *edit. Pariſinæ gr. lat. A.* 1618 *in fol.*

(3) *Nunc* 33 & 34.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* nonageſimus ſecundus.

Tertiò, & quidem à fol. 57 uſque ad fol. 60, *Canticum Canticorum*, quod ibi in partes *quindecim*, quæ Λόγοι vocantur, diviſum eſt.

Quartò, & quidem à folij 60 paginâ 2 uſq; ad fol. 87 ſive ultimum, *Eccleſiaſtes* cum antiqui cujuſdam anonymi Autoris Ἑρμηνεία ſive *Expoſitione* τοῦ Κειμένου *ſive Contextui* intermixtâ.

IX.

Nonus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in quarto, conſtatq; folijs *centum triginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ibi ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theolog. Græcos* ducenteſimus ſeptuageſimus ſecundus.

Primò, & quidem à fol. 4 uſque ad fol. 27, *Liber Jobi* cum *Annotationibus* nonnullis *marginalibus*.

Secundò, & quidem à fol. 28 uſqne ad fol. 34, Coſmæ cognomine τοῦ Ἰνδικοπλεύστου ſive *Navigatoris Indici* Diſſertatio hactenùs inedita, quâ falsò probare annititur, *Cælum non eſſe ſphæricum* ſive *rotundum*, ſed eam opinionem adverſari *naturæ rerum* & ipſis *Sacris Literis*, nec ullos eſſe *Antipodas*, qui, ut *Cicero* Academicarum Quæſtionum lib. 4 cap. 39 loqui amat, in contrariâ parte terræ adverſis veſtigijs ſtent contra noſtra veſtigia. Titulus hujus Opuſculi unà cum principio ejuſdem eſt talis: Πρὸς τοὺς χριστιανίζειν βουλομένους, καὶ σφαιρικὸν εἶναι λέγοντας τὸν οὐρανὸν Κοσμᾶ τοῦ Ἰνδικοπλεύστου. Πρῶτοι μὲν οὖν βασανίσαντες μετ' αὐτῶν περὶ τοῦ σφαιρικοῦ σχήματος, ὡς οὐ δυνατὸν τοῦτο εἶναι οὔτε μὴν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων συμβαῖνον· ἐφ' ὕστερον ἀποδείξομεν τὰ ἡμέτερα δυνατὰ καὶ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων συμβαίνοντα. τινὲς μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν λέγουσι τὸν οὐρανὸν &c. Hic eſt ille *Coſmas Indicopleuſtes* ſive *Indicopleuſta*, cujus Prolegomena ſive Præfationes in Pſalterium Græcum *Ioannes Iacobus Friſius* in Bibliothecâ univerſali & R. P. *Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro referunt Romæ adſervari in Bibliothecâ Vaticanâ. Sed apud utrumque *cognomen* ejus extat corruptum. A *Friſio* enim *Coſmas Indicopleuſus*, à *Poſſevino* autem Coſmas *Indicoplenſis* appellatur. Reverà nempe *Indicopleuſtes* cognominatus eſt, quòd Indiam navigando perluſtrâſſet. Cæterùm nec primus, nec ſolus *Coſmas* ille *Cælum* negavit eſſe *ſphæricum* ſive *rotundum*, ſed decepit eum autoritas nonnullorum veterum (2) Scriptorum Eccleſiaſticorum, quorum quidam, ut *S. Juſtinus*

(2) *Vide S. Ioan. Damaſc. de Orthodoxâ Fide lib. 2 cap. 6, & R. P.* Benedicti Pererij *Commentar. in Geneſin. lib. 2 quæſt. 3.*

ſtinus Martyr in Reſponſo ad Orthodoxorum Quæſtionē 130, *S. Baſilius Magnus* Homil. 1 in Hexaëmeron, *S. Ioannes Chryſoſtomus* Homil. 14 & 27 in Epiſtolam S. Pauli ad Hebræos, & *S. Ambroſius* lib. 1 in Hexaëmeron, hæſitanter & dubè, alij autem, ut *Lactantius* Divinarum Inſtitutionum lib. 3 cap. 24, & *Procopius Gazæus* in Commentarijs in Geneſin, eandem Cœli figuram *ſphæricam* ſive *rotundam*, ut & *Antipodas*, conſtarter & præfractè negaverunt.

Tertiò, & quidem à folij 34 paginâ 2 uſque ad fol. 37, Anonymi cujuſdam Autoris excerpta quædam Theologica, de quibus mihi nondum ſatisliquet.

Quartò, & quidem à fol. 38 uſque ad fol. 94, *Ariſtotelis Topicorum Libri octo*, quorum principium: Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας μέθοδον εὑρεῖν, &c.

Quintò, & quidem à fol. 95 uſque ad fol. 114, *Ariſtotelis Liber de Sophiſticis Elenchis*, cujus principium: Περὶ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, καὶ τῶν φαινομένων &c.

Sextò, & quidem à fol. 115 uſque ad finem totius Codicis, *Ariſtotelis Analytica priora*, quorum principium: Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί καὶ τίνος ἡ σκέψις ἐστίν· &c.

X.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus* quinquageſimus.

Decimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus eſt optimæ notæ in folio, conſtátque folijs *ducentis ſeptuaginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *Pſalterium totum* à Pſalmo primo Μακάριος ἀνὴρ uſque ad centeſimum quinquageſimum ſive ultimum Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ &c. unà cum ampliſſimâ *Catenâ* ſive *Commentario*, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum Operibus collecto. Eſt autem hic *Codex* unus, & quidem præcipuus illorum *quinq;* antiquiſſimorum Codicum MStorum Græcorum, ex quibus R. P. *Balthaſar Corderius*, Societatis Jeſu Theologus, collegit & contexuit magnam illam *Expoſitionem* (2) *Patrum Græcorū in Pſalmos*, in *tres Tomos* in folio diviſam, quæ A. 1643 & 1646 Antverpiæ typis Plantinianis Balthaſ: Moreti græcè & latinè impreſſa eſt. Meminit ipſe *Corderius* tanti ex *Auguſtiſſimâ*

(2) *Recenſentur illi ibi paginâ decimâ ſextâ Tomi primi hoc confuſo ordine:* Athanaſius, Ammonius, Anonymus, Apollinarius, Aſterius, Baſilius, Gennadius, Georgius Alexandrinus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Didymus, Dionyſius Areopagita, Euſebius Cæſarienſis, Heſychius, Theodoretus, Theodorus Antiochenus, Theodorus Heracleota, Iſidorus, Cyrillus Alexandrinus, Maximus, Pachymera, Chryſoſtomus, Pſellus, Origenes.

mâ Bibliothecâ Cæſareâ impetrati beneficij in Præfatione ad Lectorem, primo jam memoratæ Expoſitionis Tomo præfixâ his verbis: *Cùm inter varia ἀνέκδοτα Græcorum Patrum monumenta, quæ in Imperatoriâ Viennenſi Bibliothecâ, per Augerium* (1) *Busbecquium, natione Flandrum, D. D. Ferdinandi I & Maximiliani II ad Portam Ottomannicam Oratorem, è Turcarum manibus aſſerta, atq; ære* (2) *Cæſareo redempta ſervantur, QVINQVE omninò Codices Græcos antiquiſſimos manuſcriptos, quibus Pſalmorum Ἐξήγησις continebatur, reperiſſem, theſaurum inclamo,* (3) *Cæſari patefacio, operam meam & induſtriam ad eum eruendum addico. Applaudit Optimus Imperator, & patrocinium ſubſidiúmq; ſuum mihi offert liberaliter; dictos Codices ad* (4) *Collegium deferri jubet: ubi illos dum examino accuratiùs, MAIORES* (5) *DVOS in pergameno, vetuſto rotundo charactere exaratos, reperi continere Catenam Patrum, ſed utramq; mutilam, atq;* (6) *unam quidem non ultra quinquageſimum Pſalmum contextam. Hanc itaq; ne ſolam darem, Commentarium Græcum anonymum, in chartâ quidem, ſed perantiquâ eleganter conſcriptum ex tertio Codice Cæſareo addere placuit, hactenùs quidem incognitum; niſi quòd dum ante menſem Romam veniens, Vaticanam Pontificis ac Quirinalem Eminentiſſimi Franciſci Cardinalis Barberini Bibliothecam perluſtro, & cum manuſcriptis pervetuſtis, quæ in pergameno deſcripta ibidē ſervantur, confero, repererim eſſe THEODORI HERACLEOTÆ, cujus nomine ita erant inſcripta:* ΘΕΟΔΩ͂ΡΟΥ ἘΠΙΣΚΌΠΟΥ ἩΡΑΚΛΕΊΑΣ ΘΡΆΚΗΣ ἙΡΜΗΝΕΊΑ ΕἸΣ ΤΟΥ͂Σ ΨΑΛΜΟΥ͂Σ. *Deniq; cum duo* (7) *alij Codices Cæſarei, ſimiliter mutili, in quarto exarati, compendiariam quandam Pſalmorum Explicationem continerent, ex utroq; Paraphraſin concinnavi.* Hæc R. P. *Corderius* de antiquiſſimis illis quinq; Codicibus MStis Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, quibus is ad contexendam *Expoſitionem Patrum Græcorum in Pſalmos* olim uſus eſt.

X I.

Vndecimus (8) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in folio, ſed valdè ruinoſus

(1) *Imò* Busbeckium. *Vide Lib.* I *horum Cōmentariorū pag.* 34. 35. 36. & 37.

(2) *Imò* proprio, *ut ipſe teſtatur* Busbeckius. *Vide Lib.* I *horū Commentariorū pag.* 36 & 56.

(3) *Nempe* Imp. Ferdinando Secundo. & *quidem A.* 1632, *ut teſtatur propriâ manu V. CL.* Sebaſtianus Tengnagelius, *tunc temporis Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Præfectus, folio* 124 *antiqui iſtius Codicis MSti. qui tertius fuit illorū quinque Codicum, quorum hic fit mentio.*

(4) *Imò non in* Collegium *tantùm Vindobonenſe, ſed & Vindobonâ* Antverpiam; *ut teſtatur ſuprà citato loco* Tengnagelius. (5) *Nempe in* folio. *Horum autem* primus *eſt, qui nunc inter Codices MStos Theologicos Græcos eſt* decimus. (6) Secundum *hunc illorum* quinque *Codicum MStorum, qui ultra* quinquageſimum *Pſalmum non pertigit, ſummâ quidem diligentiâ in* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ *hactenùs quæſivi, ſed nuſquam reperi. Quamobrem valdè vereor, ne is remanſerit* Antverpiæ. (7) *Nempe qui nunc ſunt inter Codices MStos Theologicos Græcos* duodecimus & decimus tertius. (8) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus octogeſimus quintus.

ſus & tàm in principio, quàm in fine mutilus; conſtátque nunc *ducentis quadraginta tribus* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *Commentarius* ampliſſimus non ſolùm in totum *Pſalterium*, verùm etiam in (1) *Cantica duo Moyſis*, quæ extant Exodi cap. 15 & Deuteronomij cap. 32; item in *Canticum Hannæ* matris Samuelis Lib. 1 Reg. cap. 2, in *Canticum Habacuc* Prophetæ cap. 3, in *Canticum Eſaiæ Prophetæ* cap. 26 verſ. 9 Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου &c. in *Canticum Jonæ Prophetæ* cap. 2 Ἐβόησα ἐν θλίψει μου &c. in *Canticum trium puerorum* Prophetiæ Danielis cap. 3, in *Canticum Beatiſſimæ Dei Genetricis Mariæ* Evangelij S. Lucæ cap. 1, & in *Canticum Zachariæ*, patris S. Joannis Baptiſtæ, quod extat eodem capite. Procemij autem loco præfixa eſt huic Commentario (2) *Epiſtola S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini ad Marcellinum de interpretatione Pſalmorum*, cujus principium: Ἀγαμαί σε τῆς ἐν Χριστῷ προαιρέσεως &c; ſed deeſt ibi prior ejus pars uſque ad hæc verba: -- σῆς ᾠδὴν γράφει, καὶ ὁ Ἡσαΐας ᾄδει, &c. Finitâ hâc *S. Athanaſij Epiſtolâ* ſequitur ibidem, & quidem folio ſexto, alterius cujuſdam (3) *anonymi Autoris* Præfatio in Pſalterium, cujus initiũ: Πᾶσα μὲν γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ πνεύματος, ἵν' ὥσπερ &c. Huic porrò ſubjunguntur *Euſebij Pamphili* Epiſcopi Cæſareenſis Præfatiunculæ duæ, quarũ prima inſcribitur, Εὐσεβίου Ἐπισκόπου Καισαρείας περὶ τοῦ Διαψάλματος. altera autem, Ὑπόθεσις Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εἰς τὴν ἀνακεφαλαίωσιν τῶν ψαλμῶν. Hinc tandem folio ſeptimo incipit ipſe *Commentarius in Pſalmos* hoc modo: ΒΙΒΛΟΣ ΨΑΛΜΩΝ, ἈΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἈΝΗΡ, ὋΣ ΟΥΚ ἘΠΟΡΕΥΘΗ &c. Μακαριότητος μὲν φύσει ἅπαντες ὀρεγόμεθα, &c. Quamvis autem in hoc Codice Cæſareo propter defectum principij non extet *nomen Autoris*, à quo *Commentarius* ille compoſitus eſt, beneficio tamen aliorum Codicum MStorum *Bibliothecæ Vaticanæ* & *Barberinianæ* animadvertit R. P. (4) *Balthaſar Corderius*, Autorem ejus eſſe *Theodorum Heracleæ in Thraciâ Epiſcopum*, cujus *S. Hieronymus* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 90 meminit his verbis: *THEODORUS HERACLEÆ*

(1) *Commentariũ hunc Theodori Epiſcopi Heracleenſis in Cantica ſacra, Pſalterio ſubjuncta, non edidit R. P. Balthaſar Corderius ſeparatim, uti extat in hoc Codice MSto, ſed permiſcuit eum ἀνωνύμως reliquorum Patrum Græcorum Catenæ in eadem Cantica. Vide Tomũ tertium Expoſitionis Patrum Græcorum in Pſalmos, à jam memorato R. P. Corderio editæ, pag. 853 & deinceps uſq. ad finem.*

(2) *Vide Operum* S. Athanaſij *editionem Græco-latinam Pariſienſem A. 1627 in fol. Tom. 1 pag. 959.* (3) *In Codice MSto inter Theologicos Græcos*, decimo quarto *attribuitur illud Procemium* S. Baſilio Magno. (4) *Vide ſuprà pag.* 23.

CLEÆ Thraciarum Epiſcopus, elegantis apertiq; ſermonis, & magis hiſtoricæ intelligentiæ, edidit ſub CONSTANTIO Principe Commentarios in Matthæum, & in Joannem, & in Apoſtolum, & in Pſalterium. Hæc *S. Hieronymus.* Ubi obiter notandum eſt, in Bibliothecâ Eccleſiaſticâ *Auberti Miræi* & in R. P. *Antonij Poſſevini* Apparatu Sacro pro *ſub CONSTANTIO Principe* perperàm legi *ſub CONSTANTINO Principe.* Si quis enim ipſum *S. Hieronymi* ſuprà citatum Librum inſpexerit, primo deprehendet intuitu, *Theodorum Epiſcopum Heracleenſem* ab eo non recenſeri inter Scriptores Eccleſiaſticos, qui claruerunt *ſub Imp. Conſtantino Magno,* ſed *Euſebio Pamphili* & *S. Athanaſio* Archiepiſcopo Alexandrino poſtpoſitum, ijs annumerari Scriptoribus, qui floruerunt *ſub Imp. Conſtantini Magni filijs*, & quidē præcipuè ſub *Conſtantio*, qui omnium ultimus A. C. 361 obijt. Minùs rectè igitur idem *Theodorus* etiam in R. P. *Philippi Labbæi* Bibliothecâ Chronologicâ collocatur *ante Imp. Conſtantinum Magnum*, tanquam ad annum Chriſti 336 pertinens. Corrigendi quoque ſunt *Joannes Trithemius* & *Sixtus Senenſis*, quorum alter in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, alter autem Libro quarto Bibliothecæ Sanctæ eundem *Theodorum* refert claruiſſe *temporibus CONSTANTINI ſecundi.* Utrobiq; enim legendum eſt *temporibus CONSTANTII ſecùndi*, utpote cùm *Conſtantius* Imp. *Conſtantini Magni filius* reſpectu avi ſui *Conſtantij Chlori* inter Imperatores Romanos *ſecundus* ſit ejus nominis. Cæterùm quòd R. P. *Balthaſar Corderius* præſtantiſſimo illo Codice MSto, de quo in præſens agitur, ad contexendam (1) *Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos* non tantùm *Vindobonæ* uſus ſit, verùm etiam aliquam ejus partem clementiſſimo Glorioſiſſimi *Imp. Ferdinandi II* permiſſu ſecum abſtulerit *Antverpiam*, teſtatur V. CL. *Sebaſtianus Tengnagelius* in fine paginæ *ſecundæ* folij *centeſimi vigeſimi quarti* hâc propriæ manûs ſubſcriptione: *Reliqua folia, quæ hinc dempta ſunt, R. P. Corderius Soc.* J E S V *ex mandato S. Cæſareæ Majeſtatis Antverpiam ſecum tulit; quæ reſtituet, ubi deſcripſerit; d. 26 Martij A. 1632.*

(1) *Vide ſuprà pag.* 22.

X I I.

Duodecimus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátq; folijs *trecentis triginta quinq;*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius in Pſalterium*, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum Operibus collectus, in cujus fine legitur, eum

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus quinquageſimus quartus.*

eum exaratum eſſe *Conſtantinopoli* manu Εὐςαθίου κληρικοῦ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, hoc eſt, *Euſtathij*,(1) *Clerici* (2) *Magnæ Eccleſiæ* ſive *Templi S. Sophiæ*. Hic autem eſt *quartus* illorum (3) *quinq;* Codicum MStorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, quibus R. P. *Balthaſar Corderius* ad contexendã Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos olim uſus eſt.

XIII.

Decimus tertius (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *ducentis novendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *Pſalterium* à Pſalmi 35 verſ. 3 uſque ad finem Pſalmi 149, unà cum anonymi cujuſdam Autoris *Commentario marginali*. Deeſt deinde folium unum, quod Pſalmum 150 & principium *Cantici Moyſis in* (5) *Exodo* continuit uſq; ad verſum ſextum incluſivè. Ultimis autem *quatuor* folijs continetur ejuſdem Cantici reſidua pars à verſu 7 Καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίους uſque ad finem; ut & *Cantici Moyſis* in (6) *Deuteronomio* pars prior uſq; ad versûs *decimi quinti* verba, Ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα, itidem cum *Commentario marginali*. Hic nempe eſt *quintus* illorum *quinq;* Codicum MStorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, quibus R. P. *Balthaſar Corderius* ad contexendam Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos olim uſus eſt.

XIV.

Decimus quartus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *trecentis triginta duobus*, & ad V.CL. *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius in Pſalterium* à Pſalmo primo uſq; ad ſeptuageſimũ octavũ, collectus ex Operibus variorũ Sanctorũ Patrum aliorúmq; Scriptorũ Eccleſiaſticorũ Græcorum; nempe *Origenis*, *Euſebij* Epiſcopi Cæſareenſis, *Apollinaris* Epiſcopi Laodiceni, *S. Baſilij* Magni, *S. Gregorij* Nazianzeni, *S. Gregorij* Nyſſeni, *S. Joannis Chryſoſtomi*, *Iſidori* Peluſiotæ, *S. Cyrilli* Archiepiſcopi Alexandrini, *Ammonij* Secundi ſive Junioris, *Theodoreti* Epiſcopi Cyrenſis, *Gennadij* Patriarchæ Conſtantinopolitani, *Georgij* Patriarchæ Alexandrini, *Heſychij* Presbyteri Hieroſolymitani & *Michaelis Pſelli*, quorum omnium nomina ibidem in margine adſcripta ſunt. Titulus *græcus* ejuſdem Commentarij eſt hic: Ἐξήγησις

(1) *Vide* Joan. Meurſij *Gloſſarium Græco barbarum in explicatione vocum* Κλῆρος & Κληρικοί.

(2) *Vide* Georgij Codini *Excerpta de Antiquitatibus Conſtantinopolitanis, græcè & latinè cum Animadverſionibus meis edita Lutetiæ Pariſiorum typis Regijs A. 1655 in folio. Extat enim ibi à pag.64 uſq; ad pag.22, 74 peculiaris Libellus* de Structurâ Tẽpli S. Sophiæ.

(3) *Vide ſuprà pag.22 ubi agitur de Codice inter MStos Theologicos Græcos* decimo.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus quinquageſimus ſextus. (5) *Nempe cap.* 15. (6) *Nempe cap.* 32.

σις ἀκριβεστάτη διαφόρων ἐξηγητῶν εἰς τὸ ψαλτήριον· hoc eſt: *Expoſitio accuratiſſima diverſorum Explanatorum in Pſalterium.* Inter diverſas autem *Præfationes*, quæ huic Expoſitioni præfixæ ſunt, incipit ea, quæ *prima* eſt, hoc modò: Ἑρμηνειῶν τοῦ ψαλτηρίου πρώτη ἐστὶν ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα δύο· οὗτοι Ἑβραῖοι ὄντες, &c. *Secunda* autem, quæ *Theodoreto* attribuitur, incipit his verbis: Τινὲς τῶν τὰς ὑποθέσεις τῶν ψαλμῶν συγγεγραφότων ἠθικὴν τούτους ἔφασαν περιέχειν διδασκαλίαν, ἐμοὶ δὲ οὐχ᾽ ἧττον δογματικοὺς ἢ ἠθικοὺς τούτους ἔδοξεν εἶναι. Περιέχει δὲ ἡ τούτων βίβλος &c. Sequitur deinde *S. Baſilij Magni* (1) Præfatio, cujus principium: Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ πνεύματος, ἵνα ὥσπερ ἐν κοινῷ τῶν ψυχῶν ἰατρείῳ &c. Cæterùm minimè dubium eſt, quin *Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos*, à R.P. *Corderio* edita, beneficio hujus Codicis MSti, utpote cujus ope is caruit, non contemnendo *Spicilegio* poſſit augeri.

X V.

Decimus quintus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt chartaceus in quarto, ſcriptus anno Mundi ſecundum ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6742, hoc eſt, anno Chriſti 1234. Pertinuit autem is olim ad (3) *Joannem Sambucum*, & nunc valdè ruinoſus, ac tàm in principio, quàm in fine mutilus, conſtat ducentis ſeptuaginta novem folijs. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius in Pſalterium* à Pſalmo quinto uſque ad ultimum, & porrò in *Cantica ſacra Moyſis, Hannæ* matris Samuelis, *Habacuc* Prophetæ, *Eſaiæ* Prophetæ, *Trium Puerorum* apud Prophetam Danielem, & *Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, collectus ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorùmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum; nempe (4) *Apollinaris Epiſcopi Laodiceni, Aquilæ Pontici, S. Athanaſij, S. Baſilij Magni, S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini, Didymi Alexandrini, Diodori Epiſcopi Tarſenſis, Euſebij, Eudoxij, S. Gregorij Nazianzeni, S. Gregorij Nyſſeni, Heſychij, S. Joannis Chryſoſtomi, Maximi, Nicolai, Olympiodori, Origenis, Severi Epiſcopi Antiocheni, Symmachi, Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis, Theodotionis, Victoris Antiocheni*, & fortè etiam nonnullorum aliorum, quorum nomina in tranſcurſu à me non obſervata ſunt. Minimè porrò dubium eſt, quin *Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos*, à R. P. *Corderio* edita, etiam hujus Codicis, utpote ab illo non viſi, beneficio illuſtrari poſſit & augeri. Cæterùm quod ad *Autorem*, à quo

(1) *Edidit eam R. P.* Corderius, *ſed tanquam Autoris anonymi. Vide ſuprà pag.* 24, *ubi agitur de Codice MSto Theologico Græco* undecimo.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus decimus tertius.

(3) *Notabile eſt, quod* Joannes Sambucus *ibidem propriâ manu teſtatur, ſe hunc Codicem emiſſe* Brundusij *A. C.* 1563.

(4) *Notandum eſt, Autores illos hic à me non recenſeri ordine* chronologico *ſive reſpectu temporis, quo claruerunt, ſed tantùm ordine* alphabetico *ſecundum eorum nomina.*

quo ſuprà memoratus *Commentarius* collectus & contextus eſt, attinet, ſilentio haud prætereundum videtur, eum à *Joanne Sambuco* creditum eſſe *Nicetam* (1) *Heracleenſem*; ut etiam nunc ibidem propriâ ipſius *Sambuci* manu annotatum cernitur.

XVI.

Decimus ſextus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *octavo*, conſtátq; nunc *ducentis nonaginta* folijs. Continetur eo *Pſalterium* à Pſalmi noni verſu decimo ſeptimo Γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν &c. uſq; ad Pſalmum centeſimum quinquageſimum ſive ultimum. Subjuncta autem eſt ſingulis verſibus brevis quædam *Expoſitio*, quæ in fine totius Codicis attribuitur *Origeni*, utpote ubi ea expreſsè vocatur Ὠριγένους Ἐξήγησις. Ibidem quoque is, qui hunc Codicem ſuâ manu exaravit, appellatur Πρωτοψάλτης τῆς Κρητῶν Ἐκκλησίας, hoc eſt, (3) *Protoſpaltes Eccleſiæ Cretenſis*. Cæterùm quod ad ſuprà memoratum Pſalmi *noni* verſum *decimum* attinet, ejus *Expoſitio* incipit ibi his verbis: Οἱ γὰρ ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντες ἔγνωσαν, ὅτι αὐτός ἐστι ὁ κριτὴς πάντων· &c. Minimè porrò dubium eſt, quin *Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos*, à R. P. *Corderio* edita, etiam hujus Codicis, utpote ab illo non viſi, beneficio non mediocriter illuſtrari poſſit & augeri.

XVII.

Decimus ſeptimus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in quarto, conſtátque folijs *centum ſeptuaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Pſalterium*, à Pſalmo *primo* uſque ad Pſalmum *quinquageſimum* incluſivè, cum brevi quadam *Expoſitione ſingulis verſibus ſubjunctâ*, quæ ab *Antonio Caraſâ* è Græcâ in Latinam linguam primùm converſa, & Patavij A. 1564 typis M. Antonij Gallaſſij in quarto edita eſt; non tamen ex hoc Codice MSto *Cæſareo*, quippe quo nec ille, nec R. P. *Corderius* in contexendâ Patrum Græcorum Expoſitione in Pſalmos uſus eſt. Utinam autem præſtantiſſimus hic Codex ad nos perveniſſet integer! Prima enim *decem* & *quatuor* ultima folia *chartacea* loco deperditorum *mebranaceorum* foliorum veterum ſubſtituta ſunt ab inepto quodam recenti Græculo, cujus imperitia nō ſolùm in principio, ſed & in fine iſtius Codicis apparet ex hoc titulo: Ἀκύλα καὶ Συμμάχου καὶ ἑτέρων

Πατέ-

(1) *A Joanne Jacobo Friſio in Bibliothecâ Univerſali vocatur is perperàm* Nicetas Heracli⁹. *Rectiùs autem in* Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ *duobus Codicibus MStis, qui olim inter Codices MStos Theologicos Græcos fuerunt* 136tus *&* 137,mus *appellatur* Νικήτας ὁ μακαριώτατος Μητροπολίτης Ἡρακλείας, *hoc eſt,* Nicetas, beatiſſimus Metropolita *ſive* Archiepiſcopus Heracleę.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus decimus nonus.

(3) *Hujuſmodi* Protopſaltes *in Eccleſiâ Latinâ olim vocatus eſt* Primicerius Scholæ Cantorum. *Vide* Joan. Meurſij *Gloſſarium græco-barbarum in explicatione vocis* Πρωτοψάλτης. (4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ſeptuageſimus.

Πατέρων Ἐξήγησις εἰς τοὺς ψαλμοὺς· hoc eſt, *Aquilæ & Symmachi & aliorum Patrum Expoſitio in Pſalmos*. Falsò enim ac ridiculè *Aquila* & *Symmachus* hic referuntur inter *Patres Eccleſiæ Chriſtianæ*, cùm certò conſtet eos fuiſſe (1) *Judæos*, nec niſi ex Chriſtianæ religionis odio Sacram Veteris Teſtamenti Scripturam novis ſuis poſt LXX Interpretum verſionem translationibus græcis de-induſtriâ depravâſſe.

XVIII.

Decimus octavus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in quarto, ſed tàm in principio, quàm in fine mutilus, conſtátque nunc *centum ſeptuaginta duobus* folijs. Continetur eo *Pſalterium* à Pſalmi ſeptimi verſu decimo Συντελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν &c. uſque ad Pſalmi 106 verſum duodecimum Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν. Subjuncta autem eſt ſingulis verſibus anonymi cujuſdam Autoris brevis quidem, ſed docta *expoſitio*, quam non vidit R. P. *Corderius*, quo tempore *Patrum Græcorum Expoſitionē in Pſalmos* contexuit ac edidit. Notatu etiam dignum eſt, *Pſalterium* in præſtantiſſimo hoc Codice MSto diviſum eſſe in *quinq;* Βιβλία ſive *Libellos*, uti videre eſt ante principium Pſalmi 41, quippe cui præfixus eſt hic titulus: Ἀρχὴ τοῦ β' Βιβλίου ψαλμῶν τοῦ Δαβίδ. Similiter etiam ante principium Pſalmi 106 legitur: Ἀρχὴ τοῦ ε' Βιβλίου. Meminit hujus diviſionis *Euſebius Pamphili* in Hypotheſi ſive Argumento τῆς Ἀνακεφαλαιώσεως ſive (3) Recapitulationis Pſalmorum his verbis: Τῆς Βίβλου τῶν Ψαλμῶν ἥδε ἂν εἴη ἡ διαίρεσις, ὡς ΤΑ' ἈΚΡΙΒΗ' ΤΩΝ Α'ΝΤΙΓΡΑ'ΦΩΝ, αὐτό τε τὸ Ἑβραϊκὸν περιέχει. Εἰς πέντε γὰρ μέρη τὴν πᾶσαν τῶν ψαλμῶν βίβλον παῖδες Ἑβραίων διαιροῦσι. Πρῶτον εἰς τοὺς ἀπὸ πρώτου μέχρι τεσσαρακοστοῦ· δεύτερον εἰς τοὺς ἀπὸ τεσσαρακοστοῦ πρώτου μέχρις οα'· τρίτον εἰς τοὺς ἀπὸ οβ' μέχρις πη'· τέταρτον εἰς τοὺς ἀπὸ πθ' μέχρις ρε'· πέμπτον εἰς τοὺς ἀπὸ ρς' μέχρι τέλους τοῦ βιβλίου. Hoc eſt: *Libri Pſalmorum hæc fuerit diviſio, ut ACCURATA EXEMPLARIA, atq; ipſemet Textus Hebraïcus continent. Hebræi enim totum Librum Pſalmorum in quinq; Partes diſtribuunt. Prima eſt à Pſalmo primo uſq; ad quadrageſimum; ſecunda eſt à quadrageſimo primo uſq; ad ſeptuageſimum primum; tertia à ſeptuageſimo ſecundo uſq; ad octogeſimum octavum; quarta ab octogeſimo nono uſq; ad centeſimum quintum; quinta à centeſimo ſexto uſq; ad Libri finem.*

(1) Vide Auberti Miræi *Auctarium de Scriptor. Eccleſ. cap.* 9 & 11, Joannis Morini *Præfationē in Vetus Teſtamentum ſecundùm LXX.* & Joan. Wowerij *Syntagma de Græcâ & Latinâ Sacrorum Bibliorum Interpretatione cap.* 11.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus nonageſimus octavus.

(3) Recapitulare pro ἀνακεφαλαιοῦν legitur *apud* Tertullianum *contra Judæos cap.* 8.

XIX.

Decimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátq; folijs *ducentis novem*, & ad *Ioannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Pſalterium*, ſecundùm pervetuſtam Eccleſiæ Græcæ conſuetudinem diviſum in *viginti Sectiones*, quæ vocantur Καθίσματα ſive *Seſſiones*, & certum numerum *Pſalmorum* cum ſubjunctis alijs quibuſdam *Lectionibus* ac *Precibus ſacris* continent. Meminit hujus diviſionis Pſalterij *Theodorus Balſamon* (2) in Explicatione *decimi ſeptimi* Canonis Concilij (3) *Laodiceni*, περὶ τοῦ, μὴ δεῖν ἐπισυνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλὰ διὰ μέσου καθ' ἕκαστον ψαλμὸν γίνεσθαι ἀνάγνωσιν· hoc eſt: *Nõ oportere Pſalmos in Congregationibus ſacris connectere, ſed* (4) *intermediè poſt unumquemq; Pſalmum fieri lectionem*; his verbis: Τῶν ψαλμῶν ἀναγινωσκομένων διὰ μιᾶς ὑφῆς κατὰ παλαιὰν παράδοσιν, καὶ τοῦ συναγομένου λαοῦ ὑποκναιομένου, κἀντεῦθεν ἀκηδιῶντος ἀπὸ τοῦ κόπου, καὶ ἐξερχομένου τῆς Ἐκκλησίας, ὥρισαν οἱ Πατέρες, μὴ συναπτῶς ἐν ταῖς συνάξεσιν ἐκφωνεῖσθαι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλὰ διὰ μέσου γίνεσθαι καὶ ἀναγνώσεις ἐπὶ τῷ ἀναπαύεσθαι τὸν λαὸν πρὸς μικρὸν, καὶ πάλιν ψάλλειν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ εἰς ΚΑΘΙΣΜΑΤΑ διάφορα τὸ ἱερὸν κατεμερίσθη ψαλτήριον. χάρις οὖν τοῖς ἁγίοις Πατράσι καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς κηδεμονίας. Hoc eſt, ut ego (5) interpretor: *Cùm Pſalmi ex antiquâ traditione uno continuo filo recitarentur, & populus congregatus hanc ob rem moleſtiâ afficeretur, & defeſſus, nullam ejus curam ampliùs gereret, ſed Eccleſiâ egrederetur, ſtatuerunt Patres, non eſſe Pſalmos in ſacris Congregationibus connexivè recitandos, ſed intermediè etiam Lectiones eſſe faciendas, ut populus* (6) *quieſceret aliquantulùm, & deinde rurſus caneret. Propterea enim & in SESSIONES diverſas ſacrum diviſum eſt Pſalterium.* (7) *Gratiæ igitur Sanctis illis Patribus etiam pro hâc eorum curâ agendæ ſunt.* Hæc *Theodorus Balſamon*. Quantum autem Pſalmorum numerum unum quodq; Κάθισμα comprehendat, cùm ex ipſo hoc antiquo Codice *MSto Pſalterij* videre eſt, tùm ex *Joannis Meurſij* Gloſſario Græco-barbaro, ubi ſignificationẽ vocis Κάθισμα indicat hoc modo: *Apud Græcos Pſalteriũ univerſum eſt diviſum in Καθίσματα viginti. Et primum quidem complectitur Pſalmos 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Secundum 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16. Tertium 17, 18, 19,*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quinquageſimus-ſeptimus.

(2) *Pag.* 835 *editionis Pariſienſis græco-latinæ A.* 1620 *in fol.*

(3) Concilium *hoc creditur eſſe celebratũ A. C* 319 *vel* 320 *ſub Pontificatu* S. Sylveſtri I. *Vide* R. P. Philippi Labbæi *Synopſin Hiſtoricam omnium Conciliorum, ubi agitur de anno* 319.

(4) Gentianus Hervetus *perperàm vertit*: interjecto ſpatio in uno quoque Pſalmo. *Eadẽ quoq; prava tranſlatio extat in* Leonis Allatij *Opuſculo de Libris Eccleſiaſticis Græcorum pag.* 55.

(5) *Confer quæſo hanc interpretationem meam cum alterâ illâ* Gentiani Herveti, *quæ etiam extat in* Leonis Allatij *Opuſculo de Libris Eccleſiaſticis Græcorum pag.* 56.

(6) *Nempe reſidens. Pſalmos enim canebant ſtantes.*

(7) *Ita quidem* Theodorus Balſamon; Joannes *autem* Zonaras, *qui ſeptuaginta circiter annis ante ipſum claruit, in annotatione ad eundem Canonem teſtatur,* Statutum *illud* Patrum Concilij Laodiceni *per introductionem novi ordinis rerum Eccleſiaſticarum ſuâ jam ætate fuiſſe immutatum.*

19,20,21,22,23. Quartum 24,25,26,27,28,29,30,31. Quintum 32,33,34,35,36. Sextum, 37,38,39,40,41,42,43,44, 45. Septimum 46,47,48,49,50,51,52,53,54. Octavum 55, 56,57,58,59,60,61,62,63. Nonum 64,65,66,67,68,69. Decimum 70,71,72,73,74,75,76. Vndecimum 77,78,79,80, 81,82,83,84. Duodecimum 85,86,87,88,89,90. Decimum tertium 91,92,93,94,95,96,97,98,99,100. Decimum quartum 101,102,103,104. Decimum quintum 105,106,107,108. Decimum ſextum 109,110,111,112,113,114,115,116 117. Decimum ſeptimum 118. Decimum octavum 119,120,121,122, 123,124,125,126,127,128,129,130,131. Decimum nonum 132,133,134,135,136,137,138,139,140,141,142. Vigeſimum reliquos uſq; ad 150. Hæc *Joannes Meurſius*. Eadem quoque confirmat & illuſtrat *Leo Allatius* in Opuſculo de Libris Eccleſiaſticis Græcorum (1) ſic ſcribens: *Nullus alius Liber apud Græcos ſive in Miſſis, ſive in Matutinis precibus, ſive in aliis divinis Officiis frequentior eſt Pſalterio, tanquam quod ſemper præ manibus ſit, licet ob aſſiduam illius recitationem ex memoriâ ferè omnia dicantur; ſuntque meri Pſalmi Davidici, non alterato ordine, ſed uti in Sacris Bibliis jacent, in certas tamen claſſes, plures vel pauciores Pſalmos, pro Pſalmorum longitudine, continentes, diſtincti. Sectiones Græci* Καθίσματα *vocant, quaſi diceres Seſſiones, & viginti tantummodò numerant. Cathiſmata ſingula in tres partes ſubdividunt, quas Hymno illo, Gloria Patri, & Filio, &c. terminant, aliter ac fit in Eccleſiâ Latinâ, quæ dictum Hymnum poſt omnes Pſalmos recitat. Cathiſma decimum ſeptimum ob prolixitatem Pſalmi, Beati immaculati, uno tantùm Pſalmo completur; quem etiam in tria Tmemata, & Hymno jam dicto, Gloria Patri, dividunt. Diviſiones Cathiſmatum* Στάσεις *dicunt, Stationes nempe. Stantes enim recitant, vel quòd lectionem finientes ſtent, & quaſi reſpirent.* Huculque *Allatius*. Quandoquidem igitur hinc ſatis patet, quid ſignificent *viginti* illa Καθίσματα, in quæ *Pſalterium Davidicum* in ſuprà memorato *Codice MSto* eſt diviſum, notandum porrò eſt, in eodem antiquo Codice ante initium ipſius *Pſalterij* extare *tria* diverſa *Proœmia*, quorum *primum*, quod extat folio *primo*, incipit hoc modo: Πρόγραμμα εἰς τὸν προφήτην Δαβίδ. Μετὰ (2) Μωσέα, καὶ τὸν τούτου διάδοχον Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, καὶ τοὺς λεγομένους Κριτὰς ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ἐπιλαβομένου λοιπὸν τῆς βασιλείας Σαοὺλ, καὶ ἀποδοκιμασθέντος, ἤγειρεν ὁ Θεὸς αὐτοῖς βασιλέα ἐκλεκτὸν, δίκαιόν τε καὶ Προφήτην, ὃς συνέταξε (3) βιβλίον ψαλμῶν ρν΄.

(1) Pag. 54 & 55 edit. Pariſ. Cramoiſ. A. 1646 in 4to.

(2) In Codice MSto vigeſimo legitur τὸν Μωσία, & paulo poſt τοῦ Σαούλ.

(3) In Codice MSto vigeſimo legitur Βίβλον.

ςι' &c. *Secundi Proœmij*, quod à folij *ſecundi* paginâ *primâ* pertingit uſque ad folij *quarti* paginam *ſecundam*, Titulus generalis eſt hic: Μέθοδος (1) ἸΩΣΊΠΠΟΥ ἐκ τῶν (2) ὑπομνημάτων αὐτοῦ καὶ χρονικῶν συνταγμάτων, πῶς συνέστη τὸ ψαλτήριον, καὶ πῶς οἱ ψαλμοὶ ἐξετέθησαν, καὶ τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς γραφαῖς βιβλία, (3), μὴ εὑρισκόμενα δὲ, καὶ τίνα εἰσὶ τὰ ἐν τῷ τέλει τοῦ Δαβὶδ πραχθέντα, καὶ τίνες ἡρμήνευσαν τὸ ψαλτήριον, καὶ πόσοι καὶ πότε. Diviſum autem eſt *ſecundum* hoc *Proœmium* in Partes *ſex*, quarum *prima* jam memorato generali titulo immediatè ſubjuncta, incipit his verbis: Πᾶσα μὲν ἡ καθ' ἡμᾶς γραφὴ, παλαιά τε καὶ καινὴ, θεόπνευστος ἐστὶ καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν ἀρετῆς καὶ πίστεως ἀληθοῦς· ἡ δὲ τῶν ψαλμῶν βίβλος &c. *Secunda* Proœmij *Secundi* Pars, cui ſpecialis hic præfixus eſt titulus, Περὶ τῆς ἐνθέσεως τῶν ψαλμῶν, incipit his verbis: Πολλῆς τοίνυν εἰδωλολατρείας κατακρατησάσης τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, &c. *Tertia* Proœmij *ſecundi* Pars, cui ſpecialis hic præfixus eſt titulus, Τίνες ἡρμήνευσαν τὸ ψαλτήριον, καὶ πόσοι, καὶ πότε, incipit his verbis: (4) Πρώτη ἐστὶν ἡ τῶν ο' ἑρμηνεία· οὗτοι Ἑβραῖοι ὄντες, &c. *Quarta* Proœmij *ſecundi* Pars, cui ſpecialis hic præfixus eſt titulus, (5) Ἑρμηνεία εἰς τὸ Διάψαλμα, incipit his verbis: Ἔοικε μουσικοῦ τινὸς μέλους &c. *Quinta* Proœmij *ſecundi* Pars, cui ſpecialis hic præfixus eſt titulus, Τίνα εἰσὶ τὰ τοῦ Δαβὶδ πρὸς τῷ τέλει πραχθέντα, καὶ εἰς αὐτὸν θαύματος ἄξια, incipit his verbis: Πᾶσαν αὐτοῦ τὴν συγγραφὴν (6) καὶ ἕκαστον τῶν τοῦ ψαλμοῦ συμπιπτόντων δι' ὕμνων ὁ Προφήτης συνεγράψατο, &c. *Sexta* demùm Proœmij *ſecundi* Pars, cui ſpecialis hic præfixus eſt titulus, Τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα βιβλία, (7) μὴ εὑρισκόμενα δὲ, incipit his verbis: Νάθαν καὶ Ἀδδὼ &c. Cæterùm quamvis in generali *ſecundi* hujus *Proœmij* titulo ſolius *Flavij Joſephi* fiat mentio, non tamen ex ipſius tantùm, verùm etiam, & quidem præcipuè ex aliorum veterum Scriptorum Operibus id excerptum ac collectum eſt; ut manifeſtè apparet ex Parte ejus *quartâ*, quippe ubi ad hæc verba, Ἀεὶ τοίνυν πρὸς τὸν τῆς σιωπῆς καιρὸν &c, in margine adſcriptũ eſt Ἀκύλας, hoc eſt, (8) *Aquilæ Pontici*; & paulo pòſt è regione verborum Προϊούσης γὰρ κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ψαλμῳδίας &c, ſimiliter adſcriptum eſt Γρηγορίου Νύσσης, hoc eſt, *S. Gregorij Epiſcopi Nyſſeni*. Minimè etiã dubiũ eſt, quin *Pars ſecunda* de diverſis Pſalmorũ Interpre-

(1) *Ita ibi ſcriptũ eſt; nempe* Ἰωσίππου *pro* Ἰωσήπου *ut pag. 2 fol. 4 ejuſdem Codicis, ut & in Codice MSto vigeſimo, rectè legitur. Intelligitur enim ſine dubio* Flavius Joſephus, *Antiquitatum Iudaicarũ Scriptor celeberrimus.*

(2) *In Codice MSto vigeſimo legitur* ὑπομνηστικῶν.

(3) *In Codice MSto vigeſimo additur* ὡς ὄντα. *hoc eſt,* tanquam exiſtentia; *& pro* μὴ εὑρισκόμενα *legitur* οὐχ' εὑρισκόμενα.

(4) *Vide ſuprà pag.* 16.

(5) *In ſequenti Codice MSto vigeſimo attribuitur ea Symmacho hoc modo:* Ἑρμηνεία τοῦ Διαψάλματος Συμμάχου.

(6) *In Codice MSto vigeſimo pro* καὶ ἕκαστον τῶν τοῦ ψαλμοῦ *legitur* ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ψαλμῶν.

(7) *In Codice MSto vigeſimo pro* μὴ *legitur* οὐχ'.

(8) *Vide ſuprà pag.* 16.

pretibus Græcis, & *Pars ſexta* ſive ultima de Libris quæ in Sacrâ Scripturâ commemorantur quidem, ſed nuſquam inveniuntur ex *S. Athanaſij* Archiepiſcopi Alexandrini (1) *Synopſi Sacræ Scripturæ* deſumptæ ſint, etſi illius nomen ibi non extet in margine. Quandoquidem autem in ultimâ atq; optimâ Operum *S. Athanaſij* editione græco-latinâ, Lutetiæ Pariſiorum A. 1627 duobus Tomis in folio impreſsâ, Tomi ſecundi paginâ 157, id omne, quod de Libris in Sacrâ Scripturâ quidem commemoratis, ſed nunc nuſquam ampliùs extantibus, *latinè* ibi legitur, in Contextu *Græco* culpâ Codicis MSti mutili, ex quo editio illa prodijt, prorsùs omiſſum eſt, ſupplendæ tam inſignis lacunæ causâ inſeram hîc totum illum locum *Græcum*, quemadmodum is non ſolùm in ſuprà memorato *Codice Cæſareo*, inter Theologicos Græcos *decimonono*, ſed & in proximè ſubſequenti *vigeſimo* ſcriptus eſt.

Τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα βιβλία, μὴ εὑρισκόμενα δέ.

Νάθαν, καὶ Ἀδδὼ, καὶ Ἀχιὰ τοῦ (3) Σειλωνίτου, καὶ Σεμεεὶ, καὶ (4) Ἰηοῦ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν βασιλειῶν γέγραπται εἶναι βιβλία. προφῆται γὰρ οὗτοι εἰσὶν, οἵτινες γεγράφασι, περὶ ὧν (5) προεφήτευον, ἃ οὐχ εὑρίσκονται.

(6) Ψαλμοὺς τρισχιλίους λέγεται ἐν Παραλειπομένοις εἶναι τοῦ Δαβίδ. μόνους δὲ ἐξ αὐτῶν τοὺς ρν΄ ὑπὸ τῶν (7) φίλων Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως ἐξελέχθαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἀποκεκρύφθαι.

Πεντακισχιλίας παροιμίας ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος (8) ἐκτεθεῖσθαι ἡ τῶν Παραλειπομένων λέγει γραφή· ἀλλ' οὐκ εἰσὶν νῦν, εἰ μὴ μόναι αἱ ἐκκλησιαζόμεναι.

Τὸ ᾆσμα τοῦ Σολομῶντος τὸ

(2) *Quinam Libri Sacræ Scripturæ commemorentur quidem, ſed nuſquam inveniantur.*

Nathanis, & Addo, & Achiæ Silonitæ, & Semei, & Jehu Libri cõmemorantur in Libro Regum. Hi enim Prophetæ exiſtentes, peculiares de Prophetijs ſuis ſcripſerunt Libros, qui nunc non inveniuntur.

De Pſalmis Davidis legitur quidem in Paralipomenis, eos fuiſſe numero ter mille: ex illis tamen centum quinquaginta tantùm ab amicis Regis Ezechiæ ſelecti, reliqui autem abſconditi ſunt.

Quinq; millia Parœmiarum à Salomone edita eſſe, Paralipomenorum tradit Scriptura; nunc autem non ſuperſunt aliæ, quàm quæ in Eccleſiâ inter Scripturas Canonicas receptæ ſunt.

Canticum Salomonis myſticũ

E (1) μυστ-

(1) Vide ſuprà pag. 16.

(2) Confer quæſo, benigne Lector, hanc meam hujus loci verſionem latinam cum alterâ illâ Wolfgãgi Muſculi, quæ extat in ſuprà citatâ Operum S. Athanaſij editione græco-latinâ Pariſienſi, & videbis, quantum is à vero contextûs græci ſenſu aberraverit.

(3) In Cod. MSto vigeſimo legitur Σιλωνίτου & paulo poſt Σεμεὶ

(4) Vide Reg. lib. 3 cap. 16 & Paralipom. lib. 2 cap. 19.

(5) In Cod. MS. vigeſimo legitur προεφήτευσαν. (6) In Cod. MS. vigeſimo legitur ψαλμοὶ τρισχίλιοι λέγονται ἐν &c. (7) Vide ſuprà pag. 19. (8) In Cod. MS. vigeſimo legitur ἐκδεδόσθαι.

(1) μυστικὸν ἐξ ἀσμάτων πλειόνων ἐξειλέχθαι ἐπιγέγραπται. *ex pluribus alijs Canticis ſelectum eſſe, ipſa ejus indicat Inſcriptio.*

Ἰώσηππος δὲ (2) ἱστορεῖ δύο βιβλία προφητειῶν τὸν προφήτην Ἐζεκιὴλ γεγράφθαι· ἓν δὲ μόνον ἐπιγινώσκομεν εὑρίσκεσθαι. *Joſephus autem narrat, duos Prophetiarum libros à Prophetâ Ezechiele eſſe ſcriptos; nobis autem nonniſi unum nunc inveniri compertum eſt.*

Finitâ hoc modo Prooemij *ſecundi* Parte *ſextâ* ſive ultimâ, ſequitur in eodem Codice MSto *tertium* Pſalterij Prooemium, quod continet *S. Athanaſij* de Interpretatione Pſalmorum (3) *Epiſtolam ad Marcellinum* ſub hoc titulo: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Ἑρμηνεία προτρεπτικὴ τῶν ψαλμῶν πρὸς Μαρκελλῖνον. Incipit deinde ipſa Epiſtola his verbis: Ἄγαμαί σε τῆς ἐν Χριστῷ προαιρέσεως, φίλε Μαρκελλῖνε, &c. Mutila autem ea ibi eſt, & pertingit tantùm uſq; ad hæc verba: Τὰ δὲ τῆς ἱερατείας καὶ τῆς σκηνῆς ἀναφέρετε) ἐν τῷ κη' ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὶ Θεοῦ. His porrò immediatè ſubjungitur Narratiuncula quædam de *S.* (4) *Pambonis* Abbatis Ægyptiaci colloquio cum aliquo ſuo diſcipulo de *Troparijs* ſive *Canticis ſacris*, quæ is Alexandriæ in Eccleſiâ *S. Marci* audiverat. Incipit autem ea hoc modo: Ὁ Ἀββᾶς Παμβῶ ἀπέστειλε τὸν μαθητὴν αὐτοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς τὸ πωλῆσαι τὸ ἐργόχειρον αὐτῶν. ποιήσας δὲ ἡμέρας δεκαὲξ ἐν τῇ πόλει, ὡς ἔλεγεν ἡμῖν, τὰς νύκτας ἐκάθευδεν ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάρκου, καὶ ἰδὼν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ἀνέκαμψε πρὸς τὸν γέροντα· ἔμαθε δὲ καὶ τροπάρια. λέγει οὖν αὐτῷ ὁ γέρων &c. Poſt hanc Narratiunculam in fine mutilam, incipit ipſum *Pſalterium*, in viginti Καθίσματα diviſum, & pertingit à folio ſexto uſq; ad folium 173. Sequuntur deinde à fol. 174 uſq; ad fol. 183 alia varia *Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra*; nempe Cantica duo *Moyſis* Exodi cap. 15 & Deuteronom. cap. 32, Canticum *Hannæ* matris Samuelis lib. 1. Reg. cap. 2, Canticum *Habacuc* Prophetæ cap. 3, Canticum *Eſaiæ* ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ Θεός &c, Canticum *Jonæ*, Canticum *trium Puerorum* Daniel. cap. 3, Canticum *Beatiſſimæ Virginis Deiparæ* & Canticum *Zachariæ* patris S. Joannis Baptiſtæ cap. 1 Euangelij S. Lucæ. Quibus finitis, ſequitur fol. 184 & 185 *Canon Paſchalis* annorum quadraginta octo, intra totidem circulos eleganter, ſed valdè abbreviatè exaratus, nempe ab anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6671, hoc eſt, anno Chriſti 1163 uſq; ad annum 6718, hoc eſt,

(1) *Ita hic locus rectè legitur in Cod. MSto vigeſimo; in decimo nono autē corruptè ac mendosè hoc modo:* Τὸ ᾆσμα ἐξ ᾀσμάτων πλειόνων καὶ μυστικῶν ἐξελέχθαι ἐπιγέγραπται.

(2) Flav. Joſephus *Antiquitatum Judaicarum lib.* 10 *cap.* 6.

(3) *Vide ſuprà pag.* 24.

(4) *Vide* Socratis *Hiſtoriam Eccleſiaſticam lib.* 4 *cap.* 22 *contextûs græci, &* Vitas Patrum *à R. P.* Heriberto Roſweido *editas; item* Philippi Ferrarij *Catalogum Sanctorū, qui in Martyrologio Romano nō ſunt Calendis Iulij.*

eſt, uſq; ad annũ Chriſti 1210, quo præſtantiſſimus hic Codex ſcript⁹ eſt. Poſt jam memoratum *Canonem Paſchalem* ſequuntur ibidem à fol. 186 uſq; ad fol. 203 *Hypotheſes* ſive *Argumenta* omnium *Pſalmorum* totius Pſalterij ſecundùm *Symmachum*, *Origenem*, *Euſebium Pamphili*, *S. Athanaſium*, *S. Baſilium Magnum*, *S. Joannem Chryſoſtomum* & *Theodoretum Epiſcopum Cyrenſem*; quorum nomina ibi in margine adſcripta ſunt. Appendicis autem loco ſubjungitur jam memoratis *Pſalmorum Argumentis primò* & quidem folij 203 pag. 2, *Euſebij Pamphili Epiſcopi Cæſareenſis* & alterius cujuſdam *anonymi* Autoris Præfatiuncula in Canticum *Moyſis* in Exodo; *ſecundò*, & quidem folij 204 pag. 1, *anonymi* cujuſdam Autoris Narratio originis canendi in *Templo Hieroſolymitano* τῆς ἁγίας Ἀναςάσεως ſive *Sanctæ* (1) *Reſurrectionis* Canticum veſpertinum, ſive Hymnum lychnicum, cujus principium, φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης &c; *tertiò*, & quidem fol. 204 pag. 1 & 2, *anonymi* cujuſdam Autoris Explicatio verborum capitis *octavi* (2) Prophetæ *Eſaiæ*, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε, hoc eſt ad verbum, *Nobiſcum Deus. Cognoſcite gentes & vincimini*, vel ſecundùm verſionem vulgatam, *Emmanuel. Congregamini populi & vincimini*; *quartò*, & quidem fol. 204 pag. 2 & fol. 205 pag. 1, *Oratio Dominica* cum *anonymi* cujuſdam Autoris brevi *Expoſitione*, quæ fortè eadem eſt atque illa, à me hactenùs nondum viſa, quam R. P. *Philip. Labbæus* Tom. II de Scriptor. Eccleſ. (3) refert à *Frederico Morello* A. 1601 Pariſijs græcè & latinè in octavo ſub *Origenis* nomine eſſe editam. Titulus & principium iſtius *Expoſitionis* in hoc Codice MSto Cæſareo ſic habent: Ἑρμηνεία εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν. Ὅρα Θεοῦ φιλανθρωπίαν· τὸν ἀποστάτην, τὸν ἀχάριστον οἵας ἠξίωσε δωρεᾶς; ἀμνηστείαν χαριζόμενος τῶν κακῶν, πατέρα καλεῖν ἐπέτρεψεν, &c. *quarto* demùm, & quidẽ fol. 205 & 206, *anonymi* cujuſdã Autoris *Reſponſa* ad *Quæſtiones duas de hominibus violentâ morte peremptis*, quarum *prior* ibi concepta eſt his verbis: Τί χρὴ λέγειν ἡμᾶς καὶ περὶ τῶν βιαίῳ θανάτῳ τελευτώντων, ἢ κρημνιζομένων ἢ καταχωννυμένων, ἢ ποντιζομένων· *poſterior* autem hoc modo: ἆρα δὲ ὅτι πάντες οἱ κρημνιζόμενοι, ἢ καταχωννύμενοι κατὰ Θεοῦ θέλησιν καὶ πρόσταξιν πάσχουσιν, ἢ καὶ ἐξ ἐνεργείας τοῦ μισοκάλου. Cæterùm quod ad varias *Preces ſacras*, (4) ſuprà memorato *Pſalterio Eccleſiaſtico* permixtas, attinet, earum nonnullæ, quæ *Autorum* ſuorum nomina præfixa habent, ſunt hæ: Fol. 27, Εὐχὴ ἡμερινὴ τοῦ ἁγίου ΝΙΚΟΝΟΣ· fol. 29, Εὐχὴ τοῦ ἁγίου

(1) *Vide de hoc Templo Hieroſolymitano* R. P. Jacobi Sirmôndi è *Soc. Ieſ. erudiſſimam Diſſertationem in explicatione antiqui* Numiſmatis, *cujus unâ in parte* Chriſti Domini *plena facies expreſſa, vivida & gravis; in alterâ* Templum rotundum *cum armato utrinque milite, ſupràque inſcriptum* ANACTACIC. *Impreſſum eſt illud Opuſculum Lutetiæ Pariſiorum typis Cramoiſyanis A.* 1650 *in 8vo ſub titulo*: Triplex Nummus antiquus, Chriſti Domini, Perperenæ Civitatis, & Hanniballiani Regis. (2) *Verſ.* 8 & 9. (3) *Pag.* 148. *ubi agitur de Scriptis* Origenis. (4) *Vide ſuprà pag.* 30.

ἁγίȣ ΒΑΣΙΓΕΙΟΥ· fol. 52 & 53, Ἐυχὴ ἡμερινὴ τȣ͂ ὁσίȣ πατρὸς ἡμῶν Ἀ ΥΞΕΝΤΊΟΥ· fol. 95 & 96, Ἐυχὴ νυκτερινὴ τȣ͂ ἁγίȣ ΓΡΗΓΟΡΊΟΥ τοῦ Θεολόγȣ· fol. 104, Ἐυχὴ νυκτερινὴ τῆς ἁγίας ΜΑΚΡΊΝΗΣ ἀδελφῆς τοῦ ἁγίȣ Βασιλείȣ· fol. 152, Ἐυχὴ τȣ͂ ἁγίȣ ἸΩΑΝΝΟΥ τοῦ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ· fol. 168 & 169, Ἐυχὴ ἡμερινὴ ΛΕΌΝΤΟΣ τȣ͂ ΔΕΣΠΌΤΟΥ ἐις τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον· fol. 172, Ἐυχὴ τȣ͂ ὁσίȣ ἘΦΡΑΊΜ.

XX.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos du centesimus sexagesimus ſeptimus.

Vigeſimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus elegantiſſimus in *duodecimo*, magnâque ex parte *aureis literis* ſcriptus, & nonnullis æquè vetuſtis *Picturis* pulchrè exornatus, conſtátque *ducentis ſexaginta quinq;* folijs, & ad celeberrimam *Vrbis Colonienſis Eccleſiam, S. Gereonis Martyris* dicatam, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(2) Vide Martyrolog. Roman. d. 10 Octobris, Card. Baron. Annal Eccleſ. Tom. II ad an. 297 num. 19 & 20, Laur. Surij de probatis Sanctorum Hiſtorijs Tom. V d. 10 Octobris & Ægidij Gelenij Hiſtoriâ de admirandâ ſacrâ & civili Magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis lib. 1 pag. 92 & lib. 3 pag. 258.

Primò, & quidem folij primi paginâ primâ, *Imago S. Gereonis*, Ductoris trecentorum octodecim Chriſtianorum militum Thebæorum, qui cum (2) ipſo *Coloniæ Agrippinæ* A. C. 297 juſſu Imp. *Maximiani Herculij* pro verâ pietate gladijs patienter colla ſubdiderunt. Exhibetur autem ibi loricatus, dextrâ tenens haſtam, ſiniſtrâ verò ſcutum oblongum, ut ex *apographo* hîc inſerto videre eſt.

Secundò, & quidem à folij 1 pag. 2 uſque ad fol. 3 pag. 2, *Canon Paſchalis* ab anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6585, hoc eſt, ab anno Chriſti 1077 uſq; ad annũ Mundi 6628, hoc eſt, uſq; ad annũ Chriſti 1120, quo elegantiſſimus hic Codex ſcriptus eſt. Titulus illi' *Canonis* eſt ibi talis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν πασχαλίων.

Tertiò, & quidem à fol. 4 uſque ad fol. 16, *Procœmia duo in Pſalterium Davidicum*, quorum alterum inſcribitur, Μέθοδος Ἰωσήπȣ ἐκ τῶν ὑπομνηστικῶν αὐτȣ̃ καὶ χρονικῶν συνταγμάτων, πῶς συνέστη τὸ Ψαλτήριον, &c; alterum autem. Πρόγραμμα ἐις Δαβὶδ τὸν Προφήτην. Sunt autem eadem, quæ extant in præcedenti Codice *decimo nono*, ita tamen ut non nuſquam *variantibus lectionibus* diſcrepent, quemadmodum ſuprà in deſcriptione præcedentis Codicis videre eſt.

Quartò, & quidem fol. 16 pag. 2, *Imago Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, ſedentis in ſellâ, & ſuaviſſimum ſuum JESVLVM ſinu tenentis, cum adjunctâ Inſcriptione $\overline{\text{MP}}$. $\overline{\Theta\Upsilon}$. hoc eſt, MATER DEI, quemadmodum ex apographo hîc inſerto videre eſt.

Quintò,



Iconiſmus hic pertinet ad Commentariorum de Auguſtiſsima Bibliotheca Cæſareâ Vindobonenſi Librum tertium et eſt inſerendus inter pag. 36 et 37

Quinto, & quidem fol. 17, *Oratio Dominica* & *Imago Chriſti*, (1) *quatuor clavis Cruci affixi*, unà cum *Beatiſſima Virginis Deipara* & *S. Joannis Evangeliſta*, à dextro & ſiniſtro latère S. Cruci adſtantium, imaginibus, quemadmodum ex apographo hîc inſerto videre eſt.

Sextò, & quidem fol 18 & 19, *Symbolum* (2) Nicænum Πιςεύω εἰς ἕνα Θεὸν &c, & *Imago Regis ac Propheta Davidis*, ſedentis in ſellâ, ſiniſtrâq; manu tenentis *Librum Pſalmorum*, quemadmodum ex apographo hîc inſerto videre eſt.

Septimò, & quidẽ à fol. 20 uſq; ad fol. 263, *Pſalteriũ Davidicũ* cum ſubjunctis *Canticis ſacris* diverſorũ Autorum, nempe *Moyſis*, *Hanna* matris Samuelis, *Habacuc* Prophetæ, *Eſaia* Prophetæ, *Jona* Prophetæ, Sanctorum *trium Puerorum*, Beatiſſimæ *Virginis Deipara*, & *Zacharia* Patris S. Joannis Baptiſtæ; quibus inſuper accedunt Oratio Regis *Manaſſa*, Oratio *Symeonis* τοῦ Θεοδόχου, & *Hymnus Angelicus*, cujus principium Δόξα ἐν ὑψίςοις Θεῷ, &c.

Octavò, & quidem fol. 264 pag. 2, leguntur hæc: *Chriſtianus Decanus Sancti* (3) *GEREONIS*, *Colonienſis*, *Rogerus Scholaſticus*, *Ægidius Cellerarius & Theſaurarius*, *Johannes de* (4) ----, *totúmq; Capitulum Eccleſia prædicta contulerunt hoc Pſalterium*. Reliqua autem verba quas neſcio ob cauſas de-induſtriâ eraſa ſunt.

X X I.

Vigeſimus primus (5) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátq; folijs *centum ſeptuaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *Pſalterium Davidicum*, cui in fine annexa ſunt *varia Cantica ſacra*; nempe Cantica duo *Moyſis* in Exodo & Deuteronomio, Canticum *Hanna* matris Samuelis, Canticum *Habacuc* Prophetæ, Canticum *Eſaia* Prophetæ Ἐκ νυκτὸς &c, Canticum *Jona* Prophetæ, Canticum *trium Puerorum* apud Danielem, Canticum Beatiſſimæ Virginis *Deipara*, & Canticum *Zacharia* Patris S. Joannis Baptiſtæ. Ultimo totius Codicis folio appellatur is, qui eum ſuâ manu deſcripſit, ὁ τῶν Μεθωνέων (6) ἀνάγνωςος, hoc eſt, ut ego interpretor, *Eccleſia Methonenſis alumnus*.

X X I I.

Vigeſimus ſecundus (7) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátq; folijs *centum octoginta novem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur

(1) *Vide Lib. 1 horum Commentariorum de Auguſtiſſimâ Biblioth. Cæſ. pag. 432.*

(2) *Vide Lib 2 horũ Commentar. pag. 266.*

(3) *Hæ duæ voces* Gereonis Colonienſis *de induſtriá ibi eraſa ſunt, ita tamen, ut qualiacunque earum veſtigia adhuc appareant.*

(4) *Hæc quoque vox de induſtriâ ibi eraſa eſt. Videtur autem legendum eſſe* Thuringiâ.

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* cẽteſimus quinquageſimus ſeptimus.

(6) *Subaudiendum hîc eſt* Ἐκκλησίας. (7) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quinquageſimus octavus.

tur eo *Pſalterium Davidicum*, cui in fine annexa ſunt eadem illa Veteris & Novi Teſtamenti varia *Cantica ſacra*, quæ etiam extant in præcedenti Codice vigeſimo primo.

XXIII.

Vigeſimus tertius (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátq; *ducentis ſeptuaginta folijs*. Continetur eo *Pſalterium Davidicum* cum adjunctâ *verſione latinâ* uſq; ad Pſalmum undecimum, & cum ſubjunctis ijſdem Veteris & Novi Teſtamenti *Canticis ſacris*, quæ etiam extant in præcedentibus aliquot Codicibus.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus quinquageſimus ſextus.

XXIV.

Vigeſimus quartus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus elegantiſſimus in *octavo*, conſtátq; folijs *octoginta ſex*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Pſalterium Davidicum*, minutiſſimis literis *græcis* ſcriptum, cui reſpondet *Verſio latina*, è regione appoſita. In fine autem extant eadem Veteris & Novi Teſtamenti *Cantica ſacra*, quæ etiam in præcedentibus aliquot Codicibus Pſalterio ſubjuncta ſunt.

XXV.

Vigeſimus quintus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátq; *ducentis triginta duobus* folijs. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1. uſq; ad fol. 15, *Proverbia Salomonis*.

Secundò, & quidem à fol. 17 uſq; ad fol. 29, *Imp. Conſtantinopolitani Baſilij Macedonis* (3) *Capita cõmonitoria ſexaginta* (4) *quinq; ad filium Imp. Leonem cognomine Philoſophum:* Titulus hujus Opuſculi eſt ibi talis: Βασιλείου βασιλέως Ῥωμαίων κεφάλαια παραινετικὰ ξέ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν, ἔχοντα ἀκροστιχίδα τήνδε· Βασίλειος ἐν χριστῷ Βασιλεὺς Ῥωμαίων Λέοντι τῷ πεποθημένῳ υἱῷ καὶ συμβασιλεῖ. Caput primum inſcribitur Περὶ ἀρετῆς καὶ παιδεύσεως· incipit autem his verbis: Βιωφελές τι χρῆμα καὶ σπουδαιότατον, οὐ μόνον βασιλεῦσι, ἀλλὰ καὶ ἰδιώταις ἡ παίδευσις. Καὶ γὰρ &c. ultimum Caput inſcribitur περὶ (5) μελέτης γραφῶν, deſinit autem his verbis, οὐδεὶς ἀνθρώπων οἶδε τοῦ (6) οἰκείου βίου τὸ ἄδηλον τέλος, hoc eſt, *nullus hominum novit propriæ vitæ abſconditum terminum.* Sequitur deinde hæc ſubſcriptio: Τέλος τῶν παραινετικῶν κεφαλαίων. Appendicis autem ſive Corollarij loco ſubjunguntur ibidem hæc:

Παρ-

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theolog. Græcos* ducenteſimus ſeptuageſimus tertius.

(3) *Commonitionẽ hanc Imp.* Baſilij Macedonis *ad filiũ ſuum Imp.* Leonem Philoſophũ, *unà cum* Agapeti Diaconi *Commonitione ſimili ad Imp.* Juſtinianum, *græcè & latinè, præ cæteris accuratè edidit* Bernhardus Damke *Hamburgenſis, Baſileæ typis Ioan. Schröteri A.* 1633 *in octavo, eandemq; eruditiſſimis* Notis *illuſtravit. Operæ pretium tamen eſt, ut editio illa impreſſa cum hoc* Codice MSto *propter variantes lectiones diligenter conferatur.* (4) *In editione Damkianâ legitur* ξς *ſive ſexaginta ſex.* (5) *In edit. Damk. pro* μελέτης *legitur* ἀναγνώσεως. (6) *In edit. Damk. deeſt vox* οἰκείου.

Παντὸς ἀγαθοῦ ἢ προηγεῖται, ἢ ἐπακολουθεῖ πειρασμός.

Πλὴν οὐδὲν βέβαιον τὸ κατὰ Θεὸν γινόμενον ἔσται, εἰ μὴ διὰ πειρασμοῦ τὸ δοκίμιον ἕξει· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἔστι τι, ὃ βούλεται καὶ πράττει ὁ Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, μὴ πρός τι χρήσιμον τελείως οἰκονομούμενον.

Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη.

(1) Ὁ (2) πατήρ μου ἐγέννησεν (3) ἐμὲ, κἀγὼ ἐγέννησα τὴν (4) μητέρα τῶν παιδίων μου καὶ τὰ παιδία μου ἐγέννησαν τὴν (5) μητέρα τοῦ Πατρός μου.

Tertiò, & quidem fol. 30 atq; 31, Γνωμικὰ διαφόρων ſive Sententiæ miſcellaneæ, partim ex Sacrâ Scripturâ, partim ex Sanctis Patribus alijsq; Scriptoribus Eccleſiaſticis, partim ex Autoribus profanis deſumptæ. Autores ſacri, qui ibi citantur, ſunt *Moyſes*, *David*, *Salomon*, *Elias*, *Michæas*, *Daniel*, *Jeſus filius Sirach*, & *Paulus Apoſtolus*; Sancti Patres alijq; Scriptores Eccleſiaſtici *Irenæus*, (6) *Julius Africanus*, *Athanaſius*, *Baſilius Magnus*, *Gregorius Nyſſenus*, *Heſychius*, *Nilus* & *Antiochus*; Autores profani (7) *Democrates*, *Socrates* & *Ariſtoteles*. Cæterùm quod ſpeciatim ad *Sextum Julium Africanum*, vetuſtiſſimum Chriſtianorum Chronographũ attinet, citatur is inter Γνωμικὰ illa his verbis: Ἱστορεῖται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι, ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆν τὰ δεσμὰ διερράγησαν σιδηρᾶ ὄντα καὶ ἔφυγεν.

Quartò, & quidem à fol. 33 uſque ad fol. 171, *Joannis Zonaræ*, ex Aulæ Imperialis Conſtantinopolitanæ Magno Drungario Vigiliæ & Protoſecretario *Aſcetæ* ſive *Monachi*, & *Nicetæ Metropolitæ Theſſalonicenſis* (8) Expoſitio *Canonum* ſive Canticorum (9) Eccleſiaſticorum *S. Joannis Damaſceni*. Prioris Expoſitionis, quæ fol. 33 incipit, titulus cum principio eſt talis: Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, γεγονότος μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς βίγλης καὶ πρωτασηκρῆτις, Ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων Κανόνων, τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ἐπεὶ Κανόνων ἑρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ Κανόνος, καὶ τὴν τοῦ Εἱρμοῦ καὶ τῆς Ὠδῆς κλῆσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ Τροπαρίου, ἐκ τούτων γὰρ ἀπαρτίζεται ὁ Κανὼν, φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς. Ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα, &c. Poſterioris autẽ Expoſitionis, quæ fol. 44 incipit, titulus eſt hic: Αὕτη ἡ Ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων Κανόνων τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου ἄχρι τῆς ϛ´ Ὠδῆς γέγονε παρὰ ἱερωτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυρίου Νικήτα· ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ζωναρᾶ. Κανὼν ἀναστάσιμος κυρίου Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ &c. *Quin-*

(1) *Ænigma de* Adamo.

(2) *Nempe* ὁ Θεός.

(3) *Nempè* τὸν Ἀδάμ.

(4) *Nempe* τὴν Εὔαν.

(5) *Nempe* τὴν Θεοτόκον.

(6) *Vide Librũ* primum *horũ Commentariorum pag.* 141.

(7) *Hujus* Democratis *Philoſophi Sententias morales primus græcè & latinè edidit avũculus meus* Lucas Holſtenius *Romæ typis Maſcardi A.* 1638 *in* 12*mo. Sed quæ hîc citantur, non extant ibi.*

(8) *Meminit hujus Commentarij* Joan. Jac. Friſius *in Bibliothecá Vniverſali, ubi agit de* Joanne Zonarâ; *apud* Labbæum *autem Tomo* 1 *de Scriptor. Eccleſiaſticis nulla ejuſdem Commentarij fit mentio.* (9) *Vide V. CL.* Leonis Allatij *eruditiſſimam Diſſertationem de* Libris Eccleſiaſticis Græcorum, *editam Pariſijs typis Cramoiſ. A.* 1646 *in* 4*to.*

Quintò, & quidem à fol. 174 uſque ad fol. 232 ſive ultimum, Anonymi cujuſdam Autoris *Epitome Hiſtoriæ ſacræ Teſtamenti Veteris*, cujus principium: Ἔργα κβ' ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις, καὶ διὰ ταῦτα τὰ κβ' γράμματα παρ' Ἑβραίοις τυγχάνουσι &c.

XXVI.

Vigeſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in folio, conſtátque folijs *trecentis viginti novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 71, *Proverbia Salomonis* cum ampliſſimâ *Catenâ* ſive *Commentario*, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collecto, cujus principium: Αἱ παροιμίαι περιέχουσιν παιδεύσιν ἠθῶν καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 72 uſque ad fol. 329, *Eſaias Propheta* cum ampliſſimâ *Catenâ* ſive *Commentario*, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collecto, cujus principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν Ἡσαΐαν προοίμιον. Ἀσυμφανὴς μὲν τῶν ἁγίων Προφητῶν ὁ λόγος, &c.

Collector utriuſque hujus *Catenæ*, nempe tàm in *Proverbia Salomonis*, quàm in *Eſaiam*, fuit *Andreas* quidam *Presbyter*, uti videre eſt folio 329 ſive ultimo, quippe ubi *ſcriba*, qui totum hunc Codicem ſuâ manu exaravit, lectores rogat orare Deum, ut in tremendo ultimi Judicij die miſereatur non ſolùm ſui, verùm etiam Ἀνδρέου ἐλάχ. Θεοῦ Πρεσβυτέρου, τοῦ συναγαγόντος καὶ παραθεμένου τὰς ἐμφερομένας τῇ βίβλῳ ταύτῃ παραγραφάς. *Tempus* autē, quo idem Codex exaratus eſt, indicatur folij 73 pag. 2, per fragmentum *Canonis Paſchalis* ab anno Mundi ſecundùm communem *Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ* ſupputationem 6744, hoc eſt, (2) anno Æræ Chriſtianæ 1236, uſque ad annum Mundi 6749 ſive annum Chriſti 1241.

XXVII.

Vigeſimus ſeptimus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *quarto*, vetuſtate mutilus & multis locis illegibilis, conſtátque folijs *nonaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quadrageſimus-quintus.

(2) *Si videlicet anni* 5508, *quot* Eccleſia Conſtantinopolitana *ab Orbe condito uſque ad initium vulgaris* Æræ Chriſtianæ *ſupputat, ſubtrahantur ab anno Mundi ſecundùm eandem ſupputationem ſexies* milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto. (3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus octogeſimus quintus.

Pri-

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 49, *Fragmentum Prophetæ Eſaiæ* à capitis 5 verſ. 29 Ὀργιῶσιν ὡς λέοντες, κ̀ παρέστηκαν ὡς σκύμνοι λεόντων, uſque ad cap. 62 verſ. 11 Ἰδὲ γδ Κύριο͵ ἐποίησεν ἀκουστὸν &c, cum *Catenâ* ſive *Commentario marginali*, collecto ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum, quorum præcipui ſunt (1) *Euſebius* Pamphili Epiſcopus Cæſareenſis, (2) *Theodorus* Heracleæ in Thraciâ Epiſcopus, *S. Baſilius* Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, S. *Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus, & *Theodoretus* Epiſcopus Cyrenſis.

Secundò, & quidem à fol. 50 uſque ad fol. 97, *Pſalterij Davidici Pſalmi novem priores* cum *anonymi* cujuſdam Autoris *Commentario* ampliſſimo, quo R. P. *Corderius* in contexendâ Patrum Græcorum Expoſitione in Pſalmos caruit.

XXVIII.

Vigeſimus octavus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & optimæ notæ in folio, conſtátque folijs *trecentis quinquaginta octo*, & ad *Andream* (4) *Contrarium*, cujus Inſignia gentilitia primo ejus folio depicta ſunt, olim pertinuit. Continetur eo *Novum Teſtamentum* cum recenſione *Argumenti* & *Capitum* cujuſque Libri & cum Indice omnium *Lectionum* ſacrarum totius anni. In principijs *quatuor Evangeliorum* extant *Imagines ſingulorũ Evangeliſtarũ* more antiquo in ſuperficie aureâ coloribus aquâ gummitâ tẽperatis ſatis eleganter pictæ; eodémq; modo ibidẽ etiam *Imagines SS. Apoſtolorum Petri & Pauli Actis Apoſtolorum*, & quidem folij 182 pag. 2, conjunctim præfixæ ſunt. Si quis autem illarum picturarum qualecunque ſpecimen videre deſideret, is inſpiciat Libri *ſecundi* horum Commentariorum Caput *ſeptimum*, utpote cui inter pag. 570 & 571 inſerui unius apographum æri inciſum, quo exhibetur *S. Prochorus*, unus ex ſeptem primis Eccleſiæ Diaconis, *Evangelium S. Joannis* ex dictantis ore excipiens.

XXIX.

Vigeſimus nonus (5) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *trecentis*, & ad celeberrimam Regis Hungariæ (6) *Matthiæ Corvini Bibliothecam Budenſem* olim pertinuit. Continentur eo

F *Qua-*

(1) *Intelliguntur ibi ſine dubio* Eclogarũ *ejus* Propheticarũ de Chriſto libri quatuor *hactenùs inediti; de quibus vide Lib. 1. horũ Commentariorum pag* 139, 140, 141 *&* 142.

(2) *Vide ſuprà pag.* 24 *&* 25.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ſexageſimus primus.

(4) *Ita quidem hoc cognomen ibi ſcriptum eſt; in altero autem* quodã Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ *Codice MSto, inter* Ambraſianos *Codices* trecenteſimo ſexto, *quo continentur omnes Illuſtres* Familiæ Venetæ *ordine alphabetico, unà cum Inſignibus gentilitijs coloratis, cuiq; Familiæ adpictis, vocatur Familia iſta, ex quâ* Andreas *ille fuit oriundus, non* Contraria, *ſed* Conteraria, *ut ex ſubjunctis verbis videre eſt:* CONTERARIO, Queſta Caſada venne antiquamente da Ferara; ſonno gran homeni & de grande eſtimatione, & conditione; & per li boni portamenti, quali fece uno Meſſer Auguſtino CONTERARIO, principal homo, che haveva el Signor Nicola Marcheſe de Ferara, della Caſada da Eſte, alla guerra del Re de Napoli, el fo fatto del mazor Conſeio

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ſexageſimus.

(6) *Vide Lib. 2 hor. Commentarior. cap. 9, pag.* 989.

Quatuor Evangelia, incredibili elegantiâ magnâq; ex parte *aureis literis* ſcripta, nec ſolùm *Imaginibus quatuor Evangeliſtarum*, ſed & alijs multis *minutis picturis*, Hiſtorias Evangelicas repræſentantibus, mirè exornata. Imperitiâ autem illius, qui veterem eorum compactûram renovavit, non mediocriter turbata & perperàm tranſpoſita ſunt. Antiquitùs enim *priora duo* hujus Codicis folia fuerunt, quæ nunc perperàm ſunt *nonageſimum ſecundum* & *nonageſimum tertiū*. His quippe continetur *Euſebij Pamphili*, Epiſcopi Cæſareenſis, *Epiſtola ad Carpianum*, quâ præfatur in *decem Canones de conſonantiâ quatuor Evangeliorum*, à ſe compoſitos. Scripta autem ea ibi eſt tota à capite uſque ad calcem *literis aureis*, atque incipit hoc modo: Ὑπόθεσις Κανόνων τῆς τῶν Εὐαγγελιστῶν συμφωνίας. Εὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν Κυρίῳ χαίρειν. (1) Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν &c, Huic igitur *Epiſtolæ* ſine controverſiâ ſubjungendi ſunt ipſi illi *Canones Euſebiani*, æquè ac jã memorata Epiſtola *literis aureis* exarati, qui extant quatuor illis hujus Codicis folijs, quæ nunc quidem ſunt *ſeptimum, octavum, nonum* & *decimum*, reverà autem deberent eſſe *tertium, quartum, quintum* & *ſextum*. Finitis Canonibus iſtis, ſequi primò debet *Hypotheſis* ſive *Argumentum Evangelij S. Matthæi* quod extat fol. 97 & 98; deinde Recenſio *capitum* ejuſdem Evangelij, quæ extat fol. 94 & 95; tertiò *Imago S. Matthæi*, quæ extat fol. 99; quartò denique ipſum *S. Matthæi Evangelium* cum ampliſſimo *Commentario marginali*, ex varijs Sanctis Patribus alijſque Scriptoribus Eccleſiaſticis collecto, à fol. 100 uſque ad fol 169. Hinc porrò ſimiliter ſequi debent *Evangelia duo* ſecundùm *S. Marcum* & *S. Lucam* cum præfixis *Argumentis* ſuis & *Capitibus*, & cū adjuncto ampliſſimo *Commentario marginali*. Pertingunt autē illa nunc in hoc Codice à fol. 170 uſq; ad fol. 299. Poſt tria ergò jam memorata Evangelia ultimo demùm loco collocari debet *Evangelium S. Joannis* cum *Argumento* ſuo atq; *Capitibus*, & cum ampliſſimo *Commentario*, qui illi, æquè ac tribus præcedentibus Evangelijs, *in margine* adjunctus eſt. Extat autem illud nunc ibi perperàm *primo loco*, nempe à fol. 13 uſque ad fol. 91. Cæterùm quod ad ſuprà memoratos *Euſebij Cæſareenſis Canones Conſonantiæ Evangeliorum* ſpeciatim attinet, notandum eſt, eos quidem unà cum præfixâ *ad Carpianum Epiſtolâ* eſſe editos à *Roberto Stephano* in nitidiſſimâ illâ Novi Teſtamenti editione Græcâ, quæ prodijt in folio Pariſijs anno 1550 ex Bibliothecâ Regiâ, *Epiſtolam* tamen *ad Carpianum* beneficio præſtantiſſimi hujus Codicis MSti *Cæſarei* non contemnendâ augeri poſſe Appendice, quæ ibi fol. 93 pag.

(1) *Vide* S. Hieronym. *de Script. Eccleſiaſt. cap.* 55.

pag. 2 intra *Crucem auream aureis literis* exarata extat hoc modo: Κανόνες δὲ προσηγορεύθησαν διὰ τὸ εὐθὲς αὐτῶν καὶ ἀκριβές· ὥσπερ γὰρ ἰθυτενέσι ποσὶ γραμμαῖς ταῖς ἰδίαις εὐθύτισι χρώμενοι, οὐκ ἐῶσι τὸν νοῦν περιπλανᾶσθαι τοῦ ἀκροατοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὁμοφωνίαν ἄγουσιν αὐτὸν τῶν ἐνεχθεισῶν φωνῶν τοῖς Εὐαγγελισταῖς. Hucuſque Appendix illa, quæ *Epiſtolæ ad Carpianum* ſubjuncta eſt. Quod ſecundò ad *Hypotheſes*, Quatuor Evangelijs in Codice hoc *Cæſareo* præfixas, attinet, illæ omninò deſunt in ſuprà memoratâ Novi Teſtamenti editione *Pariſinâ*. Quod tertiò attinet ad *Commentarium* illum, qui in eodem Codice MSto Quatuor Evangelijs in *margine* eſt adjunctus, is profectò digniſſimus eſt, ut totus, quemadmodum ibi extat, ſummâ diligentiâ publicetur. Certò enim conſtat, R R.PP. *Balthaſarem Corderium* & *Petrum Poſſinum*, doctiſſimos Soc. Jesv Theologos, qui *Catenas Patrum Græcorum in* (1) *Evangeliſtas* ſummo ſtudio collegerunt ac ediderunt, inſignem hunc Codicem *Cæſareum* non vidiſſe. *Hypotheſis* tamen, & *recenſio Capitum Evangelij S. Matthæi*, ut & (2) *Vita* ejuſdem Evangeliſtæ, iiſdem ibi extant verbis, quemadmodum in *Catenâ Patrum Græcorum in S. Matthæum*, à R. P. *Petro Poſſino* editâ, cui *Nicetæ Serrarum in Macedoniâ Epiſcopi Præfatio* præfixa eſt. Autores autem præcipui, ex quibus ipſe *Commentarius marginalis* collectus eſt, ſunt *Origenes*, *Theodorus* Epiſcopus Heracleenſis, *Apollinaris* Epiſcopus Laodicenus, S. *Baſilius* Magnus, *Didymus* Alexandrinus, S. *Joannes* Chryſoſtomus, S. *Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus, *Ammonius* ſecundus ſive Junior, *Theodoretus* Epiſcopus Cyrenſis, & *Severus* Epiſcopus Antiochenus; quorũ ultimus ad versũ 57 Capitis ſexti Evangelij *S. Joannis* citatur hoc modo: (3) ΣΕΥΗΡΟΥ ἈΝΤΙΟΧΙΑΣ ἘΚ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ἘΥΠΡΑΞΙΟΝ ΚΟΥΒΙΚΟΥΛΑΡΙΟΝ ἈΠΟΚΡΙΣΕΩΝ. Καὶ τοίγε οὐ τὸν λόγον ἐσθίομεν, καθὸ λόγος ἐστι· &c. Cujus loci propterea ſpeciatim facio mentionem, quoniã eadem quidẽ *Severi* verba etiam leguntur in *Catenâ in S. Joannem* (4), à R.P. *Corderio* editâ, ſed ita, ut non indicetur, ex quo *Severi* Opere ea deſumpta ſint; ſimilitérque idem R. P. *Corderius* etiam in *Indice Autorum Catenæ græcæ in S. Lucam* expreſsè teſtatur, ſe nec apud R. P. *Poſſevinum*, nec apud alios inveniſſe, quid *Severus Epiſcopus Antiochenus* ſcripſerit. Maximas igitur debemus gratias præſtantiſſimo huic Codici MSto Cæſareo, quippe ex quo diſcimus, *Severum Epiſcopum*

An-

(1) *Catena in S.* Lucam *prodijt tãtùm latinè Antverpiæ typ. Plantin. A.* 1628 *in folio; Catena in S.* Joannem *prodijt græcè & latinè Antverpiæ typ. Plantin. A.* 1630 *in folio; Catena in S.* Matthæũ *prodijt græcè & latinè Toloſæ typis Joannis Boude A.* 1646 *&* 1647 *duobus Tomis in folio; de editione autem quartâ Catenæ in* S. Marcũ *nondũ mihi conſtat.* (2) *Vitæ iſti aureis literis præfixus eſt hic titulus:* Ὑπόμνημα εἰς ἅγιον Ματθαῖον τὸν εὐαγγελιστήν. *Ipſa autẽ narratio incipit his verbis:* Ματθαῖος ὁ Εὐαγγελιστὴς πατρίδα μὲν ἔσχε τὴν Γαλιλαίαν, *&c.* (3) *His titulus ſcriptus ibi eſt* majuſculis literis aureis. (4) *Pag.* 195 *edit. Antverp. in fol.*

Antiochenum ſcripſiſſe Ἀποκρίσεις ſive *Reſponſa ad Quæſtiones ſacras ab Eupraxio Cubiculario ſibi propoſitas.* Fuit autem *Eupraxius* ille ſine dubio Cubicularius vel Imp. (1) *Anaſtaſij Dicori*, vel Imp. (2) *Juſtini Thracis*, vel Imp. (3) *Iuſtiniani I* ſive *Magni*, utpote ſub quibus tribus Imperatoribus *Severus Epiſcopus Antiochenus* claruit; uti videre eſt apud *Nicephorum Calliſtum* Hiſtoriarum Eccleſiaſticarum. lib. 16 cap. 35, ubi refert, eum tempore Imp. *Anaſtaſij Dicori Alamundarum* Saracenorum Principem hæreſi (4) *Monophyſitarum* voluiſſe inficere: item lib. 17 cap. 2, ubi refert, eidem *Severo* juſſu Imp. *Iuſtini Thracis*, & quidem *primo* Imperij ejus anno, ſive anno Chriſti 518, ób nimiam *Concilij* (5) *Chalcedonenſis* oppugnationem linguam radicitùs fuiſſe exciſam; & ejuſdem libri cap. 8, ubi refert, eundem *Severum* ab Imp. *Iuſtiniano I* ſive *Magno* in principio Imperij ſui inſtinctu uxoris (6) *Theodoræ* revocatum quidem fuiſſe ab exilio, ſed propter obſtinatam in oppugnando *Concilio Chalcedonenſi* pervicaciam paulo pòſt iterùm cum omnibus ſuis ſectatoribus anathemate percuſſum eſſe. Ubi inſuper & hoc notabile eſt; quod *Nicephorus* (7) expreſsè teſtatur, *Epiſtolas Severi ad Imp. Iuſtinianum & Conjugem ipſius Theodoram* ſuo adhuc ævo extitiſſe. Veriſimile etiã mihi videtur, ex iiſdẽ ſuprà memoratis *Severi ad Eupraxium Reſponſis* deſumptum eſſe inſigne illud *Fragmentum* de *Triduanâ Chriſti Sepulturâ*, quod in *Auguſtiſſimæ Bibliotheca Cæſareæ* pervetuſto Codice MSto membranaceo, inter Theologicos Græcos olim *quadrageſimo tertio*, folio 133 inſcribitur atque incipit his verbis: ΣΕΥΗΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΙΑΣ, ΠΩΣ ΝΟΗΤΕΟΝ ΤΗΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΤΡΙΗΜΕΡΟΝ ΤΑΦΗΝ. Ἑκάστην ἡμέραν ἀφ' ἑσπέρας ἀριθμεῖν εἰώθαμεν, καὶ μετὰ τῆς προσλαβούσης νυκτὸς εἰς ἓν σῶμα συνάπτειν· οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ &c. De reliquo nemini novum aut abſurdum videri debet, *Severum Epiſcopum Antiochenum*, hæreſeos publicè condemnatum, in ſuprà memoratâ *Quatuor Evangeliorum Expoſitione marginali* inter ſanctos & orthodoxos Patres allegari; nempe quoniam non omnia, quæ hæretici ſcripſere, hæretica ſunt, licet, tanquam hæreſeos ſuſpecta, cautè legenda ſint. Quâ de re egregius extat locus antiqui ànonymi Autoris in *Proœmio Catenæ Patrum Græcorũ in S. Ioannem*, à R. P. *Corderio* editæ, his verbis: Χρὴ τὸν ἐντυγχάνοντα τῇδε τῇ βίβλῳ γινώσκειν, ὅτι ἐκ πολλῶν ποιημάτων ἁγίων καὶ ὀρθο-

(1) *Cœpit is imperare A. C. 491.* (2) *Succeſſit is Imp.* Anaſtaſio Dicoro, *A. C. 518.* (3) *Succeſſit is avunculo ſuo Imp.* Juſtino Thraci *A C. 527.* (4) Monophyſitæ *ita dicti ſunt, quòd Chriſto unam tantùm naturam, ex Divinitate & humanitate conflatam, attribuerent. Vide* Gabrielis Prateoli *Elenchum alphabeticum omniũ Hæreſium, lit. M & S, ubi agitur de* Monophyſitis *& de* Severo *Epiſcopo Antiocheno.* (5) *Nempe* Oecumenici *ſive* Generalis quarti, *quod fuit celebratum A. C. 451.* (6) *Fuit enim & ipſa hæreſeos* Monophyſitarum *particeps.* (7) *Nempe lib. 17 cap. 8. Capite autem* ſecundo *ejuſdem libri meminit quoque idem* Nicephorus *aliarum quarundam* Epiſtolarum Severi ad nonnullos Amicos Antiochenos *de elinguatione ſuâ & exilio.*

ὀρθοδόξων Πατέρων, οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ἀδοκίμων ἐξηγητῶν, καὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν μοίρας τυγχανόντων, αἱ παραγραφαὶ ἔγκειται, ἐκφεύγουσαι ὡς ἔνεστι, τὰ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως ἀπᾴδοντα δόγματα τὰ ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν εἰρημένα. Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ αὐτονόμως ἐποίησα, ἀλλ' ἀκολουθήσας τῷ ἁγιωτάτῳ ἡμῶν Πατρὶ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου φιλοχρίστου μεγαλοπόλεως Ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ, φήσαντι ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ· Ου πάντα, ὅσα λέγουσιν οἱ αἱρετικοὶ, φεύγειν καὶ παραιτεῖσθαι χρή· πολλὰ γὰρ ὁμολογοῦσιν, ὧν καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν. Hoc eſt: *Sciat lector, huic libro ex plurimorum Operibus ſanctorũ & orthodoxorum Patrũ, nec non improborum quorundã Interpretum, atq; in hæreſin lapſorum, paragraphos interſeri; vitatis, uti par eſt, doctrinis ab Eccleſiaſticâ traditione diſſonantibus, vel hæreſi infectis. Neq; verò tàm id propriâ feci auctoritate, quàm beatiſſimi Patris noſtri Cyrilli, maximæ juxtà ac Chriſto charæ Vrbis Alexandrinæ Archiepiſcopi, imitatione, ſic in Epiſtolâ ſuâ ad Eulogium ſcribentis: Non omnia, quæ dicunt hæretici, continuò vitanda ſunt & reijcienda; nam & ipſi multa confitentur, quæ nos quoque profitemur.* Et hæc quidem hactenùs obiter ſufficiant de *Severo Epiſcopo Antiocheno*, cujus *Reſponſa ad Eupraxium Cubicularium* citantur folio 38 præſtantiſſimi iſtius Codicis MSti *Cæſarei*, de quo in præſens ex profeſſo agitur. Illud quoque in eodem Codice, & quidem fol. 110, notabile eſt, ad Capitis *ſexti* Evangelij *S. Matthæi* verſum *decimum tertium* inter alia annotatum eſſe, clauſulam Orationis Dominicæ, *Quia tuum eſt Regnum, & potentia, & gloria in ſecula*, quæ ab antiquâ vulgatâ verſione *latinâ* abeſt, etiam in *græcis* quibuſdam Novi Teſtamenti vetuſtiſſimis exemplaribus *manuſcriptis* non reperiri. Ipſa iſtius annotationis marginalis verba græca ſunt hæc: Τὸ δὲ, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, ἔν τισιν οὐ κεῖται μέχρι τοῦ ἀμήν. Quod denique reſtat, ſilentio haud prætereundum eſt, extare in eodem eximio Codice MSto, & quidem folij 220 paginâ *ſecundâ*, ante initium Evangelij *S. Lucæ* Fragmentum aliquod ſingulare & lectu digniſſimum de *Genealogiâ Chriſti & beatiſſimæ Matris ipſius Mariæ*, ex (1) *Hippolyti Thebani Opere Chronologico* deſumptũ; quod quoniã à (2) *Nicepho-*

(1) *Clarus is seculi poſt Chriſtum* decimi *poſteriori parte dimidiâ; utpote qui* Symeone Metaphraſte, *quem ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis Leone Sapiente, Conſtantino Porphyrogenito & duobus Romanis Primo ac Secundo conſtat floruiſſe, tanquam ab ipſo citato, paulo eſt Iunior. Vide V. CL.* Leonis Allatij *Diatribam de Symeonum Scriptis pag.* 37 *&* 40. (2) *Hiſt. Eccleſ. lib.* 2 *cap.* 3, *ubi, itidem ac lib.* 1 *cap.* 1, *perperàm ac falsò confunditur cum* S. Hippolyto, Portûs Romani Epiſcopo, *qui A.C.* 229 *martyrium paſſus eſt. Vide S.* Hieronym. *de Script. Eccleſ. cap* 61, *& Card.* Baron. *Annal. Eccleſ. Tom. II. Eadem duorum illorum* Hippolytorum *confuſio extat etiam in* Conradi Geſneri *&* Joan. Jac. Friſij *Bibliothecâ Vniverſali ſub literâ H.*

cephori Calliſti, (1) Ioannis Sambuci & (2) Henrici Caniſij editionibus impreſſis non ſolùm quadantenùs diſcrepat, verùm etiam aliquanto auctius eſt, bonâ fide integrum hîc ſubijcio.

(3) ἹΠΠΟΛΎΤΟΥ ΘΗΒΑΊΟΥ ἘΚ ΤΟΥ͂ ΧΡΟΝΙΚΟΥ͂ (4) ΣΥΝΓΡΆΜΜΑΤΟΣ.

Ἰάκωβος, ὁ γεγονὼς Ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων, ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου ἐλογίζετο κατὰ σάρκα εἶναι, υἱὸς δὲ τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἀδελφὸς δὲ Σίμωνος καὶ Ἰούδα καὶ Ἰωσῆ· Τέσσαρας γὰρ υἱοὺς ἔσχεν Ἰωσὴφ, καὶ θυγατέρας δύο τὴν Ἐσθὴρ καὶ τὴν (5) Θάμαρ ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σαλώμης, θυγατρὸς Ἀγγαίου, ἀδελφοῦ Ζαχαρίου πατρὸς Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ υἱοῦ Βαραχίου, τοῦ υἱοῦ Ἀβιὰ τοῦ ἱερέως· καὶ τότε ἐχήρευσεν Ἰωσήφ· (6) ἐκ τοῦ εἶναι τὴν Σαλώμην καὶ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην ἀδελφῶν τέκνα ἀρρενικῶν. ὁ γὰρ Ἀγγαῖος υἱὸς Βαραχίου θεῖος ἦν Ἰωάννου· ὁμοίως δὲ καὶ Ζαχαρίας, ὁ ἀδελφὸς Ἀγγαίου, θεῖος ἦν Σαλώμης τῆς γυναικὸς Ἰωσήφ. Σαλώμη δὲ ἡ μαῖα ἦν ἀπὸ Βηθλεὲμ, ἀνεψιὰ καὶ αὐτὴ τῆς Ἐλισάβετ τυγχάνουσα καὶ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας (7). τρεῖς γὰρ ἦσαν ἀλελφαὶ ἐκ Βηθλεὲμ, θυγατέρες οὖσαι Ματθὰν τοῦ ἱερέως καὶ Μαρίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς βασιλείας Κλεοπάτρας, πρὸ τῆς βασιλείας Ἡρώδου υἱοῦ Ἀντιπάτρου· ὄνομα τῇ πρώτῃ Μαρία, καὶ τῇ δευτέρᾳ (8) Σοβὴ, καὶ τῇ τρίτῃ Ἄννα. τούτων αἱ μὲν δύο συνεζεύχθησαν ἀνδράσιν ἐν Βηθλεὲμ, ἡ δὲ τρίτη ἐν τῇ γῇ τῆς Γαλιλαίας ἀνδρὶ ζευχθεῖσα, καὶ ἔτεκον αἱ δύο ἐν Βηθλεὲμ, ἡ μὲν πρώτη τὴν Σαλώμην τὴν μαῖαν, ἡ δὲ δευτέρα τὴν Ἐλισάβετ· ἡ δὲ τρίτη, ἡ ἐν τῇ γῇ τῆς Γαλιλαίας, καὶ αὐτὴ συνζευχθεῖσα ἀνδρὶ, ἔτεκε καὶ αὐτὴ τὴν Θεοτόκον Μαρίαν ἐν Βηθλεὲμ, ὥς τε εἶναι τὴν Σαλώμην τὴν μαῖαν, καὶ τὴν Ἐλισάβετ, καὶ τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, θυγατέρας τριῶν ἀδελφῶν θηλειῶν· (9) τὸν δὲ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν ἀληθινὴν τῆς σαρκὸς συγγένειαν δισεξάδελφον τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὅσον ἐκ τῆς Ἐλισάβετ, κατὰ δὲ τὸ λέγεσθαι τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ ἀδελφοθέους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ προδρόμου δὲ καὶ Βα-

(1) *Prodiit Sambucianâ illa editio tantùm* latinè *Patavij typis Gratioſi Perchacini A. 1556 in octavo. Codex autē Græcus, ex quo eadem verſio latina deſumpta eſt, extat etiā nūc in Auguſtiſſimâ* Bibliothecâ Cæſareâ *inter Codices MStos Hiſtoricos Græcos, ut debito poſthac tempore pluribus indicabitur.*

(2) Nempe Tomi tertij Antiquæ Lectionis Parte primâ, *& quidē pag.* 40. *Prodiit autem* Caniſiana *illa editio* græco-latina *ex Codice MSto Bibliothecæ Bavaricæ Monacenſis Ingolſtadij A.* 1603 *in 4to, maximéque notabile eſt, quod ibi pag.46 ab* Hippolyto *bis citatur* Symeon Metaphraſte, *& in deciſione controverſiæ de die mortis Chriſti nonnullis multò antiquioribus Autoribus præfertur.* (3) *Titulus hic ſcriptus ibi eſt* majuſculis literis aureis. (4) *In alijs* duobus Auguſtiſſ. Bibliothecæ Cæſareæ *Codicibus MStis Græcis, ut & in impreſſâ editione* Caniſianâ *pro* Συγγράμματος *legitur* Συντάγματος. (5) *Sic quoq; legitur apud* Nicephorum *Hiſt. Eccl. lib.* 2 *cap.* 3. *In* Caniſianâ *autem editione pro* Θάμαρ *perperàm legitur* Μάρθαν. (6) *Apud* Nicephorum *& in editione* Caniſianâ *legitur* ὡς εἶναι. (7) *Hic ex* Nicephori *ſuprà citato loco, ut & ex* Caniſij *&* Sambuci *editionibus inſerenda ſunt hæc verba:* ὡς δηλοῖ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον ἐν τῷ, Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου. *Sine dubio enim propter hæc verba Fragmentū illud* Hippolyti Evangelio S. Lucæ *in hoc Codice MSto præfixū eſt.* (8) *Vel* Σόβη *aut* Σωβὴ, *uti legitur apud* Nicephorū *& in Codice Græco, ex quo* Sambuci *verſio latina prodiit. Corrigenda autē eſt editio* Caniſij, *utpote ubi perperàm legitur* Σωμαὶ. (9) *Hæc longè aliter leguntur apud* Nicephorū *& in editionibus* Sambuci *&* Caniſij.

βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἀνεψιὸν, ὡς οὔσης τῆς Σαλώμης τῆς γυναικὸς Ἰωσὴφ ἐξαδέλφου Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ (1) Εὑρίσκομεν δὲ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ὡς ἐν τῷ ἑξ καὶ δεκάτῳ χρόνῳ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἡ παναγία δέσποινα Θεοτόκος τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγέννησεν· ἐβαπτίσθη δὲ παρὰ Πέτρου καὶ Ἰωάννου τῶν ἀποστόλων, αὐτοὺς δὲ τούτους ἐβάπτισεν ὁ Χριστός. ἔζησε δὲ μετὰ τὸ σωτήριον πάθος ἡ Θεοτόκος ἔτη ἕνδεκα· ὁ δὲ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἅπας χρόνος (2) εἷς καὶ ἑξήκοντα. ἐβίωσε δὲ καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Θεολόγος μέχρι Δομετίου βασιλέως Ῥωμαίων, ὡς ἐκ τούτου εἶναι τοὺς ἅπαντας τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνους δέκα πρὸς ἑκατόν. μετὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ ἔζησεν ἔτη κ΄. Hucuſque Fragmentum illud *Hippolyti Thebani*, quod in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto, inter Codices MStos Theologicos Græcos nunc *vigeſimo nono*, Evangelio *S. Lucæ* præfixum eſt.

X X X.

Trigeſimus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *trecentis viginti ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo *Quatuor Evangelia* elegantiſſimè ſcripta, & *quatuor Evangeliſtarum Imaginibus*, more antiquo in ſuperficie aureâ depictis, non tralatitiè exornata. Ijſdem etiam in hoc Codice, æquè ac in proximè præcedente, præfixi ſunt *Euſebij Pamphili*, Epiſcopi Cæſareenſis, *Canones decem de conſonantiâ quatuor Evangeliorum*, unà cum ejuſdem *Epiſtolâ ad Carpianum*, cujus principium (3) ſuprà jam exhibui.

X X X I.

Trigeſimus primus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque *centum octoginta octo* folijs. Continentur eo *Quatuor Evangelia*, tanto ſtudio ſcripta, ut in fine cujuſque Evangelij non tantùm annotatum ſit, quot στίχοι ſive *verſus* unumquodque comprehendat, verùm etiam quot ῥήματα ſive *verba*. Præfixi etiam ibi ſunt ijſdem (5) *Canones Euſebiani de conſonantiâ quatuor Evangeliſtarum*, unà cum *Epiſtolâ ad Carpianum*, quâ compoſitionis eorum redditur ratio. Poſt quatuor autem Evangelia extat in eodem Codice *Ephemeris* ſive *Calendarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, quo recenſentur *Lectiones Evangelicæ* ſingulis cujuſque menſis diebus aſſignatæ, unà *cùm nominibus Sanctorum*, quorum memoria quotannis celebratur.

XXXII.

(1) *Quæ deinceps ſequuntur de vitâ & obitu Beatiſſimæ* Virginis Deiparæ & S. Joãnis Evangeliſtæ, *ea deſunt apud* Nicephorum, *& in editionibus* Sambuci ac Caniſij. (2) *Ita ibi manifeſtè ſcriptum eſt, nempe* εἷς καὶ ἑξήκοντα, *non autem, ut apud* Nicephorũ *lib. 2 cap. 3, & in editionibus* Sambuci *ac* Caniſij *legitur*, νθ΄, *hoc eſt*, quinquaginta novem; *vel, ut* Epiphanius preſbyter *apud Card.* Baroniũ *Annal. Eccleſ. Tom. I in actis anni Chriſti* 48 *num.* V, *ex eodem* Hippoly*to afferit* νζ΄, *hoc eſt*, quinquaginta ſeptẽ. *Quomodo autẽ hæc ſint concilianda, viderint alij commodiori loco ac tempore.* (3) *Vide ſuprà pag.* 42. (4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus quinquageſimus. (5) *Vide ſuprà Cod.* XXIX *&* XXX, *pag.* 42.

XXXII.

Trigeſimus ſecundus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *octavo*, conſtátque folijs *ducentis triginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Quatuor Evangelia* eleganter ſcripta, ſed abſque *Canonibus Euſebianis* & ullo *Commentario*.

XXXIII.

Trigeſimus tertius (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus in *decimo ſexto*, conſtátque folijs *trecentis tribus*, & ad celeberrimam Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini Bibliothecam Budenſem* olim pertinuit. Continentur eo *Quatuor Evangelia*, minutiſſimis literis elegantiſſimè ſcripta, ſed abſque *Canonibus Euſebianis* & ullo *Commentario*.

XXXIV.

Trigeſimus quartus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *trecentis ſexaginta octo*, & ad (3) *Arſenium Archiepiſcopum* (4) *Monembaſiæ* olim pertinuit; ut ipſe in principio ejus teſtatur hâc propriæ manûs inſcriptione: Αὕτη ἡ θεία βίβλος κτῆμα ἐστὶ Ἀρσενίου τοῦ Μονεμβασίας. Poſteà autem per quas neſcio ambages pervenit idem ille præſtantiſſimus Codex in poteſtatem *Joannis Sambuci*, à quo A. 1564 in Italiâ emptus eſt. Mortuo dein *Sambuco*, incidit in manus *Sebaſtiani Tengnagelij*, & per eum tandem tranſijt in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream*. Continetur eo præcipuè *Novi Teſtamenti* elegantiſſimè ſcripti Pars poſterior ab *Actis Apoſtolorum* incluſivè uſque ad *Apocalypſin*, quemadmodum ex ſubjuncto Indice, qui ibi folij 14 paginâ ſecundâ extat, videre eſt:

ΤΆΔΕ ἘΝΕΣΤΙΝ ἘΝ ΤΗ͂Ι ΔΕ ΤΗ͂Ι ΒΊΒΛΩΙ.

Α, Λουκᾶ πράξεις τῶν Ἀποστόλων· Β, Ἐπιστολὴ Ἰακώβου καθολική· Γ, Πέτρου ἐπιστολὴ καθολικὴ πρώτη· Δ, Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ καθολικὴ δευτέρα· Ε, Ἰωάννου ἐπιστολὴ καθολικὴ πρώτη· ϛ, Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ καθολικὴ δευτέρα· Ζ, Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ καθολικὴ τρίτη· Η, Ἰούδα ἐπιστολὴ καθολική· Θ, Παύλου πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολή· Ι, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη· ΙΑ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ δευτέρα· ΙΒ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Γαλάτας· ΙΓ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἐφεσίους· ΙΔ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Φιλιππησίους· ΙΕ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κολοσσαεῖς· Ιϛ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ πρώτη· ΙΖ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Θεσσαλονικεῖς

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quinquageſimus nonus.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus vigeſimus ſeptimus.

(3) *De ſcriptis hujus* Arſenij *vide* Joan. Jac. Friſij *Bibliothecã Univerſalẽ literâ A; ut & Librũ* primum *horum Cõmentariorũ de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ pag.* 150, *ubi ſit mentio* Explicationis *ejuſdem* Arſenij in novem Comœdias Ariſtophanis.

(4) Monembaſia ſive Monobaſia Peloponneſi *Urbs eſt Archiepiſcopalis in* Laconiâ, *triginta millibus paſſuum ſupra* Maleam *promontorium Septentrionem verſus, olim dicta* Epidaurus *cognomine* Limera, *nunc autem* Malvalia.

νικεῖς ἐπιςολὴ δευτέρα· ΙΗ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τιμόθεον πρώτη· ΙΘ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τιμόθεον δευτέρα. Κ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τῖτον· ΚΑ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Φιλήμονα· ΚΒ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἑβραίους· ΚΓ, Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ἀποκάλυψις, ἣν ἐν Πάθμῳ τῇ νήσῳ ἐθεάσατο.

Quamvis igitur hæc *Novi Teſtamenti* Pars, unà cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris *Commentario marginali*, hactenùs inedito, in egregio illo Codice MSto Cæſareo, de quo in præſens ex profeſſo agitur, præcipuum locum obtineat, extant tamen in eodem partim *Proœmij*, partim *Appendicis* loco, etiam alia nonnulla memoratu digniſſima, quorum ea, quæ à fol. 2 uſque ad fol. 17 *Proœmij* loco extant, ſunt hæc:

Primò, Index omnium Lectionum ex *Actis Apoſtolorum* & *Epiſtolis*, quæ ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* in *Sabbatis*, *diebus Dominicis* & *Feſtis Sanctorum* quotannis ſolent recitari. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Συναξάριον περιέχον τὰ Ἀναγνώσματα τῶν τε Πράξεων καὶ τῶν Ἐπιςολῶν, τὰ ἀναγινωσκόμενα ἔν τε Σάββασι καὶ Κυριακαῖς καὶ λοιπαῖς ἑορταῖς τῶν Ἁγίων. Notabile autem eſt *Feſta Sanctorum* in hoc Codice MSto, æquè ac (1) ſuprà in Codice *trigeſimo primo*, recenſeri ſecundùm ordinem *duodecim menſium*, ita ut reſpectu *Indictionis* primus eorum ſit *September*, ultimus autem *Auguſtus*. (1) *Vide ſuprà pag.* 47.

Secundò, *Hebraicorum aliorumque peregrinorum Nominum*, quæ in *Actis Apoſtolorum* occurrunt, *Interpretatio* ordine alphabetico. Ipſa Tituli græci verba unà cum principio ipſius Interpretationis ſunt hæc: Ἑρμηνεία ἑβραϊκῶν ὀνομάτων τῶν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων Ἀποςόλων ἐμφερομένων, κατὰ ςοιχεῖον ἡρμηνευμένων. Ἀλφαῖος, μάθησις· Ἀκελδαμά, χωρίον αἵματος. &c.

Tertiò, Ἑρμηνεία τῶν προφητικῶν ὀνομάτων ſive *Interpretatio Propheticorum nominum*; cujus principium: Ὠσηὲ, σκιάζων· Ἀμώς, σκληρός. &c.

Quartò, *Dorothei* cujuſdam, qui vulgò (2) *Epiſcopus Tyri* appellatur, & (3) cum S. *Dorotheo presbytero*, qui ſub *Imp. Diocletiano* multa paſſus, & uſque ad *Imp. Juliani Apoſtatæ* tempora ſu-

G per-

(2) *Vide* Joan. Jac. Friſij *Bibliothecam Univerſale lit: D*; *Card.* Bellarmini *librum de Script. Eccleſiaſticis*; *Card.* Baronij *Annal. Eccleſ Tom. I an.* 33, *Tom. II an* 283, *Tom IV an.* 363. & *ejuſdem Notas ad Martyrolog. Roman. d* 5 *Iunij*; *R. P.* Anton. Poſſevini *Apparat. Sacr lit.* D; *R P.* Phil. Labbæi *Tom. I de Script. Eccleſiaſticis*; Aub. Miræi *Auctar. de Script. Eccleſiaſticis cap.* 22; Caſp. Barthij *Adverſar. lib.* 13 *cap.* 14, & Ger. Joan. Voſſij *de Hiſt. Græc. lib.* 2 *cap.* 18. (3) *Vid. Martyrolog. Roman d.* 5. *Junij*. *Errant autem* Card. Baronius, Aub. Miræus & *complures alij recentiores Autores*, *dum hunc* S. Dorotheum, *qui ſub* Imp. Juliano Apoſtatâ *martyrium conſummavit*, *perperàm confundunt cum* Dorotheo, Imp. Diocletiani familiariſſimo Eunucho, & *poſteà* Presbytero Antiocheno, *cujus* Euſebius Pamphili *Hiſt. Eccleſ. lib.* 7 *cap* 32, *vel ſecundùm verſionem latinam*, 26, *tanquam* jam defuncti *meminit*.

perſtes, ſub eo annum agens ſeptimum ſupra centeſimum, venerandam ſenectam martyrio honeſtavit, perperàm confunditur, *Libellus de duodecim Chriſti Apoſtolis & alijs ſeptuaginta diſcipulis*, primùm quidem *Romæ Romanâ linguâ* ſcriptus, poſteà autem ab anonymo quodam Interprete *Græco* abbreviatus & *græcè* editus, uti non ſolùm in (1) *Menologio Græcorum* d. 14 Aprilis, verùm etiam in ipſo hoc *Codice MSto Cæſareo* expreſsè traditur. *Titulus* iſtius Opuſculi eſt ibi talis: Δωροθέου Ἀρχιεπισκόπου Τύρου, ἀρχαίου ἀνδρὸς πνευματοφόρου καὶ μάρτυρος, γεγονότος ἐν τοῖς χρόνοις Λικιννίου καὶ Κωνσταντίνου τῶν βασιλέων, Σύγγραμμα εἰς τοὺς ιβ' Ἀποστόλους καὶ εἰς τοὺς ἑβδομήκοντα. Sequitur deinde *Proœmium de vitâ & ſcriptis Dorothei*, cujus principium: Οὗτος ὁ λεχθεὶς ἀοίδιμος ἀνὴρ συγγράμματα διάφορα καταλέλοιπεν ῥωμαϊκά τε καὶ ἑλληνικά· &c. Extat quidem hoc *Proœmium latinè* poſt *Sulpicij Severi* Hiſtoriam Sacram unà cum *Dorothei* Synopſi de Vitâ Prophetarum & Apoſtolorum à *Jacobo Fabro* Doctore Theologo Sorbonico Pariſijs A. 1560 in 12mo editam, ut & in *Magnâ Bibliothecâ veterum Patrum* Pariſijs A. 1654 in fol. editâ, Tomi ſeptimi columnâ 91, ſed *græcum* hoc exemplar manuſcriptum à latinis illis editionibus impreſſis non mediocriter in fine diſcrepat, &, quæ de *Vitis Prophetarum* ibi leguntur, ea hîc omninò omiſſa ſunt. Finito *Proœmio* ſequitur novus *titulus* miniatus, quo notabile aliquod teſtimonium de approbatione ejuſdem Opuſculi per *Joannem Pontificem Romanum* continetur his verbis: (2) Ἰωάννης δὲ ὁ Ῥωμαίων Ἐπίσκοπος τὸ μὲν Σύγγραμμα Δωροθέου ἀληθινὸν εἶναι διεβεβαιοῦτο· προετιμᾶτο δὲ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως τὸν Ῥώμης ἔλεγε, διὰ τὸ τὸν τοῦ κορυφαιοτάτου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου ἐπέχειν θρόνον· καὶ τούτου ἕνεκα τὰ πρῶτα αὐτῷ παρεχωρήθη, οὐ μὴν διὰ τὸ προϋπάρχειν τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον τῆς Κωνσταντινουπόλεως. εἶτα ἔλεγε ἐν τῷ δηλωθέντι συγγράμματι τοῦ ἱεροῦ Δωροθέου εἰσημάνθαι καὶ περὶ τῶν ιβ' Ἀποστόλων, ἔνθα ὁ καθεὶς αὐτῶν ἐκήρυξεν. Hinc porrò ſequitur ipſa *Narratio de duodecim Apoſtolis*, quæ à latinis editionibus hactenùs impreſſis adeò diſcrepat, ut ad differentiam illam plenè indicandam integrâ prorsùs novâ editione opus ſit. Recenſentur ibi *duodecim Apoſtoli* hoc ordine: α', Πέτρος· β', Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· γ', Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου· δ', Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· ε', Φίλιππος· ς', Βαρθολομαῖος· ζ', Θωμᾶς· η', Ματθαῖος ὁ Εὐαγγελιστής· θ', Ἰούδας Ἰακώβου· ι', Σίμων ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας· ια', Ματθίας· ιβ', Σίμων ὁ Ζηλωτής. Quæ autem de *S. Paulo Apoſtolo* & duob⁹ Evangeliſtis *S. Marco* & *S. Luca* in latinis editionibus

(1) *Vide Card. Baronij Notas ad ſuprà citatū locum Romani Martyrologij.*

(2) *Videtur hîc intelligendus eſſe* Joannes quartus, *ejus nominis Pontifex Romanus, qui A. C.* 640 *electus eſt & A.* 642 *obijt.*

bus impreſſis ſubjunguntur, ea ibi omninò deſunt. Notabile etiam eſt, *Autorem Procemij* expreſsè teſtari, ſe Narrationem illam de *duodecim Apoſtolis* conſultò & deditâ operâ ſcripſiſſe ἔσωθεν ſive *intrinſecùs*, narrationem autem de reliquis *ſeptuaginta diſcipulis* ἔξωθεν ſive *extrinſecùs*, ut nempe hâc ipſâ ſcribendi ratione differentia dignitatis eorũ indicaretur. Quæ enim ad *ſeptuaginta diſcipulos* pertinent, ea *in margine* tantùm ſcripta ſunt, ita ut narratio de *duodecim Apoſtolis*, quâdam quaſi coronâ circumdata, in medio paginæ emineat. Titulus Narrationis marginalis de *ſeptuaginta diſcipulis* eſt hic: Φησὶ δὲ ὁ προλεχθεὶς ἐν ἁγίοις Δωρόθεος, τοὺς ἑβδομήκοντα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν ὑποστρέψαι, καὶ ἐν τοῖς Ἀποστόλοις γενέσθαι· οὓς καὶ Ἐπισκόπους γενέσθαι ὑπ' αὐτῶν λέγει οὕτως. Sequitur deinde ipſa narratio, quæ quantùm à latinis editionib⁹ hactenùs impreſſis diſcrepet, vel ex nudâ hâc *Nominum* recenſione ſatis videre eſt: ά, Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου· β', Κλεόπας ὁ καὶ Συμεὼν, ὁ ἀνεψιὸς τοῦ Κυρίου· γ', Ματθίας, ὁ ἀναπληρώσας τὸν ἀριθμὸν τῶν ιβ' Ἀποστόλων· δ', Θαδδαῖος, ὁ τὴν ἐπιστολὴν Ἀβγάρῳ τοπάρχῃ ἀποκομίσας· έ, Ἀνανίας· ς', Στέφανος ὁ πρωτομάρτυς· ζ' Φίλιππος· ή, Πρόχορος· θ', Νικάνωρ· ί, Τίμων· ιά, Παρμενᾶς· ιβ' Νικόλαος· ιγ', Βαρνάβας· ιδ', Μάρκος ὁ καὶ εὐαγγελιστής· ιέ, Σίλας· ις' Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής· ιζ', Σιλουανός· ιή, Κρίσκης· ιθ', Ἐπαινετός· κ', Ἀνδρόνικος· κά, Ἀμπλίας· κβ', Οὐρβανός· κγ', Στάχυς· κδ', Ἀπελλῆς ὁ ἐπίσκοπος Ἡρακλείας· κέ, Φύγελλος· κς', Ἑρμογένης· κζ', Δημᾶς· κή, Ἀπελλῆς ὁ ἐπίσκοπος Σμύρνης· κθ', Ἀριστόβουλος· λ', Νάρκισσος· λά, Ἡρωδίων· λβ', Ἄγαβος· λγ', Ῥοῦφος· λδ', Ἀσύγκριτος· λέ, Φλέγων· λς', Ἑρμῆς· λζ', Πατροβᾶς· λή, Ἑρμᾶς· λθ', Λῖνος· μ', Γάϊος· μά, Φιλόλογος· μβ', Ὀλυμπᾶς· μγ', Ἡρωδίων ἕτερος· μδ', Λουκᾶς ἕτερος· μέ, Ἰάσων· μς', Σωσίπατρος· μζ', Τέρτιος· μή, Ἔραστος· μθ', Κούαρτος· ν', Ἀπολλὼν· νά, Κηφᾶς· νβ', Σωσθένης· νγ', Τυχικός· νδ', Ἐπαφρόδιτος· νέ, (1) Καῖσαρ· νς', Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα· νζ', Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος· νή, Ἀρτεμᾶς· νθ', Κλήμης· ξ', Ὀνησίφορος· ξά, Τυχικὸς ἕτερος· ξβ', Κάρπος· ξγ', (2) Εὔοδος· ξδ', Ἀρίσταρχος· ξέ, Μάρκος ἕτερος· ξς', Ζηνᾶς· ξζ', Φιλήμων· ξή, Ἀρίσταρχος ἕτερος· ξθ', (3) Πούδης· ό, Τρόφιμος· de quo *ſeptuageſimo* ſive ultimo & duobus proximè

(1) *Meminit quidem S. Paulus* Cæſaris *in Epiſtolâ ad Philippenſes cap. 4 verſ. 22 his verbis:* Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας· *hoc eſt:* Salutant vos omnes ſancti, maximè autem, qui de Cæſaris domo ſunt; *ſed ibi ſine dubio per* Cæſarem, *non aliquis ex diſcipulis Chriſti, verùm* Imp. Nero *intelligendus eſt; ut Em. Card.* Baronius *Annal. Eccleſ. Tom. 1, An. 33 num. 40 jam pridem rectè monuit.* (2) *In latinis editionibus impreſſis vocatur is perperàm* Evodas; *à* Nicephoro *autem* Calliſto *Hiſt. Eccleſ. lib. 2 cap. 3 appellatur* Εὐόδιος *ſive* Evodius. *Vide Card.* Baronij *Annal. Eccleſ. Tom. I, An. 71 num. 11, 12, 13.* (3) *Hoc eſt* Pudens. *In latinis autem editionibus impreſſis perperàm legitur* Pudas.

ximè præcedentibus conjunctim ibi agitur his verbis: Οὗτοι οἱ τρεῖς, φημὶ δὴ Ἀρίσαρχος, καὶ Πούδης, καὶ Τρόφιμος, ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς τοῦ ἀποστόλου Παύλου συγκακοπάθησαν αὐτῷ, καὶ συγκακουχηθέντες, τέλος μετὰ τὸ ἀποκεφαλισθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ παρανόμου καὶ δυσσεβοῦς βασιλέως Νέρωνος ἐν Ῥώμῃ, σὺν αὐτῷ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν εἰς δόξαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς αἰῶνας. Quæ autem in latinis editionibus impreſſis poſt *Trophimum* adduntur de duobus Evangeliſtis *S. Marco* & *S. Lucâ*, ut & de *Eunucho Candaces Reginæ Æthiopum*, ea in hoc Codice MSto Græco deſunt, eorúmque loco hæc ibi extat clauſula: Ταῦτα ὁ τρισμακάριος καὶ πανόλβιος Δωρόθεος, ἐν Ῥώμῃ γεγονὼς, διὰ ῥωμαϊκῆς διαλέκτου ἐν ὑπομνήμασι καταλέλοιπεν. Ἔφησεν δὲ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασιν ὁ δηλωθεὶς ἱερὸς Δωρόθεος, ὅτι καὶ (1) Σίμων ὁ Κυρηναῖος ὑπὲρ Χριστοῦ σταυρωθεὶς ἀναιρεῖται.

Quintò, Fragmentum hiſtoricum *de ſanctorum duodecim Apoſtolorum beatiſſimæq; Dei Genitricis Baptiſmate, & de Genealogiâ Chriſti, ex S.* (2) *Sophronij* Patriarchæ Hieroſolymitani, *Hypomnematibus* ſive *Commentarijs* deſumptum, quod certas ob cauſas, in margine annotatas, integrum hîc exhibeo:

Περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν Ἀποστόλων.

Ἀπορούντων τινῶν φιλοπευστούντων καὶ λεγόντων, ὑπὸ τίνος ἄρα οἱ Ἀπόστολοι ἐβαπτίσθησαν, καὶ εἰ μὴ ἐβαπτίσθησαν, πῶς ἐβάπτιζον; καὶ προσέτι ἀπορούντων, ὑπὸ τίνος ἄρα κεχειροτόνηνται, καὶ εἰ μὴ κεχειροτόνηνται, πῶς ἐχειροτόνουν; παρώρμησαν τὴν ἐμετέραν ταπείνωσιν φιλοπονηθὲν περὶ τούτων τὴν ἔρευναν ποιήσασθαι καὶ εὕρομεν ἘΝ ΤΟΙΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΣΙ ΤΟΥ ἉΓΙΟΥ ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ καὶ ἄλλα πλεῖστα μνήμης ἄξια, καὶ πρὸς τούτοις καὶ ταῦτα, περὶ ὧν καὶ τὴν ἔρευναν ἐποιησάμεθα, ὅτι (3) μόνον τὸν ἅγιον Πέτρον ὁ Κύριος καὶ Θεὸς

ἡμῶν

(1) *Locus ſingularis de Simeonis Cyrenæi martyrio & crucifixione.*

(2) *Floruit is ſub Imp.* Heraclio, *&* Modeſto *ſucceſſit in Patriarchatu Hieroſolymitano A. C.* 633, *ut demonſtrat Card.* Baronius *Annal. Eccleſ. Tom. VIII, An.* 633 *num.* 9 *& deinceps. Vide etiam ejuſdem Notas ad* Martyrologij Romani *diem* 11 *Martij, quo natalis ejus dies annuatim celebratur ab Eccleſiâ Catholicâ: ubi tamen notandum eſt, pro anno Domini* 633 *mendosè impreſſum legi* 634 *Sub Ejuſdem* S. Sophronij *nomine extat aliud quoddam* Fragmentum *hiſtoricum,* de laboribus, certaminibus & peregrinationibus SS. Apoſtolorum Petri & Pauli *inſcriptum, in Magnâ Bibliothecâ veterum Patrum Pariſinâ anni* 1654. *Tom. VII colum.* 107 *&* 108, *ſed tantùm* latinè. *Conſulendi etiam ſunt de ejuſdem* S. Sophronij *ſcriptis Card.* Baronius *Annal. Eccleſ. Tom VIII, An.* 635 *num.* 5; *R.P.* Ant. Poſſevinus *Aparatûs Sacri lit. S*; Gerard. Joan. Voſſius *de Hiſt. Græcis lib.* 2 *cap.* 23, *& R.P.* Philip. Labbæus *Tom. II de Scriptor. Eccleſiaſticis; qui omnes rectè monent, hunc* S. Sophronium Patriarcham Hieroſolymitanum *non eſſe confundendum cum altera integris ducentis annis antiquiori* Sophronio, *cujus* S. Hieronymus *tanquam æqualis ſui in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis capite* 134 *meminit.* (3) *Quòd* Chriſtus *ex duodecim Apoſtolis ſuis ſolum* S. Petrum *proprijs manibus baptizaverit, legitur etiam apud* Nicephorũ Calliſtum *Hiſtor. Eccleſ. lib.* 2 *cap.* 3, *tanquam deſumptum ex* Evodij, *ſanctorum Apoſtolorum ſucceſſoris, Epiſtolâ quadam* Φῶς *ſive* Lumen *inſcriptâ; additúrq; ibidem, paulo aliter quàm in* Sophroniano *hoc fragmento,* S. Petrum *porrò baptizâſſe* S. Andream *& filios Zebedæi* S. Jacobum *&* S. Joannem *Evangeliſtam, atque hos duos deinceps baptizâſſe reliquos omnes Apoſtolos. Vide etiam Fragmentum Chronologicum* Hippolyti Thebani *ſuprà pag.* 47, *& Card.* Baron. *Annal. Eccleſ. Tom.* I, *an.* 31 *num.* 40.

ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς οἰκείαις χερσὶ ἐβάπτισε, καὶ Πέτρος Ἀνδρέαν, καὶ Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Ἰωάννης δὲ καὶ Ἰάκωβος τοὺς λοιποὺς πάντας Ἀποστόλους. Φησὶ δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι (1), τὴν παναχραντον δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον καὶ μητέρα τῆς ζωῆς ἡμῶν ὁ Πέτρος σὺν τῷ θεολόγῳ Ἰωάννῃ ἐβάπτισεν· καὶ προσετίθησιν, ὅτι ἀνεψιὸς ἦν ὁ θεολόγος Ἰωάννης τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα. ὁ γὰρ Ἰωσὴφ, ὁ μνήστωρ τῆς Παρθένου, τέσσαρας υἱοὺς ἔσχεν ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικὸς, Ἰάκωβον, Σίμωνα, Ἰούδαν καὶ Ἰωσῆ, καὶ (2) τρεῖς θυγατέρας, τήν τε Ἐσθὴρ καὶ τὴν (3) Θάμαρ, καὶ τρίτην τὴν Σαλώμην ὁμώνυμον τῇ μητρί· ἥντινα ἐξέδοτο ὁ Ἰωσὴφ πρὸς γάμον τῷ Ζεβεδαίῳ· μεθ᾽ ἧς ἔτεκεν Ζεβεδαῖος Ἰάκωβον καὶ τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, ὃς τρεῖς μητέρας ἔσχεν ἐπὶ τῆς γῆς· τὴν μὲν μίαν Σαλώμην, ἐξ ἧς καὶ γεγέννηται σωματικῶς· δευτέραν δὲ βροντὴν, ὅτι (4) βροντῆς υἱὸς ἐχρημάτισε νοητῶς παρὰ τοῦ Κυρίου· καὶ τρίτην τὴν ἁγίαν Θεοτόκον πνευματικῶς, κατὰ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ὅτε τῷ σταυρῷ παρειστήκεσεν, (5) Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, πρὸς τὸν θεολόγον φήσαντος· καὶ αὖ πρὸς τὴν Παρθένον, (6) Γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου, εἰπόντος. Hoc eſt:

De Baptiſmate Apoſtolorum:

Dubitantibus quibuſdam diſcendi cupidis, & dicentibus: à quonam Apoſtoli (7) baptizati ſunt, &, ſi non erant baptizati, quomodo baptizabant? ambigentibus quoque iiſdem prætereà, & dicentibus: à quonam Apoſtoli ordinati ſunt, &, ſi non erant ordinati, quomodo ordinabant? incitata eſt ab ijs humilitas noſtra ad ſtudioſè & diligenter de his rebus inquirendum. Invenimus igitur IN COMMENTARIIS SANCTI SOPHRONII cùm alia plurima memoratu digna, tùm præter illa & hæc, quæ quæſiveramus; nempe quòd Dominus & Deus noſter IESVS Chriſtus ſanctum Petrum proprijs manibus baptizaverit, & Petrus Andream, & Andreas Jacobum ac Joannem; Joannes autem & Jacobus reliquos omnes Apoſtolos. Idem quoque SOPHRONIVS dicit & hoc, quòd incontaminatam Dominam noſtrã Deiparam & Matrem Vitæ noſtræ S. Petrus cum S. Joanne Evangeliſtâ baptizaverit; atq; inſuper addit, quòd S. Joannes Evangeliſta fuerit conſobrinus Servatoris noſtri IESV Chriſti ſecundùm carnem. Joſeph enim, ſponſus Virginis Deiparæ, ex verâ uxore ſuâ quatuor habuit filios, nempe Jacobum, Simonem, Judam & Joſen, & tres filias, nempe Eſther & Thamar, & tertiam, quæ, æquè ac mater, appellata fuit Salome, & à Joſepho in

(1) *Quòd beatiſſima Virgo Deipara à S.* Petro *Principe Apoſtolorũ, ſimul & à S.* Joanne *Evangeliſtâ baptizata fuerit, legitur etiam in Fragmento* Chronologico Hippolyti Thebani *ſuprà pag.* 47.

(2) *Locus ſingularis de* tribus S. Joſephi filiabus Eſther, Thamar & Salome. *Nam in ſuprà citato* Hippolyti Thebani *Fragmento tàm apud* Nicephorum, Sambucum & Caniſiũ, *quàm in Codice* MSto Cæſareo, *inter Theologicos Græcos vigeſimo* nono, *attribuuntur* illi duæ *tantùm* filiæ, Eſther *videlicet &* Thamar. *Vide ſuprà pag.* 46. (3) *Apud* Caniſium, *ut ſuprà pag.* 46 *jam ſemel monui, pro* Θάμαρ *perperàm legitur* Μάρθαν. (4) *Evangelij S. Marci cap.* 3 *verſ.* 17. (5) *Evangelij S. Ioannis cap.* 19 *verſ.* 27. (6) *Ibidem verſ.* 26. (7) *Contra hanc dubitationem de baptiſmate Apoſtolorum vide* Tertullian. *lib. de Baptiſmo &* S. Auguſtin. *epiſt.* 108.

in matrimonium data eſt Zebedæo. Cum hâc genuit Zebedæus Jacobum & Joannem Evangeliſtam, qui tres in terrâ habuit matres; primam videlicet Salomen, ex quâ natus eſt corporaliter; ſecundam autem tonitruum, utpote cujus filius ſingulari quodā ſenſu à Domino appellatus eſt; tertiam denique ſpiritualiter, nempe ſanctam Deiparam, ſecundùm verbum Chriſti ex Cruce ad S. Joannem dicentis: Ecce mater tua; atque iterùm dicentis ad Virginem: Mulier, Ecce filius tuus.

Sextò, anonymi cujuſdam Commentariolus de diverſis vocabuli Ἀνάστασις ſive *Reſurrectio* ſignificationibus in Sacris Biblijs. Titulus ejus unà cum principio eſt talis: Ὁσαχῶς ἡ ἀνάστασις· Τῷ τῆς ἀναστάσεως ὀνόματι κέχρηται ἡ Γραφὴ κατὰ πλείους τρόπους. Ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος, ὃς οὐκ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ· &c.

Septimò, anonymi cujuſdam Commentariolus de diverſis vocabuli φύσις ſive *Natura* ſignificationibus in Sacris Biblijs. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Ἡ φύσις ὁσαχῶς τῇ θείᾳ παρείληπται γραφῇ.

Octavò, Εὐλογία, ἣν εὐλόγησεν ἸΗΣΟΥΣ Ο ΤΟΥ ΝΑΥΗ· εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐξαγαγὼν ἄρτον στηρίξαι καρδίαν ἀνθρώπου· ὁ Θεὸς ἡμῶν εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Nonò, Annotatio quædam de (1) *Gomer* & *Siclo Hebræorum*; item de (2) *Summo* eorundem *Sacerdote*, & de *duodecim Gemmis* in ejuſdem ſacro *Pectorali*, quod Græci Λόγιον ſive *Rationale* nuncupant.

Decimò, anonymi cujuſdā Autoris antiqui in *Acta Apoſtolorum* à *S. Lucâ* conſcripta *Proœmium*, cujus principium: Οὗτος ὁ μακάριος Λουκᾶς μαθητὴς ἦν Παύλου· διὸ καὶ ἐκείνου τὰς πράξεις μᾶλλον ἐγίνωσκεν τῶν ἄλλων. περὶ οὗ καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Παῦλος λέγει. Λουκᾶς μόνος μετ' ἐμοῦ, &c. In medio etiam iſtius paginæ, quâ hoc Proœmium continetur, extat pervetuſta & ſatis elegans pictura, quæ in ſuperficie aureâ repræſentat *S. Lucam*, *Acta Apoſtolorum ſuper genua in volumine exarantem*, uti ex accuratiſſimo ejus apographo æri inciſo, quod Capiti *ſeptimo* Libri *ſecundi* horum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Commentariorum (3) inſerui, videre eſt.

Et hactenùs quidē recenſui, quæ ſuprà memorato Codice MSto, inter Codices MStos Theologicos Græcos *trigeſimo quarto*, ante *Acta Apoſtolorum* tanquam *Prolegomena* contineantur. Sequuntur deinde ipſa *Acta Apoſtolorum* & reliqua *Novi Teſtamenti* pars uſque ad *Apocalypſin*, unà cum anonymi cujuſdam Autoris *Commen-*

(1) *Vide* Benedicti Ariæ Mōtani *Antiquitatum Iudaicarum librum ſeptimum, qui inſcribitur* Thubal-Cain, *ſive de menſuris ſacris*.

(2) *Vide ſæ citati* Ariæ Montani *librum ſextum, qui inſcribitur* Aaron, *ſive, de ſacris veſtimentis ornamentiſq.*

(3) *Nempe inter pag.* 570 & 571.

mentario marginali, de quo *Joannes Sambucus* propriâ manu ibi annotavit, cum in *Vaticanâ Bibliothecâ Dorotheo* dubitanter attribui his verbis: Δωρϑέε φάινεται ταῦτα χόλια· hoc eſt: *Dorothei videntur eſſe hæc Scholia.* Quâ conjecturâ in medio relictâ, indicandum reſtat, quænam in eodem ſuprà memorato Codice MSto Cæſareo *Apocalypſi S. Joannis* Appendicis loco ſubjungantur. Ea autem ſunt hæc:

Primò, & quidem fol. 354 pag. 2, *Hebraicorum* aliorúmque *peregrinorum Nominum* in *Apocalypſi S. Joannis* occurrentium interpretatio ordine alphabetico.

Secundò, & quidem fol. 354 pag. 2 Commentariolus de *viginti quatuor Gemmis*, quarum in *Apocalypſi S. Joannis* fit mentio; ut & de illis, *Gemmis* quæ memorantur in *Exodo* & apud Prophetam *Ezechielem*.

Tertiò, & quidem fol. 354 pag. 2, interpretatio nominum Hebraicorum (1) *Epiſtolæ S. Barnabæ* (2) *Apoſtoli*, quam *S. Hieronymus* cap. 6 de Scriptor. Eccleſiaſticis refert legi inter ſcripturas apocryphas.

Quartò, & quidem fol. 355 pag. 1. (3) *Nomina & Ordo duodecim menſium* apud diverſas gentes; nempe apud *Romanos*, apud *Græcos antiquos* more communi, apud *Hebræos*, apud *Ægyptios*, apud *Cappadoces*, apud *Athenienſes*, apud *Lacedæmonios*, apud *Bithynos*, apud *Cyprios*, apud *Macedones*, & apud *Græcos Chriſtianos* poſt Imp. Conſtantini Magni tempora.

Quintò, & quidem fol. 355. pag. 2, *Alphabethum Hebraicum*, literis ab hodiernâ ſcribendi ratione valdè diverſis exaratum, & adjunctâ *explicatione græcâ* illuſtratum: item *Nomina Hebraica quatuor Archangelorum* cæterorúmque *Angelorum*, & *quatuor Fluviorum Paradiſi*, cum interpretatione *græcâ*.

Sextò, & quidem fol. 356, 357, 358, *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Byzantinorum* ſive *Conſtantinopolitanorum à S.* (4) *Stachy*, quem *S. Andreas* Apoſtolus *primum* ordinavit Byzantij *Epiſcopum*, uſque ad *Nicolaum* cognomine *Myſticum*, qui (5) A. C. 890

(1) *Epiſtolam hanc* S. Bar*nabæ edidit. V. CL.* Iſaacus Voſſius *græcè cum antiquâ translatione latinâ poſt Epiſtolas* Sancti Ignatij. *Martyris, impreſſae Amſtelodami apud Ioan. Blaeu A.* 1646 *in 4to.*

(2) *De S.* Barnabæ Apoſto*latu vide Card.* Baronij *Annal. Eccleſ. Tom.* I, *& ejuſdem Notas ad Martyrologij Romani diem undecimum Iunij.* (3) *Beneficio hujus Commentarioli manuſcripti illuſtrari non mediocriter & augeri poſſunt, quæ* de diverſarum gentium Menſibus *ſcripſere* Joannes Lalamantius *in Opuſculo de præcipuarum Gentium Anni ratione & cum Romano collatione, edito apud I. Criſpinum A.* 1571 *in 8vo*, Joſephus Scaliger *in Opere de Emendatione temporum, & R.* P. Dionyſius Petavius *in Opere de Doctrinâ temporum, quod contra jam memoratum* Scaligeri *Opus edidit.* (4) *Memoria ejus celebratur in Martyrologio Romano d.* 31 *Octobris* (5) *Secundùm ſupputationem Card. Baronij Annal. Eccleſ. Tom. X, an.* 890 *num.* 15, *& an* 930 *num.* 4. *Secutus autem is hâc in re eſt* Chronologiam Epiſcoporum & Patriarcharum Byzantinorum, *quæ extat in* Tomo primo Juris Græco-Romani, *à* Joanne Leunclavio *collecti latinéque redditi, & à* Marquardo Frebero *A.* 1596 *græcè ac latinè duobus Tomis in folio editi, à pag.* 296 *uſque ad pag.* 304.

890 electus eſt, & A. 930. obijt: & porrò *continuatio* ejuſdem *Chronologiæ* à jam memorato *Nicolao* uſq; ad *Joannem Xiphilinum* qui (1) A. C. 1066. electus eſt, & A. 1078. obijt. Titulus ejus eſt ibi talis: Ἀναγραφὴ τῶν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐπισκοπησάντων ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἱεραρχῶν ἤτοι Ἐπισκόπων πρὸ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, καὶ μετὰ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ Πατριαρχῶν, ἤτοι ἀπὸ (2) Μητροφάνους μέχρι τοῦ (3) Νικολάου. Incipit deinde ipſa Recenſio Epiſcoporum & Patriarcharum hoc modo: Ἀνδρέας ὁ ἁγιώτατος Ἀπόστολος παραγενόμενος ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ κηρύξας τὸν σωτήριον λόγον, ἐκκλησίαν πρῶτον συστησάμενος, καὶ εὐκτήριον οἶκον πέραν ἐν τῇ νῦν λεγομένῃ Ἀργυροπόλει ἀνέγειρεν, ἐν ᾧ ὕστερον ἀπετέθητο τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀδριανοῦ. χειροτονεῖ Ἐπίσκοπον Στάχυν τῆς αὐτῆς πόλεως Πρῶτον, οὗ καὶ μέμνηται Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ· ὃς ἐπεσκόπησεν ἔτη ιϛʹ. Ὀνήσιμος ἔτη ιδʹ. Γʹ, Πολύκαρπος ἔτη ιηʹ. Δʹ, Πλούταρχος ἔτη ιϛʹ. Εʹ, Σεδεκίων &c. Extant quidem etiam *tres* aliæ eorundem Epiſcoporum & Patriarcharum antiquæ Chronologiæ græcæ; nempe prima in (4) *Nicephori* Patriarchæ Conſtantinopolitani (5) *Chronographia compendiaria*, quæ pertingit uſq; ad (6) *Photium*; ſecunda in *Tomo primo* ſuprà citati *Juris Græco-Romani* à *Frehero* editi, quæ pertingit uſque ad *Ioſephum Germani Adrianopolitani* ſucceſſorem; tertia in R. P. *Philippi Labbæi Protreptico Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ*, quæ pertingit uſque ad *Joſephum* illum, qui *Florentiæ* in Concilio generali obijt: ſed multo illis accuratior atque uberior eſt, quæ extat in Codice hoc manuſcripto *Cæſareo*, ideóque alio poſthac tempore in *Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ* integra à me publicabitur. Interim prævíè notandum eſt, Euthymium illum, qui Patriarchæ *Nicolao Myſtico*, ab *Imp. Leone Sapiente* injuſtè depoſito, ſuffectus eſt, Epiſcoporum & Patriarcharum Byzantinorum numero ibi excludi, ideóque *Ioannem Xiphilinum*, cum quo Chronologia illa deſinit, non numerari *nonageſimum nonum*, ſed *nonageſimum octavum*, nec *tredecim* Patriarchalis regiminis annos illi attribui, ut in ſuprà memorato Corpore Juris Græco-Romani, ſed tantùm annos *undecim*.

Septimò, & quidem fol. 359 pag. 1, *Chronologia Summorum Pontificum Romanorum à S. Petro Apoſtolo uſque ad Honorium primum*,

(1) *Secundùm jam memoratam* Card. Baronij *ſupputationem Annal. Eccleſ. Tom. XI an.* 1066 *num.* 16, *& an.* 1078 *nū.* 15. *Vide etiam ibidē an.* 1080 *num* 69.

(2) Metrophanes *bis ab Imp.* Conſtantino Magno, *factus eſt* primus *Patriarcha Conſtantinopolitanus.*

(3) Nicolaus *hic fuit ante Patriarchalem dignitatem in Aulâ Conſtantinopolitanâ* Myſticus, *hoc eſt, ut R. P.* Jacobus Goar, *in Notis ad* Georgij Codini *Caput ſecundum de Offic ijs Palatij Conſtantinopolitani rectè docet,* Præſes Conſilij ſecretioris *ſive* intimi. (4) *Vir doctiſſimus* Ger. Joan. Voſſius *vocat eum lib.* 2 *de Hiſt. Græc cap.* 25 Nicephorum Conſtantinopolitanum juniorem. (5) *Vide libri* ſecundi *horum Commentariorum caput* ſeptimum, *pag.* 578 *& deinceps, ubi fit mentio variarum hujus Chronographiæ editionum; quibus nunc moneo addendam eſſe editionem* latinam, *quæ A.* 1561 *Baſileæ typis Ioannis Oporini cum ampliſſimo* Joachimi Camerarij *Commentario impreſſa eſt in folio.* (6) *In pervetuſto ejuſdem Chronographiæ Codice MSto Cæſareo pertingit idem* Catalogus *uſque ad* Stephanum Photij *ſucceſſorem incluſivè.*

mum, qui A. C. 626 electus eſt, & A. 638 obijt. Titulus ejus unà cum principio eſt talis: ὅσοι ἐν Ῥώμῃ ἐπεσκόπησαν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Α', Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἔτη β'· Β', Λῖνος ἔτη β'· Γ', Κλῆτος ἔτη η'· Δ', Κλήμης ἔτη θ'· &c.

Octavò, & quidem fol. 359 pag. 2, *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Alexandrinorum à S. Marco* Apoſtolo uſque ad *Joannem Cyprium* cognomine *Eleemoſynarium*, qui ibi numeratur *quadrageſimus* (1) *quartus*.

Nonò, & quidem fol. 360 pag. 1, *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Antiochenorum à S. Petro Apoſtolo* uſque ad *Anaſtaſium Diaconum Conſtantinopolitanum*, qui ibi numeratur *quinquageſimus* (2) *quintus*.

Decimò, & quidem fol. 360 pag. 2, *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Hieroſolymitanorũ à S. Jacobo* cognominato *Fratre Domini* uſque ad *Zachariam* Presbyterum Conſtantinopolitanum, qui ibi numeratur *quinquageſimus* (3) *tertius*.

Vndecimò, & quidem fol. 361 pag. 1, *Chronologia Reipublicæ Hebræorum* ab *Adamo* uſque ad Regem *Sedekiam*, qui à Rege Babyloniorum *Nabuchodonoſore* poſt expugnationem Vrbis *Hieroſolimytanæ* excæcatus eſt.

Duodecimò, & quidem fol. 361 pag. 2. *Chronologia Regum Chaldæorum, Aſſyriorum, Perſarum & Ægyptiorum* à *Nabuchodonoſore* uſque ad *Cleopatram*.

Decimo tertiò, & quidem fol. 362 & 363, *Chronologia Imperatorum Romanorum à C. Julio Cæſare* uſq; ad *Baſilium II* & *Conſtantinum VIII*, Imp. *Romani II* ſive *Junioris* filios, qui poſt *Joannem Tzimiſcem* veneno extinctum imperare cœperunt A. C. 975 d. 4 Decembris; & *continuatio* ejuſdem Chronologiæ manu aliquanto recentiori uſque ad *Michaelem Ducam* cognomine *Parapinacium*, qui ſucceſſit in Imperio vitrico ſuo *Romano Diogeni* A. C. 1071 circa Kalendas Octobris.

XXXV.

Trigeſimus quintus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *octavo*, conſtátque *centum quinquaginta ſeptem* folijs, & pertinuit olim ad *Joannem Sambucum*, utpote cujus manu in principio ejus exarata leguntur hæc verba: *Joannis Sambuci ex dono Octaviani Ferrarij Mediolanenſis A. M D LXII.* Continentur eo *Acta Apoſtolorum*, & *Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes*,

(1) *In Chronographiá* Nicephori *eſt is* quadrageſimus octavus.

(2) *In* Nicephori *Chronographiá eſt is* ſexageſimus primus.

(3) *In* Nicephori *Chronographiá eſt is* ſexageſimus.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos*, ſexageſimus ſeptimus.

cenſes, *ad Timotheum*, *ad Titum*, *ad Philemonem*, & *ad Hebræos*; item *Epiſtolæ S.* Jacobi, *S. Petri*, *S. Joannis* & *S. Judæ*. Præfixæ etiam ſunt tàm *Actis Apoſtolorum*, quàm *Epiſtolis*, ſingulæ *Hypotheſes* ſive *Argumenta* cum *Lemmatibus Capitum*; atque inſuper non ſolùm in margine *antiqua græca Scholia* paſſim adpoſita ſunt, verùm etiam in fine cujuſque *Epiſtolæ*, ubi & quâ occaſione ea ſcripta ſit, & quot στίχους ſive *verſus* comprehendat, ſtudioſè annotatum eſt.

XXXVI.

Trigeſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & bonæ notæ in *octavo*, conſtátque *ducentis ſeptuaginta novem* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Acta Apoſtolorum* & *Epiſtolæ S. Jacobi*, *S. Petri*, *S. Joannis*, *S. Judæ* & *S. Pauli*, cum *Hypotheſi* ſive *Argumento* cuique Epiſtolæ præfixo, & cum indice *Lectionum Sacrarum* totius anni ſecundùm menſtruam Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* conſuetudinem à *Septembri* ad *Auguſtum*.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ſexageſimus quintus.

XXXVII.

Trigeſimus ſeptimus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque *centum ſeptuaginta quatuor* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Acta Apoſtolorum* & *Epiſtolæ S. Iacobi*, *S. Petri*, *S. Ioannis*, *S. Iudæ* & *S. Pauli*, cum ijſdem *Hypotheſibus* ſive *Argumentis*, & *Lemmatibus Capitum*, quæ jam memoratis Epiſtolis in tribus proximè præcedentibus Codicibus MStis, nempe XXXIV, XXXV & XXXVI, præfixa ſunt. Valdè autem notabile eſt, in ſolo hoc Codice *trigeſimo ſeptimo* ante *Epiſtolam S. Iacobi* extare *anonymi* cujuſdam pervetuſti (3) *Autoris Proœmium* ſive *Epiſtolam dedicatoriam ad S. Athanaſium* Archiepiſcopum Alexandrinum, quâ clarè atque expreſsè teſtatur, ſe *Hypotheſes* illas & *Lemmata capitum Epiſtolarum Catholicarum* fraterno ipſius juſſu compoſuiſſe. Titulus iſtius Proœmij unà cum principio eſt talis: Πρόλογος τῶν καθολικῶν ἐπιστολῶν. Μικροῖς μὲν, κἂν μικρὰ τολμῶσιν, οὐκ ἀδεές· ὁ δὲ ἐλάχιστος ἐγὼ τοῖς ὑπὲρ ἐμὲ πόνοις ἐγχειρῶν, οὐχ ἥκιστα πέφυκα ἀκινδύνως ὥσπερ ἂν εἴ τις &c. Nec multo poſt *Autor* hujus Proœmij *S. Athanaſium* appellat *fratrem* his

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus ſexageſimus quintus.

(3) *Videtur is eſſe* Adelphius *Epiſcopus & Confeſſor, ad quẽ extat S.* Athanaſij *Epiſtola contra* Arianos, *vel* Epictetus *Epiſcopus Corinthiorũ ad quem itidẽ extat* Epiſtola S. Athanaſij, *in cujus principio eum vocat* ἀγαπητὸν ἈΔΕΛΦΟΝ καὶ ποθεινότατον συλλειτουργὸν, *hoc eſt*, dilectum FRATREM & deſideratiſſimum in Sacris Collegam.

his verbis: ἐφ' οἷς ἂν ἔγωγε τολμῷ συγγνώμην αἰτῶν νέμειν, ἀγάπης νόμῳ βεβιασμένος ὑπὸ ΣΟΥ, 'ΑΔΕΛΦΕ' 'ΑΘΑΝΑ'ΣΙΕ ΤΙΜΙΩ'ΤΑΤΕ· διὰ γὰρ τῆς ἡμιθνητῶν &c. Clauditur denique idem *Proœmium* hoc modo: Δέξαι τοιγαροῦν, δέξαι παρ' ἡμῶν ἀσμένως τῶν σῶν ἐπιταγμάτων τὴν πραγματείαν εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν ἡμᾶς τῆς πειθοῦς διηνεκῶς ἀμειβόμενος· ἐγὼ δὲ στοιχηδὸν τὰς ΚΑΘΟΛΙΚΑ'Σ καθεξῆς 'ΕΠΙΣΤΟΛΑ'Σ ἀναγνώσομαι, τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν ὁμοῦ καὶ θείων μαρτυριῶν μετρίως ἐνθένδε ποιούμενος. Sequitur deinde *Hypotheſis Epiſtolæ S. Iacobi* his verbis: 'Επειδὴ αὐτὸς ὁ 'Ιάκωβος ταύτην γράφει τοῖς ἀπὸ τῶν δώδεκα φυλῶν διασπαρεῖσι καὶ πιστεύσασιν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν 'Ιησοῦν Χριστὸν, γράφει διδασκαλικὴν τὴν ἐπιστολὴν, διδάσκων περὶ διαφορῶν πειρασμῶν &c. Extat etiam in eodem Codice, & quidem à folij 159 paginâ ſecundâ uſque ad folium 174 ſive ultimum, *Index* ampliſſimus omnium ſolennium *Lectionum ſacrarum totius Novi Teſtamenti*, una cum *Menologio* ſive *Ephemeride omnium Feſtorum totius anni* ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* à *Septembri* ad *Auguſtum*. Ibidem quoque prorsùs in fine legitur, Codicem hunc à *Leone* quodam eſſe ſcriptum anno Mundi ſecundùm ſupputationem *Conſtantinopolitanam* 6839, hoc eſt, anno Chriſti 1331.

XXXVIII.

Trigeſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in folio, conſtátque folijs *ducentis quinquaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Commentarius ampliſſimus in quatuor Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Marcum, S. Lucam* & *S. Ioannem*, de cujus vero & indubitato Autore nondum mihi ſatis liquet, quoniam nomen ejus ibi deeſt ob defectum primi folij. Ut igitur etiam quilibet alius juxtà mecum inveſtigare poſſit, quis iſtius *Commentarij* genuinus *Autor* ſit, exhibeo hîc, tanquam pro ungue leonis, principium *Proœmij in S. Marcum*, quippe ubi valdè notabile eſt, quod *Autor* ille expresſè teſtatur, *neminem, quod ipſe ſciat, ante ætatem ſuam Evangelium S. Marci peculiari Commentario ex profeſſo illuſtrâſſe*. Ipſa ejus verba ſunt hæc: Πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον, καὶ εἰς τὸ κατὰ 'Ιωάννην τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς συνταξάντων ὑπομνήματα, ὀλίγων δὲ εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, οὐδενὸς δὲ ὅλως, ὡς οἶμαι, εἰς τὸ κατὰ Μάρκον 'Ευαγγέλιον ἐξηγησαμένου, συνεῖδον τὰ

(1) *Fuit & olim inter Codices MSS. Theologicos Græcos quadrageſimus ſeptimus.*

κτ̀ μέρ☉ κ̀ σπουδάσω εἰς αὐτὸ ἐιρημθμα παρὰ τῶν διδασκαλῶν τῆς ἐκκλησίας συναγαγεῖν, κ̀ σύντομον ἑρμηνείαν συντάξαι, &c.

XXXIX.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus nonageſimus ſecundus.

Trigeſimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque *trecentis quadraginta ſex* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo idem ille *anonymi atq; incerti alicujus Autoris Commentarius in quatuor Evangelia*, qui extat in proximè præcedenti Codice *trigeſimo octavo*. Quam ob rem & ibi *principium Proœmij in S. Marcum* conſulendum eſt.

XL.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus quintus.

Quadrageſimus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátq; *centum ſeptendecim* folijs, & ad *Ioannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *anonymi* cujuſdam *Autoris Epitome Expoſitionis* variorum *Sanctorum Patrum*, aliorúmque *veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum* in *Evangelia* ſecundùm *S. Matthæum*, *S. Lucam* & *S. Ioannem*. Principium Interpretationis Evangelij *S. Matthæi* deeſt; Interpretatio autem Evangelij *S. Lucæ* hanc habent inſcriptionem: Ἐπιτομὴ ἑρμηνειῶν τοῦ κτ̀ Λουκᾶν Ἐυαγγελίου διαφόρων Πατέρων. Similiter etiam Interpretatio Evangelij *S. Joannis* inſcribitur: Ἐπιτομὴ ἑρμηνειῶν τοῦ κατὰ Ἰωάννην. Cæterùm quod ad *Autores antiquos* in margine ibi annotatos, ex quorum Operibus *Epitome* iſta collecta eſt, attinet, ij ordine alphabetico ſunt hi: *Apollinaris* Epiſcopus Laodicenus, *S. Archelaus* Caſcharæ in Meſopotamiâ Epiſcopus, *Sanctus Athanaſius* Archiepiſcopus Alexandrinus, *S. Baſilius* Magnus, *S. Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus, *Euſebius*, *Sanctus Gregorius* Nazianzenus, *Sanctus Gregorius Nyſſenus*, *S. Joannes* Chryſoſtomus, *Iſidorus* Peluſiota, *Origenes*, *Severus* Epiſcopus Antiochenus, *Titus* Epiſcopus Boſtrenſis, & *Victor* Presbyter Antiochenus; quibus inſuper addendus eſt *Anonymus* ille, cujus locis ibidem in margine adſcriptum eſt ἐξ Ἀνεπιγράφου.

XLI.

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ſexageſimus ſextus.

Quadrageſimus primus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque *centum quadraginta tribus* folijs. Continetur eo *Commentarius in Evangelium*

gelium S. Matthæi, in principio atque fine mutilus, de cujus *Autore* nondum mihi liquet.

XLII.

Quadrageſimus ſecundus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *quadringentis viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius ampliſſimus in Evangelium S. Lucæ*, collectus ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum *Græcorum* Operibus, ſed nunc, quod dolendum eſt, in principio mutilus. Meminit perantiqui hujus Codicis Cæſarei R. P. *Balthaſar Corderius* in Præfatione ad Lectorem, præfixâ *Catenæ ſexaginta quinque Græcorum Patrum in S. Lucam*, quàm is A. 1628 Antverpiæ typis Plantinianis ex græco quidē Codice Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Beſſarionis, ſed tamen latinè tantùm in folio edidit. Cæterùm quod ad *Autores*, ex quibus jam memoratus Codicis hujus *Cæſarei* Commentarius collectus eſt, attinet, ij ſecundùm ordinem alphabeticū ſunt hi: (2) *Africanus*; (3) *Alexander* Archimandrita ſive Abbas; *Amphilochius* Epiſcopus Iconij; *Anaſtaſius* Sinaita Patriarcha Antiochenus; (4) *Antipater* Epiſcopus Boſtrenſis; S. *Athanaſius* Archiepiſcopus Alexandrinus; S. *Baſilius* Magnus, Archiepiſcopus Cæſareenſis in Cappadociâ; *Clemens* Alexandrinus; *Coſmas* Hieroſolymitanus; S. *Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus; S. *Cyrillus* Archiepiſcopus Hieroſolymitanus; S. *Dionyſius* Areopagita; *Dorotheus* Archimandrita ſive Abbas; S. *Epiphanius* Salaminæ Cypri Epiſcopus; S. *Ephræm* Syrus; (5) Euſebius Pamphili Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopus; *Flavius* Joſephus; S. *Gregorius* Nazianzenus Epiſcopus, cognomine Theologus; S. *Gregorius* Epiſcopus Nyſſenus; S. *Hippolytus* Martyr, Portûs Romani Epiſcopus; S. *Ignatius* Martyr, Epiſcopus Antiochenus; *Joannes* Climacus, Abbas in monte Sinâ; S. *Joannes* Chryſoſtomus, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus; S. *Joannes* Damaſcenus; S. *Irenæus* Epiſcopus Lugdunenſis & Mar-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos duceteſimus ſeptuageſimus nonus.*

(2) *Is eſt* Sextus Julius Africanus, *antiquiſſimus Chriſtianorum Chronographus, qui initio tertij poſt Chriſtum ſeculi, sub Impp.* Macrino & Heliogabalo *potiſſimùm floruit. Vide Librum* primum *horum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum pag.* 141. *In Catenâ autem in S. Lucam à* Corderio *editâ, nulla hujus* Africani *fit mentio.* (3) *Neque hujus* Alexandri *fit mentio in Catenâ* Corderianâ. *Videtur autem ſignificari* Alexander *fundator Cœnobij* Acœmetarum *ſive* Monachorum inſomnium *Conſtantinopoli. Vide Card.* Baronij *Annal. Eccleſ. Tom. VI. an.* 459, & Nebridij à Mundelheim *Antiquarium Monaſticum epiſtolâ* 130. (4) *Neque hujus* Antipatri *fit mentio in Catenâ à* Corderio *editâ.* (5) *Extat ibi fol.* 171, 172, 173 & 174 *locus ſatis prolixus de nativitate Chriſti ex Hiſtoriæ ipſius* Eccleſiaſticæ *libro primo, & quidem ex cap.* 6 *atque* 7 *deſumptus, cujus principium:* Ἦν μὲν δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος τῆς Αὐγούστου βασιλείας &c. *Differt autem manuſcriptum hoc ejus loci exemplar non mediocriter ab impreſſis editionibus. Citatur quoque ibidem fol.* 346 *pag.* 2 & *fol.* 375 *pag.* 2 *Opus ejuſdem, quod inſcribitur* Εὐαγγελικὴ Θεοφάνεια.

Martyr; *Iſidorus* Peluſiota; S. *Juſtinus* Philoſophus & Martyr; S. *Maximus* Monachus Conſtantinopolitanus & Martyr; S. *Macarius* Abbas Ægyptius; S. (1) *Nilus* Monachus Conſtantinopolitanus & diſcipulus S. Joannis Chryſoſtomi; *Origenes* Adamantius, Clementis Alexandrini diſcipulus; *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus; *Severus* Epiſcopus Antiochenus; *Symeon* Metaphraſtes; *Theodoretus* Epiſcopus Cyrenſis; *Theodorus* Epiſcopus Mopſueſtenus; *Titus* Boſtrorum in Arabiâ Epiſcopus, & *Victor* Presbyter Antiochenus. Digniſſima profectò eſt hæc *Catena*, ut ſecundùm exemplar hoc manuſcriptum ſine ullâ interpolatione edatur *græcè*, & cum alterâ illâ ejuſdem argumenti *Catenâ latinâ*, à R. P. *Corderio* editâ, accuratè conferatur. Inter alia enim nonnulla *veterum Autorum fragmenta*, quæ in *noſtrâ* quidem hâc *Catenâ græcâ* extant, in *Corderianâ* autem *latinâ* non reperiuntur, eſt etiam inſignis ille & ſatis prolixus *Sexti Julij Africani*, antiquiſſimi Chriſtianorum Chronographi, locus *de Genealogiâ Chriſti*, qui folij 251 paginâ ſecundâ incipit his verbis: Ὀυκ ἀκριβῶς μὲν τοι τινὲς λέγουσιν, ὅτι δικαίως γέγονεν ἡ διάφορος αὕτη τῶν ὀνομάτων καταρίθμησίς τε καὶ ἐπιμιξία, τῶν τε ἱερατικῶν ὡς οἴονται καὶ τῶν βασιλικῶν, ἵνα δειχθῇ δικαίως ὁ Χριστὸς ἱερεύς τε καὶ βασιλεὺς γενόμενος, &c.

(1) Fol. 162 pag. 2 citatur ejus Opus, quod inſcribitur περὶ φιλοσοφίας.

XLIII.

Quadrageſimus tertius Codex manuſcriptus *Theologicus græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *folio*, conſtátque folijs *trecentis nonaginta uno*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione ibi teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *anonymi* cujuſdam Autoris *Homiliæ in Evangelia Dominicalia*, quarum prima incipit his verbis: Προοιμιάσως, ἀγαπητοὶ, πρὸς ὑμᾶς διαλέξομαι σήμερον, ὅτι καὶ μακρὰ μοι καθέστηκεν ἀφήγησις, καὶ λαμπρὰ πάλιν ἐστὶν ἡ ἐξήγησις, καὶ οὔτε τὸ πλῆθος τῶν ῥημάτων βραχὺ, ἀλλὰ καὶ τὸ βάθος τῶν νοημάτων πολὺ εὔθετοι, &c.

XLIV.

Quadrageſimus quartus Codex manuſcriptus *Theologicus græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in folio, conſtátque folijs *centum octoginta ſex*, & primùm quidem ad Græcum quendam *Marcum Phlangem* olim pertinuit, poſteà autem pervenit in poteſtatem *Sebaſtiani Tengnagelij*, & illius beneficio in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream*. Continentur eo *anonymi* cujuſdam Autoris *Homiliæ* eruditæ & diſertæ *in Evangelia Dominicalia*, qua-

quarum *prima* deeſt, *ſecunda* autem incipit his verbis: Φέρε δὴ τὸ τῆς διδασκαλίας τοῦτο διακόνημα καὶ αὖθις ἀφοσιώσομαι, καὶ τὴν συνήθη παραθήσομαι τράπεζαν, &c.

X L V.

Quadrageſimus quintus, (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus ac lacerus in *quarto*, conſtátque *centum quinquaginta* folijs. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MSstos Theologicos Græcos* ducenteſimus quinquageſimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 101 pag. 1, *anonymi* cujuſdam Autoris *Quinquaginta quatuor breves Homiliæ in Acta Apoſtolorum*, collectæ ex *Flavio Joſepho, S. Athanaſio, S. Baſilio Magno, Didymo Alexandrino, S. Ioanne Chryſoſtomo, Iſidoro Peluſiota*, & *S. Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino*; quorum nomina ibidem in margine adſcripta ſunt.

Secundò, & quidem fol. 101 & 102, *S. Gregorij, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopi*, cognomine *Thaumaturgi, Diſſertatio de Animâ ad Tatianum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ περὶ Ψυχῆς· Τὸν περὶ ψυχῆς σοι λόγον, &c.

Tertiò, & quidem fol. 103 ac deinceps, *Ex S. Gregorij Nazianzeni Operibus Excerpta de S. Trinitate* cum Interpretatione *Nicetæ*, & cum (2) *Leontij Byzantini* Scholijs exceptis ex ore *Theodori Abbatis & Philoſophi* de diverſis contra S. Trinitatem *hæreſibus*, quorum (3) titulus & principium: Σχόλια ἀπὸ φωνῆς ΘΕΟΔΩΡΟΥ τοῦ θεοφιλεστάτου Ἀββᾶ καὶ σοφωτάτου φιλοσόφου, τήν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν φιλοσοφήσαντος γραφήν. Αἵρεσις τοῦ Ἀρείου. Ὁ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις ἔλεγε καὶ τρεῖς φύσεις &c.

(2) *Vide* Henrici Caniſij *Antiqu. Lection. Tom. IV Part. I pag 163; R. P. Philip. Labbæi Tom. II de Scriptoribus Eccleſ. pag. 23 & 24;* & Bibliothecam Veterum Patrum *Pariſienſem græco-latinam Tom. XI pag.* 495.

Quartò, & quidem fol. 138 pag. 1, *Nicetæ* (4) *Scholion* περὶ τῶν ἑπτὰ Θεαμάτων τοῦ κόσμου, hoc eſt, interprete *Vitruvio*, de *ſeptem Orbis ſpectaculis*. Adcenſentur etiam ibi ijſdem ſupra numerum ſeptenarium *Capitolium Vrbis Romæ*, & *Templum Imp. Adriani Cyzicenum*.

Quintò, & quidem fol. 142 & 143, Ἑρμηνεία ſive *Interpretatio difficiliorum quorundam vocabulorum & phraſium in Pſalterio Davidis & in Epiſtolis S. Pauli Apoſtoli.*

Sextò, & quidem fol. 143 ac deinceps (5) Κύρου ΘΕΟΔΩΡΟΥ τοῦ φιλοσόφου ἐκ τῆς ἐξηγήσεως τῶν θείων καὶ δεσποτικῶν κανόνων. Hoc eſt, ut ego interpretor: *Excerpta ex Domini* (6) *THEODORI Phi-*

(3) Nempe *folij* 128 *pag.* 1.

(4) *Idem* Nicetæ Scholion *extat græcè pag.* 1198 *editionis Operum Philonis Hebræi græco-latinæ Pariſienſis A.* 1640 *in folio.* (5) Κύρου *græco-barbarè pro* κυρίου. (6) *Veriſimillimum mihi videtur, eundem hic intelligendum eſſe* Theodorum, *cujus paulo antè in eodem hoc Codice eſt facta mentio; nempe fol* 128 *pag.* 1.

Philoſophi & Abbatis Explicatione difficiliorum vocabulorum & phraſium in Canonibus ſive Canticis ſacris Divinorum atq; Dominicorum Feſtorum.

XLVI.

Quadrageſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *quarto*, præ vetuſtate totus ruinoſus ac lacerus, conſtátq; nunc folijs *centum quadraginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eô hæc:

Primò, & quidem à fol. 1. uſq; ad fol. 69. pag. 1, Ἑρμηνεία ſive *Interpretatio Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Romanos*, collecta ex varijs Sanctis Patribus alijsq; antiquis Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui ſecundùm ordinem alphabeticum ſunt hi: *Acacius* Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopus; *Anaſtaſius* Sinaita, Patriarcha Antiochenus; S. *Baſilius* Magnus; S. *Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus; *Euſebius* Pamphili; (2) *Euthalius*; *Gennadius* Patriarcha Conſtantinopolitanus; S. *Gregorius* Nazianzenus; S. *Gregorius* Nyſſenus; S. *Joannes* Chryſoſtomus; *Joannes* Climacus; S. *Joannes* Damaſcenus; *Iſidorus* Peluſiota; *Maximus*; *Methodius*; *Origenes*; *Severianus* Gabalorum in Syriâ Epiſcopus; *Severus* Epiſcopus Antiochenus; *Symeon* (3) Magiſter ὁ Λογοθέτης; *Theodoretus* Epiſcopus Cyrenſis; & *Theodorus* Epiſcopus Mopſueſtenus.

Secundò, & quidem fol. 69 ac deinceps, *S. Joannis Chryſoſtomi* & *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Interpretatio primæ Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Corinthios*. Eſt autem imperfecta.

Tertiò, & quidem fol. 70 atque 71, *anonymi* cujuſdam Autoris Commentariolus de *Die biſextili*, cujus principiũ: Τὸ τοῦ Βισέξτου ὄνομα ῥωμαϊκόν ἐστι καὶ δηλοῖ τὸ δὶς ἕξ· &c.

Quartò, & quidem à fol. 72 uſq; ad fol. 143, *Anaſtaſij Sinaitæ* ſenioris, Patriarchæ Antiocheni, Ὁδηγὸς, ſive, *Dux viæ adverſus* (4) *Acephalos* hæreticos, ne orthodoxi in eorum laqueos & retia inciderent. Deeſt quidem ibi folium ejus *primum*, quod continuit Procemium & indicem capitum totius Libri, atque inſuper principium Capitis primi uſque ad hæc verba: Ὅτι δεῖ γινώσκειν κατὰ ἀκρίβειαν τὰ φρονήματα τῶν ἐξ ἐναντίας, &c; de reliquo tamen digniſſimum eſt hoc *exemplar manuſcriptum*, ut diligenter & accuratè cum eo conferatur *editio græco-latina*, quæ A. 1606 ex Codice MSto *Bibliothecæ Auguſtanæ* ſtudio & opera R. P. *Jacobi Gretſeri*, Societatis

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecenteſimus trigeſimus ſecundus.

(2) *Citatur is ibi fol 4 pag.* 1 *& fol.* 5 *pag.* 2. *Meminit quoq; hujus* Euthalij R. P. Antonius Poſſevinus *in Apparatu Sacro vocátq; eum incertæ Eccleſiæ Græcæ Diaconum; ſimul etiam addit, eundem ſcripſiſſe breviſſimum Compendiũ de Vitâ, peregrinationibus & martyrio* S. Pauli Apoſtoli.

(3) *Hic ſine dubio idem eſt atque* Symeon Metaphraſtes, *de cujus dignitate* Magiſtri *&* Logothetæ *conſulendus eſt* Leo Allatius *in Diatribâ de* Symeonum *Scriptis*.

(4) *Vide* Gabrielis Prateoli *librum primum Elenchi alphabetici omnium Hæreſium.*

tis JESV Theologi, Ingolſtadij typis Adami Sartorij in quarto primùm in lucem prodijt.

Quintò, & quidem fol. 143 pag. 1 & 2, *Appendix* quædam jam memorati Operis *Anaſtaſij Sinaitæ*, quæ quidẽ extat in *Gretſerianâ* editione impreſsâ, ſed tanquam *Proœmium*. Incipit ea his verbis: *Παρακαλοῦμεν τοὺς μέλλοντας ἐντυγχάνειν τῇ βίβλῳ, συγγνώμην ποιῆσαι ἐπὶ ταῖς πλείσταις ἐν αὐτῇ διορθώσεσιν ἢ ταυτολογίαις· τὰ γὰρ ἀδιάλειπτα τῶν ἀσθενειῶν* &c.

Sextò, & quidem fol. 144, 145, 146 & 147, (1) *Joannis Patriarchæ Hieroſolymitani Diſputatio de* (2) *Azymis*, quam is in Vrbe Hieroſolymitanâ cum *Philoſopho* quodam *latino* habuit. Ipſa tituli *græci* verba ſunt hæc: Ἰωάννου Πατριάρχου Ἱεροσολύμων λόγος διαλεκτικὸς μετά τινος λατίνου φιλοσόφου, ὃν ἐποιήσατο ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ τῶν Ἀζύμων. *Principium* autem *Diſputationis*, maximâ ex parte nunc ampliùs minimè legibilis, quod ſummâ cum difficultate vix ægrè inveſtigavi, eſt hoc: Τὸν *πολύπουν φασὶν τὸ παράπαν μὴ χαίρειν τῷ* &c.

X L V I I.

Quadrageſimus ſeptimus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque *quingentis triginta novem* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *anonymi* cujuſdam Autoris *Commentarius in præcipua loca Sacræ Scripturæ Veteris & Novi Teſtamenti*, ad varios Religionis Chriſtianæ articulos pertinentia, collectus ex diverſorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus; nempe *Anaſtaſij* Sinaitæ; (4) *Andreæ* Archiepiſcopi Cretenſis; *Apollinaris* Epiſcopi Laodiceni; S. *Athanaſij* Archiepiſcopi Alexandrini; S. (5) *Auguſtini* Hipponenſis in Africâ Epiſcopi; S. (6) *Barnabæ* Apoſtoli; S. *Baſilij* Magni; Venerabilis (7) *Bedæ*; S. *Cyrilli* Epiſcopi Alexandrini; S. *Diadochi*, Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi; S. *Dionyſij Areopagitæ*; S. *Epiphanij*, Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro inſulâ Epiſcopi; *Euſebij* Pamphili;

I (1)

(1) *Diverſus eſt hic* Joannes Patriarcha Hieroſolymitanus à Joanne, *multo antiquiori Epiſcopo Hieroſolymitano*, S. Hieronymi *æquali, cujus* Gennadius Maſſilienſis *cap.* 30 *de Scriptoribus Eccleſiaſticis meminit; ut & à ſe*cundo *illo* Joanne *Patriarchâ Hieroſolymitano, cujus diſcipulum ſe fuiſſe teſtatur* S. Joannes Damaſcenus; *item à tertio illo* Joanne *Patriarchâ Hieroſolymitano, qui* S. Joanne Damaſceno *paulò fuit junior*, & Imp. Carolo Magno *claves miſit Sepulchri Dominici. Vide Card.* Baronij *Annal. Eccleſ. Tom. IV. an.* 386 *num. ult. Tom. IX an.* 749 *num.* 4, *& an.* 800 *num.* 31. (2) *De celebri hâc controverſiâ* de Azymis, *nempe utrum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in pane* non fermentato *an* fermentato *celebrandum ſit, vide* Gabrielis Prateoli *Elenchum alphabeticum omnium Hæreſium, ubi agitur de* Armenis *hæreticis, & Card.* Baronij *Annal. Eccleſ. Tom. XI an.* 1054 *num* 13, *ubi extat* Papæ Leonis IX *Epiſtola ad* Michaelem *Patriarcham Conſtantinopolitanum* pro Azymis *ſive pane non fermentato, & in Appendice ejuſdem Tomi, ubi extat* Humberti *S. R. E. Cardinalis* Diſputatio, *Conſtantinopoli adverſus Græcos ſchiſmaticos de eodem argumento habita.* (3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus decimus octavus. (4) *Vide ibi fol* 494 *pag.* 1. (5) *Vide ibi fol.* 327 *pag.* 2 *& fol.* 329 *pag.* 2. (6) *Citatur ibi fol.* 249 *pag.* 2 *Epiſtola ejus Catholica, de quâ vide ſuprà pag.* 55. (7) *Vide ibi fol.* 328 *pag.* 1.

(1) *Flavij Joſephi*; S. *Gregorij* Nazianzeni; S. *Gregorij* Nyſſeni; S. *Joannis* Chryſoſtomi; S. *Joannis* Damaſceni; S. *Juſtini* Martyris; *Origenis* contra Celſum; *Palladij* Helenopoleos in Cappadociâ Epiſcopi; *Symeonis* cognomine τȣ̃ Νέȣ Θεολόγȣ ſive *Junioris Theologi*; & *Theodoreti* Epiſcopi Cyrenſis. Extat etiam in eodem Commentario, & quidem folij 60 pag. 2, *Amelij* Philoſophi Platonici, qui *Plotini* fuit diſcipulus, inſigne teſtimonium *de Incarnatione Chriſti*: nec ſilentio prætereundus eſt alius ejuſdem Commentarij ſingularis locus fol. 322 pág. 1, ubi recenſentur præcipui *Græciæ Legumlatores*, nempe *Lycurgus* Lacedæmoniorum, *Apis* Argivorum, *Mneſion* Phocenſium, *Demonax* Cyrenæorum, *Pagondas* Achæorum, *Anchias* Cnidiorum, *Eudoxus* Mileſiorum, *Philolaus* Thebanorum, *Pittacus* Mytilenæorum, *Neſtor* Pyliorum, *Solon* & *Draco* & *Cliſthenes* Athenienſium.

(1) *Vide ibi fol.* 236 *pag.* 2, *ubi citatur teſtimonium de* S. Joanne Baptiſtâ *ex libro* 18 *Antiquitatum Iudaicarum*; & *fol.* 247 *pag.* 2, *ubi agitur de verâ causâ expugnationis Vrbis* Hieroſolymitanæ *per* Titum *Imp.* Veſpaſiani *filium.*

XLVIII.

Quadrageſimus octavus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, ob abbreviationem & evaneſcentiam ſcripturæ lectu difficilimus, conſtátque folijs *quinquaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo à fol. 1 uſque ad fol. 51 *anonymi* cujuſdam Autoris *Sylloge & brevis Expoſitio præcipuarum Veteris Teſtamenti Sententiarum*, ad Sanctiſſimam Trinitatem, Chriſtiq; nativitatem ac paſſionem, & cætera Religionis Chriſtianæ myſteria pertinentium.

Secundò continetur eodem Codice, & quidem à fol. 52 uſque ad fol. 55, Στεφάνȣ Ἐφεσίȣ Κανονικὴ Σύνοψις hoc eſt: (3) *Stephani Epheſij Canonica Synopſis*, ſive, *Epitome Canonum Sanctorum Apoſtolorum*, quæ incipit his verbis: Ἀποςόλων Κανόνες εἰσὶν ὀγδοήκοντα πέντε &c. Meminit hujus *Opuſculi* tanquam in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* extantis, *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Univerſali, & ex eâ more ſuo R. P. *Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro. Alibi autẽ nullam ejus adhuc reperi mentionem, ideóque opinor illud hactenùs nondum eſſe editum.

(2) *Fuit is olim inter* Codices *MStos Theologicos Græcos* centeſimus ſeptuageſimus nonus.

XLIX.

Quadrageſimus nonus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in folio, conſtátque folijs *centum novendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus. Con-

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ſexageſimus ſecundus.

Conſtantinopoli. Continentur eo (1) *S. Dionyſij Areopagitæ Opera*, cũ *Scholijs marginalibus S. Maximi Monachi & Martyris*, hoc ordine:

A fol. 1 uſq; ad fol. 52 pag. 2 extat Liber Περὶ Θείων Ὀνομάτων ſive *de Divinis Nominibus*. Deeſt autẽ principiũ Capitis primi uſq; ad hæc verba § 3, νοὸς εὐλαβείαις· τὰ δὲ ἄῤῥητα σώφρονι σιγῇ τιμῶντες &c. In fine ejuſdẽ Libri legitur hæc rubricata ſubſcriptio: Ἐνθάδε παραλέλειπται ἡ Συμβολικὴ Θεολογία. hoc eſt: *Hîc omiſſa eſt Symbolica Theologia.* Intelligitur nẽpe *S. Dionyſij Areopagitæ Symbolica Theologia*, quæ nunc quidẽ ampliùs nõ extat, ab ipſo tamẽ *S. Dionyſio* expreſsè memoratur in fine Capitis ultimi *de Divinis Nominib⁹*. Meminerunt quoq; ejuſdẽ *Symbolicæ Theologiæ*, tanquam ſuâ jam ætate non ampliùs extantis, *S. Maximus* in Scholio, & *Georgius Pachymeres* in Paraphraſi ad jam citatum locum de Divinis Nominibus. Cæterùm poſt ſuprà memoratam ſubſcriptionem ſequitur in eodem hoc Codice MSto Cæſareo (2) *anonymi* cujuſdam antiqui Autoris *Epigramma græcum* in laudem Scriptorum *S. Dionyſij Areopagitæ*, literis itidem rubricatis exaratum, quod quoniam in *Operum S. Dionyſij* ultimâ & optimâ editione græco-latinâ, à R. P. *Balthaſare Corderio*, Soc. Jesv Theologo, A. 1634 Antverpiæ ex officinâ Plantinianâ duobus Tomis in folio editâ, non reperi, integrum hîc exhibeo:

Εἰς νόον αἰγλήεντα θεόγραφα χείλεα βάψας,
Κάλλεα ποικίλεις ἱερώνυμα, καὶ μετὰ πότμον
Ζωοσόφοις λογίοις κελαδῶν θεοφάντορας ὕμνους.

A. fol. 52 pag. 2 uſque ad fol. 75 pag. 1 extat Liber Περὶ τῆς Οὐρανίας Ἱεραρχίας ſive *de Cœleſti Hierarchiâ*; in cujus fine leguntur in honorem & laudem *S. Dionyſij Areopagitæ* hi *Verſus*:

Ἀγγελικῆς σοφίης ἀμαρύγματα πολλὰ κιχήσας,
Ἀνθρώποις ἐνέφηνας ἰδεῖν νοοσύνθετον ἄστρον.
Οὐρανίων θεάζων ἱεράρχια τάγματα μέλψας,
Μορφοφανῶντε τύπων κρύφιον νόον εἰς φάος ἕλκων,
Ζωοσόφων λογίων θεοτερπέα πυρσὸν ἀνάπτεις.

A. fol. 75 pag. 1 uſque ad fol. 102 pag. 1 extat Liber Περὶ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας ſive de *Eccleſiaſticâ Hierarchiâ*; in cujus fine leguntur in honorem & laudem *S. Dionyſij Areopagitæ* hæc *tria Epigrammata*:

Ἐπίγραμμα.

Σύμβολα θεσπεσίων ἱερῶν ἑνοειδέι μύθῳ
Εἰς ἑνικὴν ἀνέλυσας ἑνὸς φάους μίαν αἴγλην.

(1) *De hoc & ſequentibus duobus Operũ* S. Dionyſij Areopagitæ *antiquis Codicibus MStis* Græcis, *ut & de duobus eorundem Operum antiquis Codicibus MStis* latinis *qui in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi adſervãtur, extat prolixus & valde notabilis locus in Diario meo Sacri Itineris Cellenſis, à pag. 175 uſque ad pag. 190 nec nõ pag. 270.*

(2) *Veriſimile mihi videtur, hujus & ſequentium Epigrammatum autorem eſſe* S. Maximum.

Ἄλλο·

Μυςιπόλε τελετῆς ἱερόγραφα σύμβολα λέξας
Καὶ σίχας ἐυκρινδίας ζαθέης διεπέφραδες αὐλῆς.

Ἄλλο·

Ἐικόνας ὀυρανίων τελετῶν ἱερῶν τε θεωρῶν
Ἡμετέρων Χριςοῦ Διονύσιος ἔφρασε μύςης·
Ὅς ποτ᾽ Ἀθηναῖον κατ᾽ Ἀρήιον ἤμβυος ὄχθον,
Ἀντὶ δίκας πολίης ἱερὸν μετεκίαθε Παῦλον.

A fol. 102 pag. 2 uſque ad fol. 105 pag. 1 extat Liber Περὶ Μυςικῆς Θεολογίας ſive *de Myſticâ Theologiâ;* in cujus principio legitur in honorem & laudem *S. Dionyſij Areopagitæ* hoc *Epigramma:*

Καὶ νόον ἀιγλήεντα λίπες καὶ γνῶσιν ἐόντων
Νύκτα δ᾽ ἀμβροσίην τὴν οὐ θέμις ἐξονομῆναι.

A fol. 105 pag. 1 uſque ad fol. 116 pag. 1 extant *S. Dionyſij Areopagitæ Epiſtolæ* (1) *decem* ſub hoc titulo græco: Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου, Ἐπισκόπου Ἀθηνῶν, ἐπιςολαὶ διάφοροι δέκα. Harum Epiſtolarum *quatuor priores* ſcriptæ ſunt Γαΐῳ θεραπευτῇ ſive *Cajo Monacho; quinta* Δωροθέῳ λειτουργῷ ſive *Dorotheo Miniſtro; ſexta* Σωσιπάτρῳ ἱερεῖ ſive *Soſipatro Sacerdoti; ſeptima* Πολυκάρπῳ ἱεράρχῃ ſive *Polycarpo Epiſcopo; octava* Δημοφίλῳ θεραπευτῇ ſive *Demophilo Monacho; nona* Τίτῳ ἱεράρχῃ ſive *Tito Epiſcopo; decima S. Joanni* cognomine *Theologo*, Apoſtolo & Evangeliſtæ.

Et hactenùs quidem recenſui, quo ordine ipſa *S. Dionyſij Areopagitæ Opera* extent in Codice hoc MSto *Cæſareo*, inter Codices MStos Theologicos Græcos *quadrageſimo nono;* quod autem ad *Appendicem*, iiſdem Operibus ibi ſubjunctam, attinet, eâ continentur hæc:

Primò, & quidem fol. 116 pag. 2, *anonymi* cujuſdam Autoris *Expoſitio græca* difficiliorum quorundam vocabulorum, ad *Hierarchiam Eccleſiaſticam* pertinentium, quibus *S. Dionyſius Areopagita* in ſuis Scriptis utitur; ſimul & *Recenſio deperditorum Operum* ejuſdem *S. Dionyſij*, quorum ipſe in Scriptis ſuis, quæ ad nos pervenere, meminit. Ipſa (2) *anonymi* iſtius Autoris verba, quæ ad *deperdita S. Dionyſij Opera* pertinent, ſunt hæc: Ἐπισκεπτέον ὅτι καὶ ἑτέρων αὐτοῦ πραγματειῶν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ μέμνην ποιεῖται ὀνομασὶ, μήπω ἐλθου-

(1) *Extat etiam ſub nomine ejuſdem S.* Dionyſij in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi undecima *quædã epiſtola ad* S. Timotheum *Epiſcopum Epheſinum* de morte *SS. Apoſtolorũ* Petri *&* Pauli. *Quid autẽ de eâ ſententiam, alio poſthac commodiori tempore & loco à me indicabitur. Interim videſis* Diarium *meum* Sacri Itineris Cellenſis *pag.* 270. (2) *Vide etiam* Georgij Pachymeræ *Proœmium in Opera* S. Dionyſij *Tom. I editionis Corderianæ pag.* XLIII.

ἐλθουσῶν εἰς ἡμᾶς, ἐπιγεγραμμένων οὕτως· Περὶ θείων ὕμνων, Περὶ συμβολικῆς θεολογίας, Περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, Περὶ τῆς νόμου ἱεραρχίας, Περὶ θεολογικῆς ὑποτυπώσεως, Περὶ ἀγγελικῶν ἰδιοτήτων καὶ τάξεων, Περὶ ψυχῆς, Περὶ δικαίου καὶ θείου δικαιωτηρίου. Μέμνηται δὲ καὶ ἑτέρων αὐτοῦ πραγματειῶν ἀνωνύμως, μήπω μηδὲ αὐτῶν εἰς ἡμᾶς ἐλθουσῶν.

Secundò, & quidem fol. 117 pag. 1, Fragmentum *Epiſtolæ Polycratis Epiſcopi Epheſiorum* ad *Pontificem Romanum S. Victorem I* de tempore celebrandi *Paſchatis*. Incipit illud ibi his verbis, Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται &c, eodémque modo id legitur apud *Euſebium Pamphili* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 5 cap. 24, & *latinè* apud *S. Hieronymum* cap. 45 de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Titulus iſtius Fragmenti græcus in Codice hoc MSto Cæſareo eſt talis: Πολυκράτους (1) διαδόχου, Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου ἐκ τῆς ἐπιστολῆς πρὸς Βίκτορα τὸν διάδοχον καὶ Ἀρχιεπισκόπον τῆς μεγάλης Ῥώμης.

Tertiò, & quidem fol. 117 pag. 1 & 2, Fragmentum ex *Clementis Alexandrini* deperditâ quadam Oratione, quam inſcripſerat, *Quis ſalvetur dives*; continens *Narrationem* memorabilis æquè ac inopinatæ *Pœnitentiæ* corruptiſſimi cujuſdam & ſceleratiſſimi juvenis, qui à *S. Joanne Evangeliſtâ* miro modo converſus eſt. Titulus hujus Fragmenti eſt ibi talis: Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, ἡγουμένου τῆς σχολῆς, ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένου αὐτῷ λόγου, τὶς ὁ σωζόμενος πλούσιος. Sequuntur deinde ipſa *Clementis Alexandrini* verba hoc modo: Ἵνα ἐπιθαῤῥῆς οὕτω μετανοήσας ἀληθῶς, ὅτι σοι μένει σωτηρίας ἐλπὶς ἀξιοχρέως, ἄκουσον (2) μῦθον οὐ (3) μῦθον, ἀλλ' ὄντα λόγον περὶ Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου παραδεδομένον, καὶ μνήμῃ πεφυλαγμένον. ἐπειδὴ γὰρ τοῦ τυράννου τελευτήσαντος ἀπὸ τῆς Πάθμου τῆς νήσου μετῆλθεν ἐπὶ τὴν Ἔφεσον, &c, Extat quidem etiam apud *Euſebium Pamphili* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3 cap. 13 idem *Fragmentum*, ſed in principio deeſt ibi *cauſâ*, cur *Clemens Alexandrinus* narrationem hanc Orationi ſuæ inſeruerit, incipitque illud ex abrupto Ἄκουσον μῦθον οὐ μῦθον, ἀλλ' ὄντα λόγον &c.

Quartò, & quidem fol. 118 & 119, Fragmenta *ſeptem* ex *Philonis Hebræi* libro de *Vitâ contemplativâ*, quibus agitur de antiquiſſimis illis *Hebræo-Chriſtianis Aſcetis* ſive *Monachis*, qui ipſius (4) ætate in *Ægypto* commorati ſunt. Titulus horum Fragmentorum generalis eſt hic: Φίλωνος περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων ἐν Αἰγύπτῳ Χριστιανῶν ἅμα καὶ μοναχῶν ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένου αὐτῷ λόγου, Περὶ

(1) Hoc eſt, Succeſſoris Sanctorum Apoſtolorum.

(2) Primo hoc loco ſignificat μῦθος quamcunque narrationem ſive veram ſive falſam.

(3) Secundo hoc loco ſignificat μῦθος fabulam ſive figmentum.

(4) Nempe ſub Imperatoribus Romanis Cajo Caligulâ & Claudio.

βίυ θεωρητικȣ̃ ἢ περὶ ἱκετῶν. Fragmentum autem primum incipit his verbis: (1) Πολλαχȣ̃ μὲν τῆς οἰκεμένης ἐςὶ τȣ̃το τὸ γένος· ἔδει γὰρ &c. Eadem *Fragmenta Philoniana* extant quoque apud *Euſebium Pamphili* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 2 cap. 17, quippe ubi itidem agitur de vetuſtiſſimis *Monachis Chriſtianis* in *Ægypto* degentibus.

L.

Quinquageſimus (2) Codex MStus *Theologicus græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus in *folio*, conſtátq; folijs *ducentis quinq;*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo *S. Dionyſij Areopagitæ Opera*, unà cum *Scholijs marginalibus S. Maximi Monachi & Martyris*, hoc ordine:

A fol. 1 uſq; ad fol. 4 pag. 2 extat *S. Maximi Prologus in Opera S. Dionyſij*, cujus principium: Τὴν μὲν εὐγένειαν, τό, τε περιφανὲς ἐν πλέτῳ, &c. Notabile autem eſt, circa finem hujus *Prologi* ea omnia ibi deeſſe, quæ in editione Corderianâ pag. XXXVII leguntur à verbis Ἐπειδὴ δὲ τινὲς φασι, uſque ad verba καὶ δὴ αὐτῶν ὡς ἐφικτὸν Θεῷ incluſivè.

Fol. 4 pag. 2 & fol. 5 pag. 1 extat *Index* generalis non ſolùm eorum *S. Dionyſij* Operum, quæ continentur illo Codice, verùm etiam quorundam *Operum* (3) *deperditorum*, quorum *ipſe* in ſuis Scriptis meminit; ſimul etiam ſpeciatim indicatur, ubi & quibus verbis eorundem fiat mentio.

A fol. 5 uſq; ad fol. 36 pag. 2 extat Liber *de Cœleſti Hierarchiâ.*

A fol. 37 uſq; ad fol. 117 pag. 1 extat Liber *de Divinis Nominibus;* in cujus fine æquè ac in Codice proximè præcedenti legitur: *Ὧδε παραλέλειπται ἡ Συμβολικὴ Θεολογία.*

A fol. 117 pag. 2 uſq; ad fol. 170 pag. 2 extat Liber *de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ;* in cujus principio legitur (4) ſuprà inſertum *Epigramma*, Σύμβολα θεσπεσίων &c; in fine autem alia *duo* (5) *Epigrammata*, quæ incipiunt Μυςοπόλε τελετῆς &c, & Εἰκόνας ἱερείων &c.

A fol. 170 pag. 2 uſq; ad fol. 175 pag. 2 extat Liber *de Myſticâ Theologiâ*, in cujus principio legitur (6) ſuprà exhibitum *Epigramma*, Καὶ νόον αἰγλήεντα &c.

A fol. 175 pag. 2 uſq; ad fol. 196 pag. 1 exſtant *Epiſtolæ decem* eodem modo ut in proximè præcedenti Codice.

A fol. 196 pag. 2 uſq; ad fol. 201 pag. 2 exſtat eadem illa *Operum S. Dionyſij Appendix*, quæ (7) in proximè præcedentis Codi-

(1) *Vide* Operum Philonis Hebræi *editionem græco latinam, Lutetiæ Pariſiorum A. 1640 in folio impreſſam, pag. 892.*

(2) *Fuit is olim inter* Codices *MStos Theologicos* Græcos ſexageſim9 tertius.

(3) *Quænã ea ſint vide ſuprà pag. 69. ubi agitur de proximè præcedenti* Codice *XLIX.*

(4) *Vide ſuprà pag.* 67.

(5) *Vide etiam hæc ſuprà pag.* 68.

(6) *Vide ſuprà pag.* 68.

(7) *Vide ſuprà pag.* 68 *&* 69.

Codicis deſcriptione jam à me indicata eſt; nempe primò, Fragmentum Epiſtolæ *Polycratis* Epiſcopi Epheſiorum ad Pontificem Romanum *S. Victorem I;* ſecundò, anonymi cujuſdam Autoris *Expoſitio græca* difficiliorum quorundam vocabulorum, ad Hierarchiam Eccleſiaſticam pertinentium, quibus *S. Dionyſius Areopagita* utitur, ſimul & Recenſio *deperditorum Operum S. Dionyſij*, quorum ipſe meminit; tertiò, Fragmentum ex *Clementis Alexandrini* deperditâ Oratione, cujus titulus, *Quis ſalvetur dives;* quartò, Fragmenta ſeptem ex *Philonis Hebræi* libro de Vitâ contemplativâ, quibus agitur de antiquiſſimis illis Hebræo-Chriſtianis *Aſcetis* ſive *Monachis*, qui ipſius ætate in Ægypto commorati ſunt. Illud tantùm nunc addo, poſt *ſeptimum Fragmentum Philonianum*, quod incipit: Αἱ δὲ ἐξηγήσεις περὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων &c. extare tàm in hoc, quàm in præcedenti Codice *quadrageſimo nono*, notabile quoddam *Scholion*, quod non tantùm reſpectu jam memoratorum *Aſcetarum*, ſed & ipſius *S. Dionyſij Areopagitæ* dignum judico, ut integrum hîc exhibeatur. Eſt igitur tale: Μέμνηται τούτων καὶ (1) Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. τινὲς δὲ φασὶ ταῦτα τὸν Φίλωνα περὶ τῶν κοινῶν Ἰουδαίων εἰπεῖν· ἄλλοι περὶ (2) ναζαραίων Ἰουδαίων. ἄλλοι περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστῶν καὶ πεπιστευκότων εἰς Χριστὸν, καὶ φυλαττόντων τὸν νόμον Μωσέως τυπικῶς· ἄλλοι περὶ τελείων Χριστιανῶν· διὰ δὲ ἦσαν αἱρέσεως μοναχικὸν ζῶντες βίον, ΘΕΡΑΠΕΥΤΑΙ εἰκότως ὠνομάζοντο. Οὐ μόνον δὲ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου καὶ Φίλων Ἰουδαῖος, ἀλλὰ καὶ ὁ μακάριος ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ὁ ἈΡΕΟΠΑΓΙΤΗΣ, ὁ μαθητὴς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου, ὁ γενόμενος Ἀθηνῶν Ἐπίσκοπος ἐν τῷ περὶ Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας τοὺς μοναχοὺς ἔφη τὸ παλαιὸν καὶ ΘΕΡΑΠΕΥΤΑΣ ὀνομάζεσθαι. Τοῦ δὲ μακαρίου ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ τοῦ ἈΡΕΟΠΑΓΙΤΟΥ μέμνηται Λουκᾶς ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐν ταῖς (3) Πράξεσι τῶν Ἀποστόλων, καὶ (4) Διονύσιος Ἐπίσκοπος Κορίνθου ἀνὴρ ἀρχαῖος, καὶ ὁ μακάριος (5) Πολύκαρπος ἐν τῇ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν Ἀθηνῶν ἐπιστολῇ, καὶ (6) Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ.

(1) *Vide* Euſ. *Hiſt. Eccleſ. lib.* 2 *cap.* 17. (2) *Vide* Flav. Joſeph. *Antiquit. Iudaic. lib.* 4 *cap.* 4. (3) *Nempe cap.* 17. *verſ.* 34. (4) *Vide* Euſeb. *Hiſt. Eccleſ. lib* 3 *cap.* 4 *& lib* 4 *cap.* 23; *ut &* S. Hieronym. *cap.*27 *de Script. Eccleſ.* (5) *Notabilis locus de* S. Polycarpi Epiſtolâ ad Eccleſiam Athenienſem, *& de* S. Dionyſij Areopagitæ *in eâ mentione. S. enim* Hieronymus *cap.* 17 *de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi de* S. Polycarpo *agit, unius tantùm meminit Epiſtolæ* ad Philippenſes, *quæ etiamnunc extat.* Suidas *tamen in voce* Πολύκαρπος *expreſſè teſtatur,* S. Polycarpum *non tantùm ſcripſiſſe Epiſtolam* ad Philippenſes, *verùm etiam* ad S. Dionyſium Areopagitam *&* πρὸς ἄλλας ἐκκλησίας *ſive* ad ALIAS ECCLESIAS. *Inter illas igitur Eccleſias ſine dubio etiam fuit* Eccleſia Athenienſis; *nec dubito, quin* S. Polycarpus *Epiſtolam ſuam* ad Eccleſiam Athenienſem *ſcripſerit poſt diſceſſum* S. Dionyſij *in* Gallias, *nempe vel ſolatij causâ ob ejus abſentiam, vel adhortationis causâ, ne à præceptis & dogmatibus ejus deficerent. Vide etiam Card.* Baronij *Annal. Eccleſ. Tom. II, an.*169 *num.* 18. (6) *Vide* Euſeb. *Hiſt. Eccleſ. lib.*3 *cap.*4.

A folijs demùm 201 pag. 2 uſq; ad fol. 205 pag. 1 extat in eodem hoc Codice MSto *quinquageſimo* anonymi cujuſdam antiqui Autoris *Interpretatio alphabetica difficiliorum quorundam vocabulorum,* quibus *S. Dionyſius Areopagita* in Operibus ſuis utitur. Titulus iſtius *Lexici* hactenùs, quod ſciam, *inediti* eſt hic: Ἑρμηνεία λέξεων κατὰ στοιχεῖα ἐκφερομένων τῇδε τῇ βίβλῳ τοῦ ἁγίου Διονυσίου. Sequitur deinde ipſa *Interpretatio* hoc modo:

Ἀγάμβλυος, θαυμάσας, ἐκπλαγείς·

Ἀγεννῶς, ἀσθενῶς, ἀνάνδρως·

Ἀγιστεία, ἁγιασμὸς, κάθαρσις·

Ἀγκύλον, σκολιὸν, δυσχερὲς, ποικίλον·

Ἀγκυλόχειλον, σκολιόχειλον· &c.

Dignum profectò eſt hoc *Lexicon*, ut publicetur integrum; nec minus neceſſarium arbitror, ut tota *Operum S. Dionyſij & Scholiorum S. Maximi* editio *Corderiana* cum hoc & præcedenti Codice MSto Cæſareo diligenter & accuratè conferatur.

L I.

Quinquageſimus primus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto* conſtátque nunc *ducentis ſeptendecim* folijs, & paſſim *literis aureis* exornatus eſt. Continentur eo *S. Dionyſij Areopagitæ Libri duo de Cœleſti Hierarchiâ & de Divinis Nominibus*, nec non *Epiſtolæ* ejus *decem*, quæ (2) ſuprà, ubi de Codice *quadrageſimo nono* egi, ſpeciatim jam enumeratæ ſunt. Extant inſuper etiam in hoc Codice *Scholia marginalia S. Maximi*, quorum (3) ſuprà itidem jam memini. In fine hujus Codicis, nempe folij 116 pag. 2, extat æquè vetuſta *ſubſcriptio*, ex quâ apparet, Codicem hunc eſſe exaratum manu *Joannis Diaconi Methymnenſis* tempore *Imp. Manuelis Comneni*, qui cœpit imperare A.C. 1143, & A. 1180 obijt. Ipſa *ſubſcriptionis* iſtius verba, quæ nunc ampliùs poſſunt legi, ſunt hæc: Ἐτελειώθη σὺν Θεῷ ἡ ἱερὰ καὶ ψυχωφελὴς καὶ θεολογικωτάτη βίβλος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Διονυσίου μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ιζ ἡμέρᾳ, ἔτους (4) - - - -, γραφεῖσα (5) - - - διὰ χειρὸς Ἰωάννου ἐλαχίστου καὶ ἀναξίου Διακόνου (6) τῆς Μηθύμνης ἐπὶ ΜΑΝΟΥΗΛ Βασιλέως καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων· ἐστὶ δὲ αὕτη ἡ βίβλος τῆς (7) - - - - &c. Digniſſimus profectò eſt etiam *tertius* hic Codex MStus *Cæſareus*, ut *Operum S. Dionyſij & Scholiorum S. Maximi editio Corderiana* cum eo diligenter & accura-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos nonageſimus quartus.*
(2) *Vide ſuprà pag.* 68.
(3) *Vide ſuprà pag.* 67.
(4) Numerus hujus anni *quam neſcio ob cauſam ibi omninò eraſus eſt.*
(5) *Etiam hoc de induſtriâ ibi eraſum eſt.*
(6) *Hæc eſt* Methymna *Vrbs Inſulæ Lesbi, patria* Arionis, *de quâ vide* Strab. *Geograph. lib.* 13, *&* Stephan. *de Vrbibus literâ* M. (7) *Cætera ibi de induſtriâ eraſa ſunt.*

curatè conferatur. Quamvis enim R. P. *Balthaſar Corderius* in *variantibus Operum S. Dionyſij Lectionibus* (1) mentionem faciat *Codicis* alicujus MSti *Viennenſis*, hoc eſt, ut ego interpretor, *Vindobonenſis* ſive *Wiennenſis*, videtur tamen ipſe neq; *hunc*, neq; alterutrum *duorum* proximè præcedentium Codicum proprijs oculis vel unquam, vel ſufficienter perluſtrâſſe.

(1) Tom. II pag. 504.

L I I.

Quinquageſimus ſecundus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *octavo*, conſtátque *ſexaginta duobus* folijs. Continentur eo *S. Maximi Scholia in S. Dionyſij Areopagitæ Librum de Cœleſti Hierarchiâ*, ab anonymo quodam Viro docto centum circiter abhinc annis ex longè vetuſtiori Codice deſcripta. Subjuncta etiam ijs ſunt in eodem Volumine ipſa *S. Dionyſij Opera*, A. 1516 *Venetijs* in ædibus *Philippi Juntæ* Bibliopolæ *græcè tantùm* & abſq; ullis Scholijs in 8tvo impreſſa, & *variantibus Lectionibus* (2) *manuſcriptis*, ex pervetuſto quodam Codice deſumptis, in margine illuſtrata.

(2) Variantes *illæ lectiones eâdem ſcriptæ ſunt manu, quâ ſuprà memorata* Scholia S. Maximi, *ideóq; videntur ex uno atq; eodem antiquo Codice MSto eſſe deprompta.*

L I I I.

Quinquageſimus tertius (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, à tineis & blattis valdè exeſus, & multis locis præ vetuſtate vix ampliùs legibilis, conſtátq; nunc *centum viginti novem* ſolijs. Continetur eo *Origenis Philocalia*, ſive *Commentarius de Sacra Scripturæ Autoritate, Stylo & Interpretatione*, à *S. Baſilio Magno* & *S. Gregorio Nazianzeno* ex diverſis Origenis Operibus collectus, & in *viginti ſeptem* Capita diviſus; quorum *primum* inſcribitur ibi hoc modo: περὶ τοῦ θεοπνεύστου τῆς θείας γραφῆς, καὶ πῶς ταύτην ἀναγνωστέον καὶ νοητέον· τίς τε ὁ τῆς ἐν αὐτῇ ἀσαφείας λόγος, καὶ τοῦ κατὰ τὸ ῥητὸν ἔν τισιν ἀδυνάτου ἢ ἀλόγου. Ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν, καὶ διαφόρων ἄλλων συνταγμάτων Ὠριγένους. Hoc eſt: *Quòd Sacra Scriptura divinitùs ſit inſpirata, & quomodo ea legenda atq; intelligenda ſit; quæq; obſcuritatis in eâ ſit ratio, & cur nonnulla ejuſdem loca ſecundùm literam videantur impoſſibilia aut abſurda.* *Excerptum eſt hoc Caput ex Origenis Libro quarto de Principijs, & ex diverſis alijs ejuſdem Operibus.* Sequuntur deinde ipſa verba *Origenis*: Ἐπεὶ περὶ πολλῶν ἐξετάζοντες πραγμάτων, &c. Maximè autem dolendum eſt, utiliſſimam hanc & lectu jucundiſſimam *Philocaliam Origenianam* in antiquo illo Codice MSto *Cæſareo*, de quo in præſens ex profeſſo agitur, extare tantùm uſq; ad finem capitis (4) *vigeſimi*, quod de- finit

(3) *Fuit is olim inter Codices* MStos Theologicos *Græcos* ducenteſimus ſecundus.

(4) *Perperàm illud in Ioannis Tarini editione græco-latinâ numeratur* decimum nonum.

ſinit his verbis: καὶ διανύσαι κἀκεῖνον μετὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ εἰς τὴν ἡμετέραν ψυχὴν ἐπιδημίας καλῶς. Reliqua enim *ſeptem Capita* omninò ibi deficiunt. Cæterùm, ſi quis eandem *Philocaliam* videre ac legere deſideret *integram*, is adeat *Gilberti Genebrardi*, celeberrimi Theologi Pariſienſis, editionem *omnium Operum Origenis*, Lutetiæ Pariſiorum typis Petri l'Huillier A. 1574 duobus Tomis in folio impreſſam; quippe ubi ea extat in fine Tomi ſecundi, ſed tantùm *latinè*. *Græcè* autem & *latinè* primus eandem *Philocaliam* ex *Bibliothecâ Regiâ Pariſinâ* edidit *Joannes Tarinus Andegavus* Pariſijs ſumptibus Petri de Forge A. 1618 in 4to, valdè tamen negligenter & vitioſè, uti vel ex ſolâ *numeratione Capitum* primo intuitu ſatis videre eſt. Quamobrem operæ pretium futurum arbitror, ſi quis *Tarinianam* illam editionem cum MSto hoc Codice *Cæſareo* diligenter & accuratè contulerit.

L I V.

Quinquageſimus quartus Codex Manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *S. Methodij Martyris*, primùm *Olympi Lyciæ*, vel, ſecundùm alios, *Patarorum*, ac poſteà *Tyri Epiſcopi*, cognomento *Eubulij*, Liber περὶ τοῦ αὐτεξουσίου ſive *de Libero Arbitrio*, cujus titulus & principiũ: Μεθοδίου περὶ τοῦ αὐτεξουσίου. Ὁ μὲν Ἰθακήσιος γέρων κατὰ τὸν τῶν ἑλλήνων μῦθον &c. Eſt autem *imperfectus*, & pertingit tantùm uſque ad hæc verba: καὶ γὰρ οὗτοι ποιοῦσιν πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ ἐκ ναῶν. Eodem quoq; modo & æquè *imperfectè* edidit eundem *S. Methodij* Librum *Joannes Meurſius* in Syntagmate *Variorum Divinorum*, Lugduni Batavorum apud Iſaacum Elzevirium A. 1619 græcè edito in 4to. Meminit quidem etiam ejuſdem Operis *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus, & non pauca ejus *Fragmenta* exhibet in *Bibliothecâ* ſuæ *Codice ducenteſimo trigeſimo ſexto*; ita tamen, ut ipſe ibidem expreſsè teſtetur, ſe illud non vidiſſe *integrum*, ſed tantùm ejus Συντομίαν ſive *Epitomen*, quam etiam aliàs vocat Ἐκλογὴν καὶ σύνοψιν, & ſimpliciter Σύνοψιν.

L V.

(1) *Fuit à olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quadrageſimus ſextus.

Quinquageſimus quintus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquiſſimus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque *ducentis quadraginta novem* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit

com-

comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 61 pag. 1, *Euſebij Pamphili*, Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopi, *Libri quatuor Eclogarum Propheticarum de Chriſto*, (1) Arianiſmo infecti, & hactenùs *inediti*, de quibus in Libro primo horum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum ſatis prolixè egi pag. 139, 140, 141 & 142; ubi inter alia etiam indicavi, ultimo Libri *tertij* illarum Eclogarum Capiti inſertum eſſe inſigne *fragmentum ex Sexti Julij* (2) *Africani*, vetuſtiſſimi Chriſtianorum Chronographi, *Libro quinto Chronographiæ*, & in fine Libri *quarti* earundem Eclogarum promitti ab Autore aliud quoque poſteà edendum Opus *adverſus* (3) *Hæreſes atheas*.

Secundò, & quidem à fol. 61 pag. 2 uſque ad fol. 141 pag. 2, *Joannis Philoponi Libri* (4) *ſeptem in Hexaëmeron* ſive *in Caput primum Geneſeos de Creatione Mundi*, quos R.P. *Balthaſar Corderius*, Soc. JESV Theologus, ex vetuſtiſſimo hoc Codice *Cæſareo* græcè & latinè primùm in lucem edidit Vindobonæ typis Gregorij Gelbhaar A. 1630 in 4to; ut pluribus indicavi Libri primi horum Commentariorum pag. 138, 139 & 143.

Tertiò, & quidem à fol. 142 pag. 1 uſque ad fol. 146 pag. 1, ejuſdem jam memorati *Joannis Philoponi Diſputatio* (5) *de tempore celebrandi Paſchatis*, quam R.P. *Corderius* itidem ex antiquiſſimo hoc Codice *Cæſareo* græcè & latinè primùm edidit tanquam Appendicem præcedentis Operis in *Hexaëmeron*; ut Libri primi horum Commentariorum pag. 138, 139 & 143 pluribus indicavi.

Quartò, & quidem à fol. 146 pag. 2 uſque ad fol. 154 pag. 2, *Philonis Hebræi Liber* (6) *de creatione Mundi ſecundùm traditionem Moyſis*, cui præfixus eſt hic titulus:

ΤΆΔΕ ἘΝΕΣΤΙ̇Ν ΦἸΛΩΝΟΣ.

Περὶ τῆς κτ̃ Μωυσέα κοσμοποιΐας·

(7) Τῶν ἐν Γενέσει ζητημάτων καὶ λύσεων· α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, (8) ϛ΄.

(8) Τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων καὶ λύσεων· β΄ καὶ ε΄

K 2 Περὶ

(1) *Vide ibi fol. 24 pag. 1, & Librum 1 horū Commentariorū pag. 140 & 141 in margine.*

(2) *Vide ibi fol. 39 pag. 2 & fol. 41 pag. 1.*

(3) *Vide ibi fol. 61 pag. 1.*

(4) *Horū primus inſcribitur atque incipit ibi hoc modo:* Τῶν εἰς τὴν Μωυσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικῶν λόγος πρῶτος. Πολὺς μὲν ἐμοὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως &c.

(5) *Incipit ea ibi his verbis:* Ἐζήτηται περὶ τοῦ δείπνου τοῦ δεσποτικοῦ &c.

(6) *Incipit is ibi his verbis:* Τῶν ἄλλων νομοθετῶν, οἱ μὲν ἀκαλλώπιστα &c. (7) *Opuſculum hoc* Philonis, *Quæſtiones ex* Geneſi *cum Solutionibus ſuis continens, ut & ſequens ejuſdem generis Opuſculum ex* Exodo, *nec non tertium Opuſculum de* Caini poſteris, *deſunt in omnium, quæ nunc extant, Operum* Philonis *editione græco-latinâ Pariſienſi A. 1640 in folio. Primum autem eorundem trium Opuſculorum extat tantùm latinè in* Micropresbytico, *ab Henrico Petri Baſileæ A. 1550 edito in folio. Vide ibi pag. 340.* (8) *Libri* primi *horum Commentariorum paginâ 143. ubi eundem exhibui* Opuſculorum Philonis Indicem, *non ſolùm hic numerus* ϛ΄ *perperàm omiſſus eſt, verùm etiam tota ſequentis Opuſculi Inſcriptio:* Τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων καὶ λύσεων· β΄ καὶ ε΄.

Περὶ τῶν τοῦ δοκησισόφου Κάϊν ἐγγόνων καὶ ὡς μετανάστης γίγνεται·

(1) ιβ΄.

Περὶ τῶν δέκα λογίων·

Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς β΄ γένη τῶν δέκα λογίων τὸ ϛ΄ καὶ ζ΄· τό τε κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου, καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας (2) καὶ τὸ ή, καὶ θ΄, καὶ ί, τὸ περὶ τοῦ μὴ κλέπτειν, καὶ ψευδομαρτυρεῖν, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν, καὶ περὶ τῶν εἰς ἕκαστον ἀναφερομένων, καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἣ πᾶσι τοῖς δέκα λογίοις ἐφαρμόζει· ὅ ἐστι τῆς ὅλης συντάξεως.

(1) Hic numerus ιβ΄ perperàm omiſſus eſt pag. 143 *Libri* primi *horum* Commentariorum. *(2)* Cæte*ra, quæ hîc ſequuntur uſque ad vocem* συντάξεως, *deſunt in ſuprà memoratâ O*perum Philonis *editione Pariſinâ. Vide ibi pag.* 776.

Quamvis autem hic *Titulus* ſive *Index* tàm multa promittat, tantùm tamen abeſt, ut *omnia* illa ibi extent *Opuſcula*, ut ne *primum* quidem eorum ſit integrum. Pertingit enim illud tantùm uſq; ad hæc verba, ἡ δ᾽ ἐξ, τοῦ ἑβδομάδος ἐκτὸς ἀριθμὸς, οὗ πάντως ἀρχὴ μονὰς κατὰ τοὺς διπλασίους, quæ extant in editione omnium Operum *Philonis* græco-latinâ, Lutetiæ Pariſiorum A. 1640 in folio impreſsâ, paginâ *vigeſimâ*. Reliqua verò ejuſdem Libri pars unà cum cæteris ſuprà memoratis Opuſculis omninò ibi deficit.

Quintò, & quidem à fol. 155 uſq; ad fol. 249, *S. Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymitani Catecheſes tàm extemporaneæ ad illuminatos, quàm Myſtagogicæ ad recens baptizatos.* Earum *prima* inſcribitur atq; incipit ibi hoc modo: Κυρίλλου Ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων Κατήχησις ἀ βαπτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα εἰσαγωγικὴ τοῖς προσελθοῦσιν, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου· Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Καινῆς διαθήκης μαθηταὶ, καὶ Χριστοῦ μυστηρίων κοινωνοὶ, &c. Obſervatu nempe digniſſimum hîc eſt, in antiquiſſimo hoc & optimæ notæ membranaceo Codice MSto *Cæſareo Catecheſes* illas tàm *Illuminatorum*, quàm *Myſtagogicas* manifeſtiſſimo & prorsùs incorrupto teſtimonio attribui *S. Cyrillo Epiſcopo Hieroſolymitano*. Fruſtrà enim hoc Hæretici Calviniani *Robertus Cocus* & *Andreas Rivetus* in dubium vocare auſi ſunt; quâ de re inprimis conſulendus eſt R. P. *Philippi Labbæi* Tomus primus Diſſertationis Hiſtoricæ & Philologicæ de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi de *S. Cyrillo Hieroſolymitano* agitur. Vide inſuper etiam ipſas illas *Catecheſes*, ſtudio & operâ *Joannis Prevotij Burdegalenſis*, cum latinâ Interpretatione *Joannis Grodecij, Decani Glogovienſis*, græcè editas Lutetiæ Pariſiorum apud Claudium Morellum A. 1608 in 4to. Haud infructuoſum enim erit, ut editio illa *Pariſina* cum præſtantiſſimo hoc Codice MSto *Cæſareo* accuratè conferatur.

L V I.

Quinquageſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque *ſexaginta octo* folijs. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſq; ad fol. 34, *Commentarius in Canticum Canticorum*, qui licet in principio hujus Codicis ſoli (2) *Euſebio Pamphili* attribuatur his verbis, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων, re verâ tamen non ab ipſo tantùm *Euſebio Pamphili* compoſitus, ſed partim ex ipſius, partim ex *S. Athanaſij, Didymi, S. Gregorij Nyſſeni, Philonis Epiſcopi Inſulæ Carpathi*, aliorúmq; *Euſebio* ſine ullâ controverſiâ *recentiorum* Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collectus eſt. Incipit is ibi hoc modo: Ἆσμα ᾀσμάτων διὰ τοῦτο καλεῖται, ἐπειδὴ τὰ μὲν τὰ ἄλλα ᾄσματα &c. Primus hunc Commentarium græcè in lucem edidit *Joannes Meurſius* Lugduni Batavorum A. 1617 in quarto, unà cum *Polychronij* quoq; & *Michaëlis Pſelli* in idem *Canticum* antiquis *græcis Expoſitionibus*. Quæ editio *Meurſiana*, etſi in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* extet, certam tamen ob cauſam nunc mihi non eſt ad manum.

Secundò, & quidem à fol. 35 uſq; ad fol. 68, *Michaëlis Pſelli Explanatio Cantici Canticorum verſibus*, ut vocant, *politicis*, cum *Præfatione* ſimili ad *Imp. Conſtantinopolitanum* (3) *Nicephorum Botaniatam*, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου ΨΕΛΛΟΥ εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων διὰ στίχων πολιτικῶν πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριον Νικηφόρον τὸν Βοτανειάτην.

Ἐπεὶ πρὸς τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν, ὦ Στεφηφόρε,
Ἡρμηνευθῆναι γλίχεται τὴν ξένην καὶ ποικίλην
Τοῦ τῶν ᾀσμάτων Ἄσματος ἐξήγησιν καὶ γνῶσιν,
Ἰδοὺ σοι τῷ θεσπίσματι πεισθέντες Αὐτοκράτωρ
Καὶ τὰς ἐλπίδας &c.

Vide ſupra memoratam primam editionem *Meurſianam*, & Tomum *decimum tertium* Bibliothecæ veterum Patrum græcolatinæ Pariſinæ anni 1654 in folio, paginâ 681.

L V I I.

Quinquageſimus ſeptimus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio maximo*, ſeu, ut vulgò vocant, *regali*, conſtátq; nunc *quadringentis viginti quatuor* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcri-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cē-teſimus-octogeſimus ſextus.*

(2) *Error hic inde ortus eſt, quia* Præfationis *hujus Commentarij & nonnullorum ejuſdem* fragmentorum *autor videtur eſſe, & forſan etiã re verâ eſt*, Euſebius. *Vide R.P.* Philippi Labbæi *Tom. 1 de Scriptor. Eccleſ. pag. 308.*

(3) *Cœpit is imperare A. C.* 1078.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos viceſimus-quintus.*

inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eò hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſq; ad fol. 18 pag. 2, *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini* (1) Λόγος κατὰ Ἑλλήνων, ſive *Oratio contra Gentes*; cujus principium: Ἡ μὲν περὶ τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς τῶν ὅλων ἀληθείας γνῶσις &c.

Secundò, & quidem à fol. 18 pag. 2 uſq; ad fol. 37 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (2) Λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου, καὶ τῆς διὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας hoc eſt: *Oratio de Incarnatione Verbi, ejuſque corporali ad nos adventu*. Principium ejus eſt: Αὐτάρκως ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐκ πολλῶν ὀλίγα διαλαβόντες, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 37 pag. 1 uſq; ad fol. 49 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (3) Διάλεκτος ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ πρὸς Ἄρειον, ſive *Diſputatio in Nicano Concilio contra Arium*; cujus principium: Τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ ἀπήει προσεληλυθὼς &c.

Quartò, & quidem à fol. 49 pag. 1 uſq; ad fol. 56 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (4) Ἐπιστολὴ ἐγκύκλιος πρὸς τοὺς Ἐπισκόπους Αἰγύπτου καὶ Λιβύης κατὰ Ἀρειανῶν, ſive *Epiſtola circularis ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos*; cujus principium: Πάντα μὲν, ὅσα ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς, πεποίηκέ τε καὶ ἐδίδαξεν, &c.

Quintò, & quidem à fol. 56 pag. 2 uſq; ad fol. 76 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (5) Λόγος πρῶτος κατὰ Ἀρειανῶν, ſive *Oratio prima contra Arianos*, cujus principium: Αἱ μὲν αἱρέσεις ὅσαι τῆς ἀληθείας &c.

Sextò, & quidem à fol. 76 pag. 2 uſq; ad fol. 102 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (6) κατὰ Ἀρειανῶν Λόγος δεύτερος, ſive *Oratio ſecunda contra Arianos*, cujus principium: Ἐγὼ μὲν ᾤμην τοὺς τῆς Ἀρείου μανίας ὑποκριτὰς &c.

Septimò, & quidem à fol. 102 pag. 2 uſque ad fol. 121 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (7) κατὰ Ἀρειανῶν λόγος τρίτος, ſive, *contra Arianos Oratio tertia*, cujus principium: Οἱ ἀρειομανῖται, ὡς ἔοικε, κρίναντες ἅπαξ ἀποστάται γενέσθαι &c.

Octavò, & quidem à fol. 121 pag. 2 uſque ad fol. 127 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (8) Λόγος περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ

(1) *Vide omnium Operum S.* Athanaſij *editionem græco-latinam, Lutetiæ Pariſiorum A. 1627 impreſſam duobus Tomis in folio, Tom. 1 pag. 1.*
(2) *Vide jam memorat. edition. Pariſin. Tom. 1 pag. 53.*
(3) *Vide edit. Pariſ. Tom. 1 pag. 111.*
(4) *Vide edit. Pariſ. Tom. 1 pag. 283. Vocatur autem ibi perperã* Oratio prima contra Arianos.
(5) *Vide edit. Pariſ. Tom. 1 pag. 306. Vocatur autem ibi perperàm* Oratio ſecunda contra Arianos.
(6) *Vide edit. Pariſ. Tom. 1 pag. 371. Vocatur autem ibi perperàm* Oratio tertia contra Arianos. (7) *Vide edit. Pariſ. Tom. 1 pag. 453. Vocatur autem ibi perperàm* Oratio quarta contra Arianos. (8) *Vide edit. Pariſ. Tom. 1. pag 595. Minùs autem appoſitè titulus græcus legitur ibi latinè translatus hoc modo*: De humanâ naturâ ſuſceptâ ab unigenito Verbo, & contra Arium.

Θεοῦ Λόγου, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, ſive, *Oratio de* (1) *incarnatâ apparitione Verbi Dei, & contra Arianos*; cujus principium: Οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν, &c.

Nonò, & quidem à fol. 127 pag. 1 uſque ad fol. 129 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (2) Ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξους, ὅτε ὁ παρὰ τῶν Ἀρειανῶν διωγμὸς ἐγένετο. ἀναγινώσκεται δὲ ὁ παρὼν λόγος εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου τὴν κατὰ τὴν δευτέραν τοῦ Μαΐου μηνός. hoc eſt: *Epiſtola ad omnes ubiq; orthodoxos tempore perſecutionis per Arianos. Legitur autē ea in memoriam ipſius S. Athanaſij die* (3) *ſecundo Maij.* Principium hujus Epiſtolæ eſt: Ἃ μὲν πεπόνθαμεν, δεινὰ καὶ ἀφόρητά ἐστι, &c.

Decimò, & quidem à fol. 129 pag. 2 uſque ad fol. 140 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (4) Ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα Ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ſive, *Epiſtola ad Serapionem Epiſcopum de Spiritu Sancto: nempe contra eos, qui dicunt Spiritum Sanctum eſſe creaturam.* Principium ejus eſt: Τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 140 pag. 1 uſque ad fol. 142 pag 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (5) κατὰ τῶν λεγόντων κτίσμα τὸν Υἱὸν πρὸς τὸν αὐτὸν Ἐπίσκοπον Σεραπίωνα ἐπιστολὴ δευτέρα, ſive, *contra eos, qui Filium dicunt creaturam eſſe, ad eundem Epiſcopum Serapionem Epiſtola ſecunda*; cujus principium: Ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον, καὶ οὕτως ὀλίγα γεγραφηκέναι, &c.

Duodecimo, & quidem fol. 142 pag. 2, ejuſdem S. Athanaſij (6) Καθολικὴ ἐπιστολή, ſive, *Catholica Epiſtola*, cujus inſcriptio & & principium: Τοῖς κατὰ τόπον ἀδελφοῖς ἀντιποιουμένοις πίστεως καὶ σωτηρίας καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον, καὶ Συρίαν, καὶ Κιλικίαν, καὶ Φοινίκην, καὶ Ἀραβίαν ὀρθοδόξοις Ἐπισκόποις, Ἀθανάσιος καὶ οἱ Συνεπίσκοποι ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ὅσοι τὴν ἀσέβειαν &c.

Decimotertiò, & quidem fol. 143, ejuſdem *S. Athanaſij* (7) Ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον, καὶ Εὐσέβιον, καὶ τὸν Σαμοσατέα, (8) κατὰ τοῦ ὁμοουσίου, ſive *Refutatio Meletij, & Euſebij, & Pauli Samoſateni, orthodoxos ſe ſimulantium uſurpatione ambiguæ vocis* ὁμοιούσιος *pro* ὁμοούσιος, hoc eſt, *ſimilis ſubſtantiæ* pro *ejuſdē ſubſtantiæ*. Principium ejus eſt: Ἄνθρωπος κατ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γέγονε, καὶ ἔστιν οὐ Θεὸς ὁ ἄνθρωπος· τὸ γὰρ ὅμοιόν τινι &c.

Decimoquartò, & quidem à fol. 143 pag. 2 uſque ad fol. 146 pag.

(1) *Vel, quod idem eſt*, de apparitione Verbi Dei in carne.

(2) *Vide edit. Pariſ. Tom I pag.* 94.

(3) *Celebratur enim eo natalis S. Athanaſij, uti in Martyrologio Romano videre eſt.*

(4) *Vide edit. Pariſ. Tom I pag.* 173.

(5) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag.* 166.

(6) *Vide edit. Pariſ. Tom I pag.* 570.

(7) *Vide edit Pariſ. Tom. I pag.* 572.

(8) *In editione Pariſinâ pro* κατὰ τοῦ ὁμοουσίου *legitur* περὶ τοῦ ὁμοουσίου.

pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (1) πρὸς Ἐπίκτητον Ἐπίσκοπον Κορίνθου κατὰ αἱρετικῶν ἐπιστολὴ, ſive *ad Epictetum Epiſcopum Corinthi contra hæreticos Epiſtola;* cujus inſcriptio & principium: (2) Κυρίῳ μου, ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ ποθεινοτάτῳ συλλειτουργῷ Ἐπικτήτῳ Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον, πᾶσαν ματαιολογίαν πάντων, &c.

Decimoquintò, & quidem à fol. 146 pag. 2 uſque ad fol. 151 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (3) λόγος κατὰ Ἀπολιναρίου, ſive *Oratio contra Apollinarium de ſalutari adventu* JESV *Chriſti;* cujus principium: Οἱ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ ἐκ Θεοῦ &c.

Decimoſextò, & quidem à fol. 151 pag. 2 uſque ad fol. 158 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (4) περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγος, ſive, *de Incarnatione Chriſti contra Apollinarium Oratio;* cujus principium: Ὁ μὲν (5) σκοπὸς τοῦ εὐσεβοῦς ὁ ἀκοπος &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 158 pag 1 uſque ad fol. 163 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (6) εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου· Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· hoc eſt, *Expoſitio verborum Evangelij:* (7) *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Principium hujus Expoſitionis eſt: Περὶ δὲ οὗ γράφων ἐδήλωσας Εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 163 pag. 1 uſque ad fol. 164 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (8) εἰς τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος, ſive, *in Paſſionem Salvatoris Oratio*, ſeu potius, ut videtur, *Orationis fragmentum*, quod incipit his verbis: Τῶν μὲν ἀνθρώπων ἡ ἁμαρτία πολλή τις ἦν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην προκατειλήφει τοῦτο τὸ κακὸν, &c. Extat quidem illud etiam in Pariſinâ omnium *S. Athanaſij* Operum editione, ſed tantùm *latinè* ſub hoc titulo: *S. Patris noſtri Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini in Paſſionem Salvatoris Segmentum, alicunde ex Athanaſio divulſum.* Ipſa autem verborum *S. Athanaſij* græcorum verſio latina incipit ibidem hoc modo: *Hominum certè peccata plurima erant, & univerſum terrarum Orbem hoc malum occupaverat*, &c. Operæ pretium igitur erit, ut totus ille contextus *græcus* ex hoc Codice MSto *Cæſareo* aliquando proferatur in publicum.

Deci-

(1) *Vide edit. Pariſ. Tom I pag.* 581.
(2) *Hæ duæ voces* Κυρίῳ μου *deſunt in editione Pariſinâ.*
(3) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag.* 633.
(4) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag.* 614.
(5) *Ibidē ſuprà vocē* σκοπὸς, *nō tamen deletam, ſcriptum eſt eâdem manu* τρόπος *tanquam lectio varians.*
(6) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag.* 970.
(7) Sancti Matthæi *cap.* 12 *verſ.* 32.
(8) *Vide edit. Pariſ. Tom. II pag.* 625.

Decimononò, & quidem à fol. 164 pag. 1 uſque ad fol. 172 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (1) πρὸς Μαρκελλῖνον εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῶν Ψαλμῶν ἐπιστολή, ſive, *ad Marcellinum de Interpretatione Pſalmorum Epiſtola*, cujus principium: Ἀγαμαί σε τῆς ἐν Χριστῷ προαιρέσεως, φίλε Μαρκελλῖνε, &c.

(1) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 959.*

Vigeſimò, & quidem à fol. 172 pag. 2 uſque ad fol. 179 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (2) περὶ Παρθενίας, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως, λόγος σωτηρίας πρὸς τὴν παρθένον· hoc eſt: *de Virginitate, ſive, de Exercitatione mentis in rebus divinis Sermo ſalutis ad virginem.* Principium ejus eſt: Ἀρχὴ λόγου σωτηρίας πρὸς τὴν παρθένον· πρῶτον πάντων πίστευσον εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, &c.

(2) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 1043.*

Vigeſimo primò, & quidē à fol. 179 pag. 1, uſq; ad fol. 189 pag. 2, ejuſdē *S. Athanaſij* (3) μαρτυρίαι ἐκ τῆς γραφῆς τῆς κατὰ φύσιν κοινωνίας, ἐκ τοῦ ὁμοίως εἶναι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· hoc eſt: *Teſtimonia ex Sacrâ Scripturâ de naturali communione ſimilis eſſentiæ inter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Principium ejus eſt: Περὶ ἐλευθερίας· Περὶ Πατρὸς, ἀναμφίβολον· &c.

(3) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 209.*

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 189 pag. 2 uſque ad fol. 190 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (4) περὶ σαρκώσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐπιστολή, ſive, *de Incarnatione Verbi Dei Epiſtola*, cujus principium: Ἐκλύπει μὲν τὴν ἁγίαν Σύνοδον Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἡ καινοτομία, &c.

(4) *Vid. edit. Pariſ. Tom I pag. 591.*

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 190 pag. 2 & fol. 191 pag. 1, (5) Τοῦ τρισμακαριωτάτου Λιβερίου Ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης ἐπιστολὴ πρὸς τὸν θεοφιλέστατον Ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος· hoc eſt: *Beatiſſimi Liberij Archiepiſcopi Romæ epiſtola ad Deo-dilectiſſimum Archiepiſcopum Alexandriæ Athanaſium, quòd Deus Verbum perfectum hominem aſſumpſerit.* Principium ejus eſt: Ἔστω οὖν ἡ ὁμολογία, ἐπιπόθητέ μοι Ἀθανάσιε, &c.

(5) *Vid. edit. Pariſ. Operum S. Athanaſij Tom. I pag. 243.*

Vigeſimo quartò, & quidem fol. 191 pag. 1 & 2, (6) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀντίγραφον, ὃ ἔγραψε Λιβερίῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Ῥώμης, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· hoc eſt: *Sancti Patris noſtri Athanaſij Archiepiſcopi Alexandriæ Reſcriptum ad Liberium Archiepiſcopum Romæ, quòd perfectum hominem Deus Verbum*

(6) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 244.*

aſſum-

aſſumpſerit propter noſtram ſalutem. Principium ejus eſt: Εἷς Θεὸς ἀθάνατος, ἀόρατος, &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 191 pag. 2 uſque ad fol. 194 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (1) ἐπιστολὴ γραφεῖσα πρὸς Ἀδέλφιον ἐπίσκοπον καὶ ὁμολογητὴν κατὰ Ἀρειανῶν· hoc eſt: *Epiſtola ſcripta ad Adelphium, Epiſcopum & Confeſſorem, contra Arianos.* Principium ejus eſt: Ἐντυχόντες τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας γραφεῖσι, &c.

(1) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 155.*

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 194 pag. 1 uſque ad fol. 197 pag 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (2) λόγος εἰς τὸ πορευθέντες εἰς τὴν ἀπέναντι κώμην, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον· hoc eſt: *Sermo in illud: Profecti in pagum, qui ex adverſo eſt, invenietis pullum alligatum.* Principium ejus eſt: Οἱ τὰ ἐπὶ γῆς φρονήσαντες, &c.

(2) *Vid edit. Pariſ. Tom. I pag. 983.*

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol 197 pag. 2 uſque ad fol. 203 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (3) Κηρυκτικὸν εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου· hoc eſt: *Sermo in Annunciationem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ.* Principium ejus eſt: Τοὺς θείους ἱεροκήρυκας οὐ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀκροάσεως δεῖ ἀποβλέπειν, ἀλλὰ &c.

(3) *Vid edit Pariſ. Tom. I pag. 1028.*

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 203 pag. 1 uſque ad fol. 217 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (4) λόγος εἰς τὸ πάθος τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν σταυρόν· hoc eſt: *Sermo in Paſſionem & Crucem Domini.* Principium ejus eſt: Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον γολγαθᾶ, &c. Τὸ μὲν ἀναγνωσθὲν ῥητὸν ἐστιν εὐαγγελικὸν· σαφηνείας δὲ τούτου χάριν, &c.

(4) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 992.*

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 218 pag. 1 uſque ad fol. 219 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (5) κατὰ Ἀρειανῶν λόγος σύντομος, ſive, *contra Arianos Oratio conciſa*; cujus principium: Ὁ μὲν Ἰωάννης φησὶν ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, &c.

(5) *Vid. edit. Pariſ. Tom. II pag. 22.*

Trigeſimò, & quidem à fol. 219 pag. 2 uſque ad fol. 222 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (6) ἐπιστολὴ πρὸς (7) Σαραπίωνα ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· hoc eſt: *Epiſtola ad Sarapionem Epiſcopum de Sancto Spiritu*; cujus principium: Ἴσως θαυμάσεις, πῶς ἐντειλάσμενος, &c.

(6) *Vide edit. Pariſ. Tom II pag. 10.*

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 222 pag. 1 uſque ad fol. 224 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (8) ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν Σαραπίωνα

ὁμοίως

(7) *Ita ibi in hoc titulo nomen illud ſcriptum eſt, nempe* Σαραπίωνα, *non autem, ut ſuprà pag. 79* Σεραπίων. *Vide* Claudij Dauſquij *Orthographiam antiqui & novi Latij, pag. 297, ubi agitur de ſcripturâ vocis* Serapis *vel* Sarapis. (8) *Vid. edit. Pariſ. Tom. II pag. 16.*

ὁμοίως περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· hoc eſt: *Epiſtola ad eundem Sarapionem ſimiliter de Spiritu Sancto.* Principium ejus eſt: ἐνέτυχον καὶ τῇ νῦν γραφείσῃ παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας ἐπιστολῇ, &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 224 pag. 2 uſque ad fol. 236 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (1) κατὰ Ἀρειανῶν λόγος ἑκτὸς ſive, *contra Arianos Oratio ſexta*, cujus principium: Ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστιν ὁ Λόγος, &c.

(1) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 519.*

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 236 pag. 1 uſque ad fol. 238 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (2) λόγος εἰς τὸ Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐδεὶς γινώσκει, τίς ἐστι ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ τίς ἐστιν ὁ Πατὴρ, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι· hoc eſt: *Sermo in illud: Omnia mihi tradita ſunt à Patre; & nullus cognoſcit Filium niſi Pater, aut Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Principium hujus Sermonis eſt: Καὶ τοῦτο οὐ νοήσαντες οἱ τῆς αἱρέσεως Ἀρείου, &c.

(2) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 149.*

Trigeſimo quartò, & quidem fol. 238 pag. 2, ex ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtolâ de Synodi Nicenæ decretis contra Arianam hæreſin* Fragmentum περὶ ἀληθοῦς διδασκαλίας, ſive, *de verâ Doctrinâ*; cujus principium: (3) Τοῦτ' ἐστὶν ἀληθῶν διδασκάλων τεκμήριον, τὸ τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις ὁμολογεῖν, &c.

(3) *Vide edit. Pariſ. Tom I pag. 252*

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 238 pag. 2 uſque ad fol. 240 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* Sermo (4) περὶ σαββάτων καὶ περιτομῆς, ἐκ τῆς Ἐξόδου· hoc eſt, *de Sabbatis & Circumciſione ex Exodo.* Principium ejus eſt: Καὶ φυλάξουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὰ σάββατα &c.

(4) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 964.*

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 241 pag 1 uſque ad fol. 245 pag. 1, Τοῦ μακαρίου Μάρκου τοῦ διαδόχου κατὰ Ἀρειανῶν· hoc eſt: *Marci*, cognomine *Diadochi* ſive *Succeſſoris*, *Oratio contra Arianos.* Principium ejus eſt: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Ἀρχῆς κρείττονα τὸν Λόγον ὁ Θεολόγος λέγει, καὶ οἱ τὴν Ἀρείου μελετῶντες μανίαν λέγουσιν· ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· &c. Quod autem ad ipſum Beatum *Marcum Diadochum* attinet, nullam quidem ego hucuſque apud quemquam tàm veterum, quàm recentiorum Autorum, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis ex profeſſo agunt, mentionem illius reperi, ex *argumento* tamen *Orationis*, nempe quoniam *contra Arianos* habita, & *S. Athanaſij*, omnium Ariomachorum coryphæi, ſcriptis intermixta eſt, probabiliter colligendum exiſtimo, unum hunc eſſe ex *duobus* illis *Marcis*, *Ægypti*

(1) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 705. *Epiſcopis, quos S. Athanaſius* in *Apologiâ ad Imp. Conſtantium* (1) ab *Arianis* ad fugam exiliúmque compulſos eſſe refert his verbis: Καὶ γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῶν Λιβύων ἐξώρισαν μὲν Ἐπισκόπους, Ἀμμώνιον, Μούιον, Γάϊον, Φίλωνα, Ἑρμῆν, Πλήνιον, Ψενόσιριν, Πηλάμμωνα, Ἀγαθὸν, Ἀνάγαμφον, ΜΑ΄ΡΚΟΝ, Ἀμμώνιον, ἕτερον ΜΑ΄ΡΚΟΝ, Δρακόντιον, Ἀδέλφιον, Ἀθηνόδωρον. Aliquanto etiam clariùs meminit eorundem *duorum Marcorum* circa finem *Epiſtolæ*
(2) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 580. *ad Antiochenſes* (2), quippe ubi in enumeratione *Epiſcoporum*, qui Epiſtolam illam unà ſecum ſcripſerunt, alterũ eorum vocat Μάρκον
(3) A nominativo plurali Ζύγρα. (3) Ζύγρων τῆς (4) ἔγγιστα Λιβύης, hoc eſt, *Marcum Epiſcopum Zygrorum* ſive *Zygrenæ Vrbis proximè Libyam*, alterum autem Μάρκον Φίλων, hoc eſt, *Marcum Philarũ* ſive *Philææ Vrbis Epiſcopum*. Ipſa
(4) Pro τῆς aut legendum hic eſt τῶν, aut ſubaudiendũ πόλεως, aut transpoſitè ſcribendum ἔγγιστα τῆς Λιβύης. ejus verba ad rem præſentem maximè facientia ſunt hæc: Ἀδέλφιος Ὀνούφεως τῆς Δύχνων, Ἑρμίων Τάνεως, ΜΑ΄ΡΚΟΣ Ζύγρων τῆς ἔγγιστα Λιβύης, Θεόδωρος Ἀθρίβεως, Ἀνδρέας Ἀρσενοΐτου, Παφνούτιος Σάεως, ΜΑ΄ΡΚΟΣ Φίλων. Ubi obiter notandum eſt, eundem hunc *S. Athanaſij* locum ab *Abrahamo Ortelio* in *Theſauro Geographico* perperàm allegari hoc modo: *Zygrorum proximè ad Libyam Epiſcopum ADOLPHVM habet Divus Athanaſius.* Nemo enim non videt, *Epiſcopum Zygrorum* à *S. Athanaſio* non vocari *Adolphum*, ſed *Marcum*; nec minus perſpicuum eſt, *Epiſcopum Onupheos*, cujus ibidem *S. Athanaſius* facit mentionem, non fuiſſe appellatum *Adolphum*, ſed *Adelphium*. Secundò notandum eſt, *Marcum Zygrorum Epiſcopum* in editione omnium Operum *S. Athanaſij* græco-latinâ Pariſienſi, & quidem in *Inſcriptione* ſuprà memoratæ
(5) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 574. *Epiſtolæ ad Antiochenſes* (5), tàm in ipſo contextu *græco*, quàm in verſione *latinâ* perperàm nominari Μάρκιον ſive *Marcium*. Tertiò notandum eſt, *Marcum Epiſcopum* Φίλων in eâdem editione Pariſinâ latinè minùs rectè vocari *Epiſcopum Philorum* pro *Philarum*. *Philæ* enim, hoc eſt, *Amicæ*, fuerunt *Vrbs Ægypti ad Nilum paulò ſupra Cataractas minores*, ut teſtatur *Heliodorus* in principio libri ſeptimi *Æthyopicorum* his verbis: Ἡ γὰρ πόλις αἱ ΦΙ΄ΛΑΙ κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ Νείλῳ τῶν ἐλαττόνων καταῤῥακτῶν ἀνωτέρω μικρόν· Συήνης δὲ καὶ Ἐλεφαντίνης ἑκατόν που μεταξὺ σταδίοις διείργεται· Conſulendus etiam eſt *Servij* Commentarius in *libri ſexti Æneidos Virgilij* verſum 154, utpote ubi fabula quædam extat de *nominis* ejuſdem Vrbis *origine*. Quod ſupereſt, ſi ſuprà memorata *Marci Diadochi*

contra

contra Arianos Oratio hactenùs, ut opinor, nondum ſit edita, digniſſimam eam judico, ut in *Supplemento Bibliothecæ Veterum Patrum*, ex *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* poſthac edendo, congruum antiquitati ſuæ locum obtineat.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 245 pag. 1 uſque ad fol. 246 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (1) Ἔκθεσις πίστεως, ſive, *Expoſitio Fidei*; cujus principium: Πιστεύομεν εἰς ἕνα ἀγέννητον Θεὸν, &c.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 246 pag. 2, uſque ad fol. 249 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* πρὸς Ἀντιοχεῖς (2) Τόμος, ſive, *Epiſtola ad Antiochenſes*; cujus Inſcriptio & principium: Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις συλλειτουργοῖς Εὐσεβίῳ, Λουκίφερι, Ἀστερίῳ, Κυματίῳ, καὶ Ἀνατολίῳ, Ἀθανάσιος καὶ οἱ παρατυχόντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐπίσκοποι ἀπὸ τε Ἰταλίας καὶ Ἀραβίας, Αἰγύπτου τε καὶ Λιβύης, Εὐσέβιος, Ἀστέριος, Γάϊος, Ἀγαθὸς, Ἀμμώνιος, Ἀγαθοδαίμων, Δρακόντιος, Ἀδέλφιος, Ἑρμαίων, (3) ΜΑΡΚΟΣ, Θεόδωρος, Ἀνδρέας, Παφνούτιος, (4) ἌΛΛΟΣ ΜΑΡΚΟΣ, Ζώϊλος, Μηνᾶς, Γεώργιος, Λούκιος, Μάκαρις, καὶ οἱ λοιποὶ, ἐν Χριστῷ πλεῖστα χαίρειν· Πεπείσμεθα μὲν ὅτι λειτουργοὶ Θεοῦ, &c.

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 249 pag. 2 uſque ad fol. 254 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij Oratio* (5) περὶ τῆς ἀϊδίου ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος σὺν Θεῷ, καὶ πρὸς τοὺς Σαβελλίζοντας, hoc eſt, *de æternâ ſubſtantiâ Filij & Spiritûs Sancti cum Deo, & contra Sectatores Sabellij*. Principium ejus eſt: Ἰουδαϊσμὸς ἀντίκειται πρὸς ἑλληνισμὸν, καὶ οὐδέτερος εὐσεβὴς, &c.

Quadrageſimò, & quidem à fol. 254 pag. 1 uſque ad fol. 255 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* Λόγος (6) ὅτι εἷς ὁ Χριστὸς, ſive, *Oratio, quâ demonſtratur, unum eſſe Chriſtum*. Principium ejus eſt: Ἔδει μὲν τοὺς ἅπαξ ἀποπηδήσαντας (7) ἑλληνικῆς πλάνης, &c.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. 255 pag. 2, uſque ad fol. 256 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij* (8) ἐπιστολὴ πρὸς Μάξιμον (9) Ἐπίσκοπον, ſive, *Epiſtola ad Maximum Epiſcopum*; cujus Inſcriptio & principium: Τῷ ἀγαπητῷ καὶ ἀληθῶς ποθεινοτάτῳ υἱῷ Μαξίμῳ Φιλοσόφῳ Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Ἐντυχὼν τοῖς νῦν γραφεῖσι παρά σου &c.

Quadrageſimo ſecundò, & quidem fol. 256 pag. 2 & fol. 257 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij* (10) *Refutatio ſimulationis Meletij, Euſe-*

(1) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 240.* (2) *In edit. Pariſ. Tom. I pag. 574 pro* Τόμος *legitur* Ἐπιστολή. (3) *In edit. Pariſ. pro* Μάρκος *perperàm legitur* Μάρκιος. *Vide ſuprà pag. 84.* (4) *In edit. Pariſ. minùs rectè deeſt vox* ἄλλος. *Diſtinguitur enim eâ poſterior hic Marcus Epiſcopus Philenſis à priori Marco Epiſcopo Zygrenſi. Vide ſuprà pag. 84.* (5) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 650.* (6) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 664.* (7) *In edit. Pariſ. additur hîc articulus præpoſitivus* τῆς. (8) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 262.* (9) *Ita ibi ſcriptū eſt, nempè* Ἐπίσκοπον, *non autē* φιλόσοφον, *ut in editione Pariſinâ.* (10) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 572 & ſuprà pag. 79.*

Euſebij, & Pauli Samoſateni, eſtque eadem, quæ extat ſuprà in eodem Codice MSto, nempe folio 143. Notandum autem eſt titulũ iſtius *Refutationis* poſteriori hoc loco legi hoc modo: Ἔλεγχος τῆς ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον, καὶ Εὐσέβιον καὶ τὸν Σαμοσατέα, τῶν κακοδόξων περὶ τοῦ ὁμουσίου.

Quadrageſimo tertiò, & quidem fol. 257 pag. 1 & 2, ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtola* (1) *Catholica*; eſtque eadem, quæ extat ſuprà in eodem Codice MSto, nempe folio 142.

Quadrageſimo quartò, & quidem à fol. 257 pag. 2 uſque ad fol. 268 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtola* (2) ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ Σύνοδος, ἑωρακυῖα τὴν πανουργίαν τῶν περὶ Εὐσέβιον, ἐξέθετο πρεπόντως καὶ εὐσεβῶς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως τὰ ὁρισθέντα· hoc eſt, *Quòd Nicæna Synodus, animadverſâ Euſebij calliditate, congruis & pijs verbis Decreta ſua contra Arianam hæreſin expoſuerit.* Principium ejus eſt: Καλῶς ἐποίησας, δηλώσας μοι τὴν γενομένην παρὰ σοῦ ζήτησιν, &c.

Quadrageſimo quintò, & quidem à fol. 268 pag. 2 uſq; ad fol. 269 pag. 2, *Euſebij Pamphili*, Cæſareenſis in Palæſtinâ Epiſcopi Ariani, *Epiſtola ad Eccleſiam Cæſareenſem*, cui *duplicem* inſeruit *Confeſſionem Fidei*, nempe *propriam* ſive *Arianam*, & *Nicænam* ſive *Catholicam* quam ob vocem ὁμοούσιος ſive *Conſubſtantialis* exagitat. Titulus iſtius Epiſtolæ in hoc Codice MSto eſt talis: Εὐσεβίου Καισαρείας τοῦ Ἀρειανόφρονος ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς τῆς παροικίας αὐτοῦ principium autem hoc: Τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα, κατὰ τὴν μεγάλην Σύνοδον, τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, &c. Extat autem ea integra unà cum inſertis *duobus Fidei Symbolis* apud (3) *Socratem* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 1, & apud (4) *Theodoretum* itidem in libro primo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ; item in *Gelaſij Cycizeni Actis Concilij Nicæni* pag, 179.

Quadrageſimo ſextò, & quidem à fol. 269 pag. 2 uſq; ad fol. 276 pag. 1, *S. Athanaſij* Archiepiſcopi Alexandrini (5) ἐπιστολὴ περὶ Διονυσίου τοῦ Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ὅτι καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐφρόνει, ὡς ἡ ἐν Νικαίᾳ Σύνοδος, καὶ μάτην αὐτὸν συκοφαντοῦσιν οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ὁμόδοξον αὐτῶν· hoc eſt: *Epiſtola de Dionyſio Epiſcopo Alexandrino, quòd idem cum Nicænâ Synodo contra Arianam hæreſin ſenſerit, quódq; Ariani falsò ac fruſtrà eum calumnientur tanquam hæreſeos ſuæ adſtipulatorem.* Principium ejus eſt: Βραδέως ἐδήλωσας

(1) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag.* 570.

(2) *Vide edit. Pariſ. Tom. I pag.* 248.

(3) *Vide Scriptorum Græcorum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Syntagma græco-latinum, à Joan.* Chriſtophorſono *&* Suffrido Petri *adornatum, & Coloniæ Allobrogum typis Petri de la Roviere Anno 1612 in folio editum, Tom. I pag.* 509. (4) *Vide idem jam memoratum Syntagma Tom. II pag.* 25. (5) *Vide Operum* S. Athanaſij *edit. Pariſ. Tom. I pag.* 548.

σας περὶ τῆς νῦν διαλέξεως, &c.

Quadrageſimo ſeptimò, & quidē fol. 276 pag. 1, (1) Καθαίρεσις Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας· hoc eſt: *S. Alexandri Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola brevis ad Presbyteros & Diaconos Alexandriæ & Mareotidis, quâ Arium & ſocios ejus depoſitos eſſe indicat.* Principium ejus eſt: Ἀλέξανδρος Πρεσβυτέροις καὶ Διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου, παρὼν παροῦσιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Εἰκαὶ φθάσαντες ὑπεγράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον, &c.

Quadrageſimo octavò, & quidem à fol 276 pag. 1 uſque ad fol. 277 pag. 2, ejuſdem *S. Alexandri Archiepiſcopi Alexandrini ad omnes ubiq; orthodoxos Epiſcopos de Arij & ſociorum ejus depoſitione Epiſtola*; cujus titulus & principium: Ἀντίγραφον. Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις Συλλειτουργοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἐντολῆς τε οὔσης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς τηρεῖν τὸν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης, &c. Epiſtola hæc extat integra *græcè* & *latinè* in principio *Tomi primi Conciliorum Generalium*, Pauli V Pontif. Max. autoritate *Romæ* typis Vaticanis A. 1608 editorum in folio; ut & in *Gelaſij Cyziceni Syntagmate* ſive *Commentario Actorum Concilij Nicæni*, paginâ 51 editionis Pariſinæ *Roberti Balforei*; apud Federicum Morellum A. 1599 in 8vo impreſſæ; nec non apud *Socratem* lib. 1 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ pag. 498 ſuprà memoratæ editionis Allobrogicæ. Notandum tamen eſt, *ſubſcriptiones* Presbyterorum & Diaconorū Alexandriæ & Mareotidis, quæ eidem *S. Alexandri* Archiepiſcopi Alexandrini *Epiſtolæ* tàm in Codice hoc MSto *Cæſareo*, quàm in *Gelaſij Cyziceni* Syntagmate Actorum Concilij Nicæni ſubjunctæ ſunt, cùm in ſuprà citatâ editione *Romanâ*, tùm quoque apud *Socratem* eſſe omiſſas, atque ibidem etiam in *principio Epiſtolæ* deeſſe hæc verba: Ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας.

Quadrageſimo nonò, & quidem fol. 277 pag. 2 & fol. 278 pag. 1, *Concilij Nicæni* (2) *Epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam, & fratres Ægyptum, Libyam ac Pentapolim incolentes, contra Arium ejúſq; ſocios*; cujus titulus & principium: Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς τῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. Τῇ ἁγίᾳ, καὶ μεγάλῃ Θεοῦ χάριτι Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην, καὶ Πεν-

(1) *Epiſtolam hanc hactenùs nondum reperi impreſſam.*

(2) *Vide* Socrat. *Hiſt. Eccleſ. lib. 1 cap. 9, pag. 512;* Gelaſij Cyziceni *Syntagma Actor. Concil. Nicæni pag. 173;* & Conciliorum *editionem Romanam Tomo I pag. 31.*

Πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν Σύνοδον συγκροτήσαντες Ἐπίσκοποι ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Ἐπειδὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς &c.

Quinquageſimò, & quidem fol. 278 pag. 1 & 2, (1) *Symbolum Concilij Nicæni*, cujus principium: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν &c.

Quinquageſimo primò, & quidē fol. 278, pag. 2, *Imp. Conſtantini Magni Epiſtola ad Eccleſiā Alexandrinam*, cujus titulus & principium: (2) Κωνσταντῖνος Σέβαστος τῇ καθολικῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ· Χαίρετε ἀγαπητοὶ ἀδελφοί· Τελείαν παρὰ τῆς θείας προνοίας εἰλήφαμεν χάριν &c.

Quinquageſimo ſecundò, & quidē fol. 278 pag. 2 & fol. 279 pag. 1, *Imp. Conſtantini Magni Epiſtola ad omnes Epiſcopos & Populos, quâ jubet, ut Ariani deinceps vocentur Porphyriani, & ſcripta Arij publicè comburantur, & ut morte multetur, ſi quis ea dolo malo occultaverit;* Titulus ejus & principiū eſt: Ἀντίγραφον ὧν ἐκόμισαν Συγκλήτιος καὶ Μαγνέντιος μαγιστριανοί. (3) Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, Ἐπισκόποις καὶ λαοῖς· Τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Ἄρειος, &c.

Quinquageſimo tertiò, & quidem à fol. 279 pag. 1 uſque ad fol. 281 pag. 1, *Imp. Conſtantini Magni Epiſtola ad Arium ejúſque ſocios*, cujus titulus & principium: (4) Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Ἀρείῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ Ἀρειανοῖς· Κακὸς ἑρμηνεὺς αὐτόχρημα εἰκὼν καὶ ἀνδριὰς τοῦ διαβόλου· &c. In fine autem hæc ſubſcripta ſunt: Διὰ Συγκλητίου καὶ Γαυδεντίου μαγιστριανῶν ἐκομίσθη καὶ ταῦτα, ὅτε Πατέριος ἦν ἔπαρχος Αἰγύπτου, καὶ ἀνεγνώσθη ἐν τῷ παλατίῳ.

Quinquageſimo quartò, & quidem à fol. 281 pag. 1 uſque ad fol. 282 pag. 1, *Imp. Conſtantini Magni Epiſtola ad Eccleſiam Nicomedienſem contra Euſebium Nicomedienſem & Theognium*, cujus titulus & principium: Κατὰ Εὐσεβίου καὶ Θεογνίου. Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων. Τὸν δεσπότην Θεὸν δηλαδὴ καὶ Σωτῆρα Χριστὸν ἀκριβῶς ἅπαντες ἴστε &c. Eadem Epiſtola extat ſimiliter integra in *Gelaſij Cyziceni* Actis Concilij Nicæni pag. 217 & deinceps: apud *Theodoretum* autem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 1 cap. 20, ut & in *Conciliorum Generalium* editione græco-latinâ *Romanâ*, Tom. I pag. 37, extat tantùm poſterior ejus pars, nempe à verbis Τίς ἐστιν ὁ διδάξας ταῦτα οὕτως ἄκακον πλῆθος; uſque ad finem.

(1) *Vide* Socrat. *Hiſt. Eccleſ. lib.* 1 & *Acta Concilij Nicæni ſuprà citata.*

(2) *Vide* Socrat. *Hiſt. Eccl. lib.* 1 *pag.* 514 & Gelaſ. *Acta Concil. Nicæn. pag.* 188, & Concilior. *editionem Romanam Tom. I pag.* 36.

(3) *Vide* Socrat. *Hiſt. Eccl. lib.* 1 & *Acta Concilij Nicæni ſuprà citata.*

(4) *Vide ſuprà citata* Gelaſij Cyziceni *Acta Concilij Nicæni pag.* 203.

Quin-

Quinquageſimo quintò, & quidem fol. 282 pag. 1 & 2, *Imp. Conſtantini Magni Epiſtola ad Theodotum*, cujus titulus & principium: Νικητὴς Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Θεοδότῳ· Ὅση τῆς θείας ὀργῆς ἡ ἰσχὺς πέφυκε, &c. Hæc quoque Epiſtola extat in *Gelaſij Cyziceni* Actis Concilij Nicæni pag. 224 & deinceps.

Quinquageſimo ſextò, & quidem à fol. 282 pag. 2 uſque ad fol. 288 pag. 1, *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini Apologia de fugâ ſuâ, cùm à Syriano Duce perſecutionem pateretur*; cujus titulus & principium: (1) Τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ τῶν διαβαλλόντων τὴν ἐν τῷ διωγμῷ φυγήν· Ἀκούω Λεόντιον τὸν νῦν ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ Νάρκισσον &c.

Quinquageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 288 pag. 1 uſque ad fol. 312 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij Apologia ſecunda*, cujus titulus & principium (2) Τοῦ αὐτοῦ ἀπολογητικὸς δεύτερος· Ἐγὼ μὲν ὤμην μετὰ τὰς τοσαύτας ὑπὲρ ἡμῶν γενομένας ἀποδείξεις, &c. Inſertæ autē ſunt *ſecundæ* huic *Apologiæ triginta quatuor Epiſtolæ* à diverſis *pro S. Athanaſio* ſcriptæ, quarū *tituli* & *principia* deinceps ſingulatim indicantur.

Quinquageſimo octavò, & quidem à fol. 288 pag. 2 uſque ad fol. 293 pag. 2, (3) *Synodi Alexandrinæ Epiſtola pro S. Athanaſio*, cujus principium: Ἠδυνάμεθα μὲν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν &c.

Quinquageſimo nonò, & quidem à fol. 293 pag. 2 uſque ad fol. 297 pag. 2, *S. Julij, primi ejus nominis Pontificis Romani Epiſtola ad Danium, Flacillum, alióſque nonnullos Epiſcopos orientales pro S. Athanaſio*; cujus principium: (4) Ἀνέγνων τὰ γράμματα, τὰ διὰ τῶν πρεσβυτέρων μου Ἐλπιδίου καὶ Φιλοξένου &c.

Sexageſimò, & quidem à fol. 297 pag. 2 uſque ad fol. 299 pag. 1, *Concilij Sardicenſis ad Eccleſiam Alexandrinam Epiſtola pro S. Athanaſio*; cujus principium: (5) Καὶ πρὶν μὲν λαβεῖν ἡμᾶς &c.

Sexageſimo primò, & quidem à fol. 299 pag. 1 uſque ad fol. 301 pag. 2, *Concilij Sardicenſis ad omnes Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos Epiſtola pro S. Athanaſio*; cujus principium: (6) Πολλὰ μὲν καὶ πολλάκις ἐτόλμησαν οἱ Ἀρειομανῖται &c.

Sexageſimo ſecundò, & quidem fol. 301 pag. 2, *Imp. Conſtantij ad S. Athanaſium Epiſtolæ tres*, quarum *prima* incipit his verbis: (7) Ἐπὶ πολὺ σε κλυδωνίζεσθαι &c; *ſecunda*, Εἰ καὶ τὰ μάλιστα &c; *tertia*, Ἡνίκα ἐν τῇ Ἐδέσσῃ &c.

Sexageſimo tertiò, & quidem fol. 301 pag. 2 & fol. 302 pag. 1, *S. Ju-*

M

(1) *Vide Operum S. Athanaſij editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I pag.* 701.
(2) *Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag.* 719.
(3) *Vide Operum S.* Athanaſij *edit. Pariſ. Tom. I pag.* 722. *Eſt autem hæc* prima *illarum* triginta quatuor Epiſtolarum, *quæ ſecundæ* S. Athanaſij Apologiæ *inſertæ ſunt.*
(4) *Vide Operum S.* Athanaſij *edit. Pariſ. Tom. I pag.* 739.
(5) *V. de ibidem pag.* 756.
(6) *Vide ibidem pag.* 760.
(7) *Vide ibidem pag.* 769.

S. Julij primi ejus nominis Pontificis Romani Epiſtola ad Presbyteros, Diaconos & Populum Eccleſiæ Alexandrinæ pro S. Athanaſio; cujus principium: (1) Συγχαίρω κἀγὼ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ Ἀδελφοί, &c.

(1) *Vide ibidem pag.* 770.

Sexageſimo quartò, & quidem fol. 302 pag. 1 & 2, *Imp. Conſtantij Epiſtola ad Epiſcopos & Presbyteros Eccleſiæ Catholicæ pro S. Athanaſio*; cujus principium: (2) Οὐκ ἀπελείφθη τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ὁ αἰδεσιμώτατος Ἀθανάσιος. &c.

(2) *Vide ibidem pag.* 772.

Sexageſimo quintò, & quidem fol. 302 pag. 2, *Imp. Conſtantij pro S. Athanaſio ad Populum Alexandrinum Epiſtola*, cujus principium: (3) Σκοπὸν ποιούμενοι τὴν ὑμετέραν &c.

(3) *Vide ibidem pag.* 773.

Sexageſimo ſextò, & quidem fol. 302 pag. 2, *Imp. Conſtantij pro S. Athanaſio Epiſtola ad Neſtorium, & eâdem formâ ad Auguſtamnicæ & Thebaidis & Libyarum Præſides*; cujus principium: (4) Ἐι τί ποτε περὶ τούτου &c.

(4) *Vide ibidem pag.* 774.

Sexageſimo ſeptimò, & quidem fol. 303 pag. 1, *Concilij Hieroſolymitani pro S. Athanaſio Epiſtola ad omnes in Ægypto & Libyis Epiſcopos, ut & ad Presbyteros, Diaconos & Populum Eccleſiæ Alexandrinæ*; cujus principium: (5) Κατ' ἀξίαν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ &c.

(5) *Vide ibidem pag.* 774.

Sexageſimo octavò, & quidem fol. 303 pag. 1, *duorum Epiſcoporum Urſacij & Valentis de falſis ſuis contra S. Athanaſium criminationibus Confeſſio pœnitentiæ ad Pontificem Romanum S. Julium I, ex latino in græcum ſermonem translata*; cujus principium: (6) Ἐπειδὴ συνέστηκεν ἡμᾶς περὶ τούτου &c.

(6) *Vide ibidem pag.* 776.

Sexageſimo nono, & quidem fol. 303 pag. 2, eorundem *Epiſcoporum Urſacij & Valentis ad S. Athanaſium Epiſtola reconciliatoria*, cujus principium: (7) Ἀφορμὴν εὑρόντες διὰ τοῦ ἀδελφοῦ &c.

(7) *Vide ibidem pag.* 776.

Septuageſimò, & quidem fol. 303 pag. 2, *Fragmentum Epiſtolæ Imp. Conſtantini Magni ad S. Athanaſium*, quod incipit his verbis: (8) Ἔχων τοίνυν τῆς ἐμῆς βουλήσεως τὸ γνώρισμα &c.

(8) *Vide ibidem pag.* 778.

Septuageſimo primò, & quidem fol. 304 pag. 1 & 2, *Imp. Conſtantini Magni pro S. Athanaſio Epiſtola ad Populum Eccleſiæ Alexandrinæ*; cujus principium: (9) Ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, προσαγορεύω ὑμᾶς, &c.

(9) *Vide ibidem pag.* 779.

Septuageſimo ſecundò, & quidem fol. 304 pag. 2, *Iſchyræ cujuſdam ad S. Athanaſium Epiſtola deprecatoria ob falſas de ipſo criminationes*; cujus principium: (10) Ἐπειδὴ προσῆλθόν σοι, Κύριε Ἐπίσκοπε, &c.

(10) *Vide ibidem pag. 782, ubi pro* σοι *mendosè legitur* μοι.

Septuageſimo tertiò, & quidem fol. 305 pag. 1, *Alexandri Epiſcopi*

ſcopi Theſſalonicenſis pro S. Athanaſio ad ipſum S. Athanaſium Epiſtola, cujus principium: (1) Συγχαίρω τῷ βελτίςῳ Σαραπίωνι &c. (1) Vide ibidem pag. 783.

Septuageſimo quartò, & quidem fol. 305 pag. 1 & 2, *Pinnæ Preſbyteri pro S. Athanaſio epiſtola ad Joannem quendam ipſius calumniatorem;* cujus principium: (2) Γινώσκειν σε θέλω, ὅτι ἀπέςειλεν Ἀθανάσιος &c. (2) Vide ibidem pag. 784.

Septuageſimo quintò, & quidem fol. 305 pag. 2 & fol. 306 pag. 1, *Imp. Conſtantini Magni Epiſtola ad S. Athanaſium pro ipſius innocentiâ;* cujus principium: (3) Τοῖς παρὰ τῆς σῆς συνέσεως ἐντυχὼν γράμμασι, &c. (3) Vide ibidem pag. 785.

Septuageſimo ſextò, & quidem fol. 306 pag. 1, *Arſenij Epiſcopi Hypſelitarum Epiſtola ad S. Athanaſium;* cujus principium: (4) Καὶ ἡμεῖς ἀσπαζόμενοι τὴν εἰρήνην &c. (4) Vide ibidem pag. 786.

Septuageſimo ſeptimò, & quidem fol. 306 pag. 1, *Imp. Conſtantini Magni Epiſtola ad Joannem S. Athanaſij calumniatorem;* cujus principium: (5) Πάνυ μοι καταθύμια γέγονε &c. (5) Vide ibidem pag. 787.

Septuageſimo octavò, & quidem fol. 306 pag. 2, *Breve à Meletio datum Alexandro Epiſcopo;* cujus principium: (6) Ἐγὼ Μελίτιος ἐν Λυκῷ &c. (6) Vide ibidem pag. 789.

Septuageſimo nonò, & quidem fol. 307 pag. 1 & 2, *Presbyterorum & Diaconorum Eccleſiæ Alexandrinæ pro S. Athanaſio Epiſtola ad Theognium & cæteros Epiſcopos è Tyro profectos;* cujus principium: (7) Ἔπρεπεν ὑμᾶς ἐρχομένους &c. (7) Vide ibidem pag. 791.

Octogeſimò, & quidem fol. 307 pag. 2 & fol. 308 pag. 1, *Presbyterorum & Diaconorum Mareoticorum pro S. Athanaſio Epiſtola ad Sanctam Synodum Beatorum Epiſcoporum Catholicæ Eccleſiæ;* cujus principium (8) Εἰδότες τὸ γεγραμμένον &c. (8) Vide ibidem pag. 792.

Octogeſimo primò, & quidem fol. 308 pag. 1, *eorundem Presbyterorum & Diaconorum Epiſtola ad Curioſum & Philagrium Præfectum Ægypti;* cujus principium: (9) Ἐπειδὴ Θεόγνιος, καὶ Μαρεῖς, &c. (9) Vide ibidem pag. 794.

Octogeſimo ſecundò, & quidem fol. 308 pag. 1 & 2, *eorum, qui cum S. Athanaſio ex Ægypto ad Concilium venerunt, Epiſtola ad Epiſcopos Tyri congregatos;* cujus principium: (10) Οὐκέτι νομίζομεν τὴν συσκευὴν &c. (10) Vide ibidem pag. 795.

Octogeſimo tertio, & quidem fol. 309, *eorundem S. Athanaſij ſociorum Epiſtola ad Flavium Dionyſium, Comitem Illuſtriſſimum;* cujus principium: (11) Πολλὰς ὁρῶντες συσκευὰς &c. (11) Vide ibidem pag. pag. 797.

Octogeſimo quartò, & quidem fol. 309 pag. 1 & 2, *Alexandri Epiſcopi Theſſalonicenſis pro S. Athanaſio Epiſtola ad Comitem Dionyſium*; cujus principium: (1) Φανερὸν ὁρῶ κατὰ Ἀθανασίου &c.

Octogeſimo quintò, & quidem fol. 309 pag. 2, *Comitis Dionyſij Epiſtola ad Euſebianos*, cujus principium: (2) Ταῦτα μὲν, ἃ νῦν διελεγόμην &c.

Octogeſimo ſextò, & quidem fol. 310 pag. 1, *Fragmentum Epiſtolæ Concilij Hieroſolymitani ad Eccleſiam Alexandrinam & ad omnes ubiq; Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos*; cujus principium: (3) Πᾶσι μὲν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσιν &c.

Octogeſimo ſeptimò, & quidem fol. 310 pag. 2, *Flavij Himerij Exactoris Mareotæ Epiſtola ad Colluthum*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ πρὸς Κόλλουθον. Τῷ Κολλούθῳ Φλάυιος Ἱμέριος, (4) ἐξάκτωρ (5) Μαρεώτου χαίρειν· Ἰσχύρα τοῦ πρεσβυτέρου δεηθέντος &c. In editione autem Pariſinâ perperàm & imperfectè legitur hoc modo: (6) Ἐπιστολὴ τοῦ καθολικοῦ Φλάυιος Ἱμέριος ἔξαρχος Μαρεώτου Ἰσχύρα &c. *Epiſtola Catholici, Flavius Himerius Præfectus Mareotæ: Ad preces Iſchyræ* &c. Corrigenda igitur eſt verſio illa latina & ſupplenda hoc modo: *Epiſtola ad Colluthum. Colluthο Flavius Himerius, Exactor Mareotæ, ſalutem: Ad preces Iſchyræ* &c. Hic videlicet eſt *Colluthus* ille, cujus ibidem *S. Athanaſius* paulo antè meminit his verbis: (7) καὶ ὅμως πεποιήκασι καὶ Βασιλέα γράψαι τῷ Κολλούθῳ &c.

Octogeſimo octavò, & quidem fol. 310 pag. 2 & fol. 311 pag. 1, *Imp. Conſtantini Magni pro S. Athanaſio Epiſtola ad Epiſcopos Tyri congregatos*; cujus principium: (8) Ἐγὼ μὲν ἀγνοῶ τίνα ἐστι τὰ ὑπὸ τῆς ὑμετέρας συνόδου &c.

Octogeſimo nonò, & quidem fol. 311 pag. 1 & 2, *Imp. Conſtantini Magni pro S. Athanaſio ad Populum Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſtola*, cujus principium: (9) Οὐδὲ τὴν τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς ἐννοίας ἀποπεφευγέναι γνῶσιν οἶμαι, &c.

Nonageſimò, & quidem fol. 312 pag. 1 & 2, *S. Athanaſij Epiſtola ad Serapionem de morte Arij Hæreſiarchæ*; cujus principium: (10) Ἐνέτυχον τοῖς παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας γραφεῖσιν, ἐν οἷς προετρέπες ἡμᾶς &c.

Nonageſimo primò, & quidem à fol. 313 pag. 1 uſq; ad fol. 330 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtola ad omnes ubiq; Monachos ſive ſoli-*

(1) *Vide ibidem pag.* 798.
(2) *Vide ibidem pag.* 799.
(3) *Vide ibidem pag.* 801.
(4) *Vide* Joā. Meurſij *Gloſſariū græco-barbarū v.* Ἐξάκτωρ. Imp. Juſtinian⁹ *in Novellis vocat hujuſmodi* Exactores tributorum & fiſcalium debitorū δημοσίων πράκτορας ἢ ἀπαιτητάς.
(5) Mareotes *fuit Ager Vrbis Alexandrinæ, in pagos maximos numero decem aut aliquāto plures diviſus, ut teſtatur ibidem ipſe S.* Athanaſi⁹ *pag.* 802.
(6) *Vide ibidem pag.* 803.

(7) *Vide ibidem pag.* 802. (8) *Vide ibidem pag.* 803. (9) *Vide ibidem pag.* 805. *Eſt autem hæc* ultima *illarum* triginta quatuor Epiſtolarum, *quæ* ſecundæ S. Athanaſij Apologiæ *inſertæ ſunt.* (10) *Vide ibidem pag.* 670.

ſolitariam vitam colentes, fundatoſq; in fide, & ſanctificatos in Chriſto JESV, *ac dicentes: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Principium ejus eſt: (1) Τῇ μὲν ἡμετέρᾳ διαθέσει πεισθεὶς, καὶ πολλάκις παρ' ὑμῶν προτραπεὶς, &c. (1) *Vide ibidem pag.* 808. In fine autem legitur hæc *ſubſcriptio,* Ἀθανασίου Ἐπισκόπου πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ μοναχοὺς περὶ τῶν γεγενημένων παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἐπὶ Κωνσταντίου. οὗτος ὁ λόγος δι' ὅλου κατὰ Κωνσταντίου συντέτακται τοῦ Πάπα. Hoc eſt: *Deſinit Athanaſij Epiſcopi ad omnes ubiq; Monachos de ijs, quæ ab Arianis ſub Imp. Conſtantio geſta ſunt, Epiſtola. Eſt autem totus hic liber ab illo Papâ compoſitus contra Imp. Conſtantiũ.* Inſertæ autẽ ſunt huic Epiſtolæ præter alia quædam ſuprà jam memorata Diplomata *Epiſtolæ duæ Imp. Conſtantij,* quarum *prima ad Neſtorium Præfectum Ægypti* fol. 317 pag. 2 incipit his verbis: (2) Φανερὸν ἐστι περὶ τούτου &c; (2) *Vide ibidem pag.* 824. *altera* autem *ad S. Athanaſium* ibidem hoc modo: (3) Εὐχὴν ἀεί μοι ταύτην γεγενῆσθαι &c; (3) *Vide ibidem pag.* 824. item fol. 321 pag. 1 & 2 *Hoſij Epiſcopi Cordubenſis ad Imp. Conſtantium pro S. Athanaſio Epiſtola,* cujus principium: (4) Ἐγὼ μὲν ὡμολόγησα καὶ τὸ πρῶτον &c. (4) *Vide ibidem pag.* 838.

Nonageſimo ſecundò, & quidem à fol. 330 pag. 1 uſque ad fol. 331 pag. 1, *Populi Alexandrini publicum Teſtimonium de Syriani Ducis horrendo ſcelere in Alexandrinos Chriſtianos orthodoxos ſub Imp. Conſtantio inſtinctu Arianorum in ipſâ Eccleſiâ edito.* Principium ejus eſt: (5) Ἤδη μὲν διεμαρτυράμεθα περὶ οἷς πεπόνθαμεν &c. (5) *Vide ibidem pag.* 866.

Nonageſimo tertiò, & quidem à fol. 331 pag. 1 uſque ad fol. 347 pag. 1, *S. Athanaſij Epiſtola de Synodis Arimini in Italiâ & Seleuciæ in Iſauriâ habitis;* cujus principium: (6) Ἔφθασε μὲν ἴσως καὶ παρ' ὑμᾶς ἡ ἀκοὴ περὶ τῆς &c. (6) *Vide ibidem pag.* 860. Inſerta autem ſunt etiam huic Epiſtolæ Teſtimonia quædam publica: nempe fol. 332 pag. 2 *Concilij Sirmienſis Confeſſio fidei coram Imp. Conſtantio;* cujus principium: (7) Πιστεύομεν εἰς ἕνα τὸν μόνον &c; (7) *Vide ibidem pag.* 875. fol. 333 pag. 1 *Concilij Ariminenſis Epiſtola ſynodalis ad Imp. Conſtantium,* cujus principium: (8) Ἐκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ κελεύσεως &c; (8) *Vide ibidem pag.* 877. fol. 333 pag. 2 ejuſdem *Concilij Ariminenſis Sententia contra Vrſacium & Valentem eorúmq; ſocios,* cujus principium; (9) Ἕως προσῆκον ἦν καὶ δυνατὸν &c; (9) *Vide ibidem pag.* 879. fol. 334 pag. 2, *Blaſphemia Arij, ſive hæreticæ ejuſdem & impiæ Confeſſionis fidei particula;* cujus principiũ: (10) Αὐτὸς γοῦν ὁ Θεὸς καθό ἐστιν, ἄῤῥητος ἅπασιν ὑπάρχει, &c; (10) *Vide ibidem pag.* 883. fol. 335 pag. 1 *Presbyterorum & Diaconorum Eccleſiæ Alexandrinæ, Arianiſmo infectorum, Confeſſio fidei per Epiſtolam ad S. Alexandrum Archiepiſcopum Alexandrinum;* cujus principium:

pium: (1) Ἡ πίστις ἡμῶν ἡ ἐκ προγόνων &c; fol. 336 pag. 2 *Concilij Hieroſolymitani Epiſtola ſynodalis ad Eccleſiam Alexandrinam*, cujus principiũ: (2) Πᾶσι μὲν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσιν &c, eſtq; eadem quæ extat ſuprà fol. 310 pag. 1; à fol. 337 pag. 1 uſque ad fol. 349 pag. 2 (3) *Euſebianorum diverſæ ſeptem Confeſſiones fidei* inter quas *una Theophronij Epiſcopi Tyanenſis*, cujus principium: (4) Οἴδασιν ὁ Θεὸς ὃν μάρτυρα καλῶ &c; fol. 343 pag. 2 *Dionyſij Archiepiſcopi Alexandrini ad Dionyſium Pontificẽ Romanũ Epiſtola apologetica*, cujus principiũ: (5) Καὶ δι᾽ ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα &c; fol. 346 pag. 2 *Imp. Conſtantij Epiſtola ad Concilium Ariminenſe*, cujus principium: (6) Ἀεὶ μὲν τὴν προηγουμένην &c; fol. 347 pag. 1 *Concilij Ariminenſis Reſcriptum ad Imp. Conſtantium*, cujus principium: (7) Τὰ γράμματα τῆς σῆς φιλανθρωπίας &c.

Nonageſimo quartò, & quidem à fol. 347 pag. 1 uſque ad fol. 354 pag. 2, *S. Athanaſij Apologia ad Imp. Conſtantium*, cujus principium: (8) Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε χριστιανὸν, &c. Inſertæ autem ſunt huic Apologiæ *tres Imp. Conſtantij Epiſtolæ*, quarũ *prima ad S. Athanaſium* incipit his verbis, Εὔχεσθαί με ἀεὶ &c; *ſecunda ad Alexandrinos*, Ἡ μὲν πόλις τὸ πάτριον &c; *tertia contra Frumentium Epiſcopum Auxumeos ad Tyrannos ejus loci* (9) *Aïzanam & Sazagam*, Πάνυ διὰ φροντίδος &c.

Nonageſimo quintò, & quidem fol. 354 pag. 2, *S. Athanaſij Epiſtola ad Joannem & Antiochum Presbyteros*, cujus principium: (10) Ἐχάρην δεξάμενος ὑμῶν &c.

Nonageſimo ſextò, & quidem fol. 354 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtola ad Palladium Presbyterum*, cujus principium: (11) Καὶ τὴν παρὰ σοῦ μόνου &c.

Nonageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 355 pag. 1 uſque ad fol. 356 pag. 2, ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtola ad Dracontium*, cujus principium: (12) Ἀπορῶ τί γράψω· ἆρα γὰρ &c.

Nonageſimo octavò, & quidem à fol. 356 pag. 2 uſq; ad fol. 359 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij aliorúmque nonaginta Epiſcoporum Ægypti & Libyæ ad Epiſcopos Africæ propriè dictæ Epiſtola contra Arianos*, cujus principium: (13) Ἱκανὰ μὲν τὰ γραφέντα &c.

Nonageſimo nonò, & quidem fol. 359 pag. 1 & 2, ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtola ad Imp. Jovianum de Fide*; cujus principium: (14) Πρέπουσα θεοφιλεῖ Βασιλεῖ φιλομαθὴς προαίρεσις καὶ πόθος τῶν οὐρανίων &c.

Cente-

(1) *Vide ibidem pag.* 885.
(2) *Vide ibidem pag.* 890.
(3) *Vide ibidem pag.* 892.
(4) *Vide ibidem pag.* 894.
(5) *Vide ibidem pag.* 918.
(6) *Vide ibidem pag.* 930.
(7) *Vide ibidem pag.* 930.
(8) *Vide ibidem pag.* 673.
(9) *In ipſo hoc Codice* Cæſareo *ſcriptum eſt* Αἰζανᾶ καὶ Σαζαγᾶ. *In ſuprà citatâ autem editione* Pariſinâ *Operum S.* Athanaſij *pag.* 696 *pro* Σαζαγᾶ *legitur* Σαζανᾶ.
(10) *Vide Operum S.* Athanaſij *editionem Pariſ. græco-lat. Tó.* I *pag.* 951.
(11) *Vide ibidem pag.* 952.
(12) *Vide ibidem pag.* 953.
(13) *Vide ibidem pag.* 921. (14) *Vide ibidem pag.* 245.

Centeſimò, & quidem fol. 360 pag. 1, *Imp. Joviani Epiſtola ad S. Athanaſium*, cujus titulus & principium: (1) Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ φίλῳ τοῦ Θεοῦ Ἀθανασίῳ Ἰωβιανός· Τοῦ ἐπιεικεστάτου σου βίου &c.

(1) *Vide Operum S. Athanaſij edition. Pariſ græco-lat. Tō. II pag.* 33.

Centeſimoprimò, & quidem fol. 360 pag. 1 & 2, *Lucij & Berniciani aliorúmq; quorundam Arianorum irrita quatuor contra S. Athanaſium cum Imp. Joviano Colloquia*: quorum *primum* incipit his verbis: (2) Πρώτη ἐντυχία, ἣν ἐποιήσαντο, ἀπερχομένου τοῦ Βασιλέως εἰς κάμπον, ἐν τῇ Ῥωμανησίᾳ πύλῃ· Δεόμεθά σου τοῦ κράτους &c.

(2) *Vide ibidem pag.* 27, 28 & 29.

Centeſimoſecundò, & quidem fol. 360 pag 2 & fol. 361 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij Confeſſio de Incarnatione Dei Verbi*; cujus principium: (3) Ὁμολογοῦμεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν πρὸ αἰώνων &c.

(3) *Vide ibidem pag.* 30.

Centeſimo tertiò, & quidem fol. 361 pag. 1, ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtola ad Imp. Jovianum*, cujus principium: (4) Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῷ βαπτίσματι &c.

(4) *Vide ibidem pag.* 34.

Centeſimo quartò, & quidem à fol. 361 pag. 2 uſque ad fol. 390 pag. 1, *S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Commentariorum in Exodū* Βιβλία ſive *Libri tres*, quorum *primus* in *quatuor*, Λόγους ſive *Sermones*, & *ſecundus* itidem in *quatuor Sermones*, *tertius* autem in *quinque Sermones* diviſus eſt. Libri *primi* Sermo *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Θεωρία εἰς τὴν Ἔξοδον· Ἄρτι καὶ μόλις τὸ ἐπὶ τῆς Γενέσεως βιβλίον διὰ πολλῆς ἰσχνομυθίας &c. Libri autem *tertij* Sermo *quintus* ſive *ultimus* deſinit his verbis: δεδαπανήκαμεν γὰρ εἰς τοῦτόν τε ἔννατον καὶ δέκατον Λόγον. Τέλος τῶν εἰς τὴν Ἔξοδον τοῦ μακαρίου Κυρίλλου.

Centeſimo quintò, & quidem à fol, 390 pag. 1 uſque ad fol. 399 pag. 1, ejuſdem *S. Cyrilli Alexandrini Commentarius in Leviticum*, diviſus in *quinque Sermones*, quorum *primus* incipit his verbis: Ὁ μὲν τῶν ὅλων Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, &c.

Centeſimo ſextò, & quidem à fol. 399 pag. 1 uſque ad fol. 408 pag. 1. ejuſdem *S. Cyrilli Alexandrini Commentarius in Librum Numerorum*, diviſus in *quinque Sermones*, quorum *primus* incipit his verbis: Ἀπηνῆ καὶ ἄγριον ἐπὶ Χριστὸν τὴν γλῶτταν ἀνέντες οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, &c.

Centeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 408 pag. 1 uſque ad fol. 414 pag. 2, ejuſdem *S. Cyrilli Alexandrini Commentarius in Deuteronomium*, diviſus in *quinque Sermones*, quorum *primus* incipit his verbis: Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας &c.

Cen-

Centeſimo octavò, & quidem à fol. 415 pag. 1 uſque ad fol. 420 pag. 2, *S. Joannis Damaſceni Liber contra Neſtorianam hæreſin*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔπος ἀκριβέστατον κατὰ τῆς θεοστυγοῦς αἱρέσεως τῶν Νεστοριανῶν· Πρὸς τοὺς Νεστορίου ὁμόφρονας οὕτως ἀρκτέον τοῦ λόγου· εἴπατε ἡμῖν ὦ οὗτοι, τίνα συνέλαβεν ἡ ἁγία Θεοτόκος &c.

Centeſimo nonò, & quidem à fol. 420 pag. 2 uſque ad fol. 423 pag. 2, *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Epiſtola ad Monachos Euphrateſiæ, Oſroënæ, Syriæ, Phœnices & Ciliciæ*; cujus titulus & principiũ: Θεοδωρήτου πρὸς τοὺς ἐν τῇ Εὐφρατησίᾳ, καὶ Ὀσροηνῇ, καὶ Συρίᾳ, καὶ φοινίκῃ, καὶ Κιλικίᾳ μονάζοντας· Ὁρῶν τὴν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν &c.

Centeſimo decimò, & quidem à fol. 423 pag. 2 uſq; ad fol. 424 pag 2, ejuſdem *Theodoreti Demonſtratio, quòd Chriſtus etiam poſt aſſumptionem humanæ naturæ unus ſit Filius*; cujus titulus & principium: Ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν εἷς υἱὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Οἱ τὰς καθ' ἡμῶν συκοφαντίας συντεθεικότες &c.

Hactenùs igitur bonâ fide recenſui, quæ *etiamnunc* contineantur præſtantiſſimo illo Codice, qui inter *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* Codices MStos *Theologicos Græcos* eſt *quinquageſimus ſeptimus*. Dolendum enim eſt, eundem Codicem poſt V. CL. *Sebaſtiani Tengnagelij* obitum ſceleſti cujuſdam hominis manu in fine eſſe mutilatum, diſciſsâque compacturâ, furtivè ablata eſſe *omnia ea folia*, quæ, ut jam memoratus *Tengnagelius* duplici annotatione teſtatum reliquit, continuerunt *S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini* (1) *duodecim Anathematiſmos*, ſive *duodecim Capita Fidei Catholicæ contra Neſtorianam hæreſin*, pronunciata ab ipſo & declarata *Epheſi* in Concilio Generali tertio; ſimul etiam *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Reprehenſionem atque oppugnationem eorundem duodecim Capitum*, unà cùm *S. Cyrilli Apologiâ* ſive *defenſione*, præfixâque *Epiſtolâ ad Euoptium*.

LVIII.

Quinquageſimus octavus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátq; *quadraginta octo* folijs, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 30, (3) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πα-

πρὸς

(1) *Extant* ij græcè & latinè *unà cum* Theodoreti oppugnatione & S. Cyrilli defenſione *Tomo I Conciliorũ generalium editorum Romæ typis Vaticanis A* 1608 *in folio. Vide ibi Partem tertiam Actorum* Concilij Epheſini *à pag.* 503 *uſque ad pag* 573. (2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecenteſimus vigeſimus quintus. (3) *Vide operum* S. Athanaſij *editionem Pariſinam græcolatinam Tom. II pag.* 331.

τρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας (1) Κεφάλαια ἀναγκαῖα πρὸς Ἀντίοχον Ἄρχοντα περὶ πλείστων καὶ ἀναγκαίων ζητημάτων τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀπορουμένων, καὶ παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς (2) γινωσκομένων. Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri Athanaſij Archiepiſcopi Alexandriæ Capita neceſſaria ad Antiochum* (3) *Præfectum de multis & neceſſarijs Quæſtionibus in Sacrâ Scripturâ controverſis, & omnibus Chriſtianis cognitu utilibus.* Incipit deinde prima Ἐρώτησις ſive *Quæſtio* his verbis: Πιστεύσαντες καὶ βαπτισθέντες εἰς Τριάδα ὁμοούσιον &c. Ἀπόκρισις autem ſive *Reſponſio* incipit hoc modo: Ἀπείρηγο ὁ λόγος καὶ ὁ τρόπος τῆς εὐσεβείας, &c. Quod porrò ad *ultimam* illarum *Quæſtionum* attinet ea ibi numeratur *centeſima trigeſima* (4) *prima*, incipitq; his verbis: Ἐάν τις λογίσηται τι πρᾶγμα &c. Cæterùm quamvis *Quæſtiones* iſtæ & *Reſponſiones* tàm in Codice MSto *Cæſareo*, de quo in præſens agitur, quàm in editionibus impreſſis *Commelinianâ* & *Pariſinâ*, *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino* expreſsè ac nominatim attribuantur, rectè tamen Eminentiſſimus Card. *Bellarminus* in Libro de *Scriptoribus Eccleſiaſticis* jam pridem obſervavit, perperàm ac falsò id fieri, verúmque earum autorem *S. Athanaſio* longè recentiorem eſſe. Is enim, ut ex multis (5) indicijs luculentè apparet, eſt *Athanaſius* ille *Junior*, qui primus omniũ, tanquam σύγχρονος ſive (6) *coætaneus*, literis mandavit celeberrimum illud *Miraculum*, quod A.C.765 ſub *Imp. Conſtantino V*, cognomine *Copronymo*, *Caballino*, *Iconomacho* & *Iconoclaſtâ*, cùm quæſtio de ſacrarum Imaginum cultu quàm maximè agitaretur, opportuniſſimè contigit *Beryti* per *Chriſti* Salvatoris noſtri *Imaginem*, quæ cùm à *Judæis* ad imitationem Paſſionis Dominicæ per ludibriũ crucifixa eſſet, verum ex latere ſuo emiſit *ſanguinem* & *aquam*. Quâ de re jam olim ſatis prolixè egi Libri *primi* horum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Commentariorum pag. 123 & deinceps uſque ad pag. 132.

Secundò, & quidem fol. 31 & 32, *de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* Sententiæ quædam notabiles diverſorum; nempe *anonymi* cujuſdam Sancti (7) *Anachoretæ*, S. (8) *Baſilij* Magni,

N

(1) *Hæ duæ voces* Κεφάλαια ἀναγκαῖα *tàm in memoratâ editione Pariſinâ, quàm in Commelinianâ omiſſæ ſunt.* (2) *Ita quidẽ ibi ſcriptũ eſt; ſed malim legi, ut in ſuprà citatis duabus editionibus impreſſis,* καὶ παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς γινώσκεσθαι ὀφειλομένων, *eámque lectionem in verſione latinâ hîc ſecutus ſum.* (3) *Ita hîc malui* Ἄρχοντα *vertere, quàm, ut in editionibus* Commelinianâ *&* Pariſienſi *legitur*, Principem. (4) *In ſuprà memoratis editionibus impreſſis eſt ea* centeſima trigeſima. (5) *Vide imprimis* Reſponſionem *ad* Quæſtionem 39. *ubi* Edictorũ *ab* Imperatoribus *iconomachis* Leone III *&* Conſtantino V *contra cultum ſacrarũ Imaginum promulgatorum expreſsè meminit his verbis:* Εἶτα τί φασι πρὸς ταῦτα οἱ ἀποστρεφόμενοι καὶ ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΕΣ μὴ προσκυνεῖσθαι τοὺς χαρακτῆρας τῶν ἁγίων; *ubi & hoc obiter notandum eſt, duas voces* ἀποστρεφόμενοι καὶ *in ſuprà citatis editionibus impreſſis deeſſe.* (6) *Hoc enim manifeſtiſſimè apparet ex his Narrationis ipſius verbis,* ὅπερ γέγονε νῦν, *&* ὅπερ γέγονε ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν, *hoc eſt,* quod contigit NVNC, *&*, quod contigit in diebus NOSTRIS. (7) *Similem Sententiam vide in* Reſponſione *ad* Quæſtionem *24tam* Interpretationis Parabolarum Evangelij, *quæ vulgò attribuitur* S. Athanaſio. *Vide Operum ejus editionem Pariſ. græco-latinam Tom. II pag.* 398. (8) *Citatur ibi Commentarius ejus in* Eſaiam.

gni, S. (1) *Joannis* Chryſoſtomi, S. *(2) Cyrilli Alexandrini*, S. (3) *Diadochi Epiſcopi Photices*, (4) *Iſidori* Peluſiotæ, & (5) *Nili* Monachi.

Tertiò, & quidẽ à fol. 33 uſq; ad fol. 48, *anonymi* cujuſdã Autoris Ἐξήγησις ſive *Explicatio* quorundã *Canonũ* ſive *Canticorũ Eccleſiaſticorum*, quorũ primũ incipit: Χριστὸς βροτωθεὶς ἦν ὅπερ Θεὸς μένει.

L I X.

Quinquageſimus nonus, (6) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *octavo*, conſtátque *centum triginta ſex* folijs, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidẽ fol. 1, 2 & 3, Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς λθ´ ἑορταστικῆς Ἐπιστολῆς, ὁποῖα δεῖ βιβλία κατέχειν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης τὸν χριστιανὸν καὶ ὀρθόδοξον. Hoc eſt: Ex *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtolâ trigeſimâ nonâ Feſtali, quoſnam Veteris & Novi Teſtamenti libros Chriſtianus orthodoxus habere debeat, Fragmentum*, cujus principium: (7) Ἐπειδή τινὲς ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι ἑαυτοῖς τὰ λεγόμενα ἀπόκρυφα, &c; finis autem: (8) ἀπατῶν ἐν τούτοις τοὺς ἑβραίους. Earundem ἑορταστικῶν ſive *Feſtalium S. Athanaſij Epiſtolarum* meminit quoque *S. Hieronymus* capite 87 de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 2 uſque ad fol. 56 pag. 1, (9) Τοῦ ὁσίου Ἀββᾶ Ἰωάννου πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· hoc eſt, *S. Abbatis Joannis Presbyteri Damaſceni* (10) *Editio accurata orthodoxæ Fidei*. Sequitur deinde Libri *primi* Caput *primum*, quod inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὅτι ἀκατάληπτον τὸ Θεῖον, καὶ οὐ δεῖ ζητεῖν καὶ περιεργάζεσθαι τὰ μὴ παραδεδομένα ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων Προφητῶν καὶ Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς αὐτὸς ἐξηγήσατο. Ἄρρητον οὖν τὸ Θεῖον &c. Pertingit autem ibi illud Opus non ultra Libri *ſecundi* Caput *decimum ſeptimum*, quod inſcribitur περὶ φανταστικοῦ ſive (11) *de Phantaſiâ*.

Tertiò, & quidem à fol. 56 pag. 2 uſque ad fol. 60 pag. 2, Ἐκ τοῦ Χρονικοῦ Βιβλίου ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ἑρμηνεία πόσον καιρὸν ἐποίησεν ὁ Κύριος

(1) *Citatur ibi Homilia ejus* in Chananæam.

(2) *Citatur ibi Opus ejus contra* Imp. Julianum Apoſtatã.

(3) *Citantur ibi* Capita *ejus* aſcetica.

(4) *Citantur ibi* Capita *ejus* aſcetica.

(5) *Intelligitur ſine dubio S.* Nilus Abbas, S. Joannis Chryſoſtomi *diſcipulus.*

(6) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus ſexageſimus nonus.

(7) *Vide Operum* S. Athanaſij *edit. Pariſ. græco-latinã Tom. 1* *pag* 38.

(8) *In edit. Pariſ. pag.* 40 *legitur* ἀπατῶν ἐκ τούτου τοὺς ἀκεραίους, *hoc eſt*, ad decipiendos ſimplices. (9) *Vide Operum* S. Joannis Damaſceni *editionem Pariſinam A.* 1619 *in folio, ſtudio & operâ* Jacobi Billij *adornatam, pag* 244; *ſed ibi Opus hoc* de Orthodoxâ Fide *extat tantùm* latinè. (10) *In jam memoratâ editione Pariſinâ Billianâ pro* Editio *legitur* Expoſitio. *Videtur ergò in Codice MSto Græco, quo Billius uſus eſt, ſcriptum fuiſſe* Ἔκθεσις *pro* Ἔκδοσις. (11) *Vide ſuprà citatam editionẽ Pariſinam Billianã pag.* 331.

ριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν· hoc eſt: *Ex Libro Chronico HIPPOLYTI Expoſitio, quantum temporis Dominus noſter* J*ESVS* *Chriſtus habitaverit in Mundo poſt aſſumptionẽ humanæ naturæ.* Sequitur deinde ipſa *Narratio* his verbis: Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεχρὶ τῆς τῶν Μάγων παρουσίας εἰσὶν ἔτη δύο· (1) περὶ γὰρ τοῦ γεννηθῆναι αὐτὸν ἐφάνη ὁ ἀστὴρ τοῖς Μάγοις. ἐκ τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσεως &c. Deſinit autem hoc modo: Υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ ὁ Κύριος ὀνομάζεται, ἐπεὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, τῶν ἐκ τῆς πρώτης γυναικὸς, ἀδελφὸς ἐνομίζετο. Operæ pretium autem fuerit, Fragmentum hoc *manuſcriptum* accuratè conferri cum (2) ſuprà memoratis editionibus impreſſis *Nicephori*, *Sambuci* & *Caniſij*, ut & cum altero illo exemplari *manuſcripto*, quod ibidem deſcriptioni Codicis XXIXni integrum inſerui.

(1) *Hæc verba,* Περὶ γὰρ *& reliqua uſque ad vocem* Μάγοις *incluſivè, deſunt in editione* Caniſianâ. *In* Sãbuci *autẽ editione latinâ deeſt vox* ὁ ἀστὴρ *ſive* ſtella.

(2) *Vide ſuprà pag.* 45, 46 & 47.

Quartò, & quidem à fol. 60 pag. 2 uſque ad fol. 72 pag. 1, *anonymi* cujuſdam Autoris Κεφάλαια κέ ἐκ τῆς στηλογραφίας τοῦ μεγάλου Γρηγορίου Θεολόγου, ſive, *Hiſtoriarum ac Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam Orationibus invectivis meminit, Explicatio, diviſa in Capita viginti quinque.* Horum primum inſcribitur Περὶ τοῦ Διὸς, ſive, *de Jove*; ſecundum περὶ τῆς Ῥέας, ſive, *de Rheâ*; &c. Unicuique etiam Capiti præfixum eſt τὸ Κείμενον ſive *Contextus*, in quo cujuſque *Hiſtoria* aut *Fabulæ* fit mentio. Diverſa autem eſt hæc *Explicatio* ab alterâ ejuſdem generis Expoſitione, quæ extat in Operum *S. Gregorij Nazianzeni à Jacobo Billio* Lutetiæ Pariſiorum typis Regijs apud Claudium Morellum A. 1609 duobus Tomis in folio græcè & latinè editorum, Tomo ſecundo, pag. 499, & *Nonno Pannopolitæ* attribuitur.

Quintò, & quidem fol. 72 pag. 1 & 2, *anonymi* cujuſdam Autoris *Explicatio* primi verſùs Capitis noni *Proverbiorum Salomonis:* Ἡ Σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά· hoc eſt, ſecundùm vulgatam verſionem latinam: *Sapientia ædificavit ſibi domum; excidit columnas ſeptem.*

Sextò, & quidem à fol. 73 uſque ad fol. 77, Ordo *Lectionum Evangelicarum*, aliarúmq; quarundam *Cæremoniarum Eccleſiaſticarum* in Eccleſiâ *Græcâ*.

Septimò, & quidem à fol. 78 pag. 1 uſque ad fol. 111 pag. 1, *Canones* quidam, ſive, *Cantica* quædam *Eccleſiaſtica, Scholijs græcis* è regione appoſitis illuſtrata, quorum *primum in Nativitatem Chriſti* incipit hoc modo:

Ἱκεσίοις, εὐγλώσσοις,

Μέλεσιν, μελῳδήμασιν, &c.

Octavò, & quidē à fol. 111 pag. 1 uſq; ad fol. 115 pag. 2, *S. Gregorij Nazianzeni Carmina quædam*, quorum *primum* Πρὸς νουθεσίαν inſcriptum, incipit hoc verſu: Ἀρχὴν ἁπάντων ποιοῦ Θεὸν καὶ τέλος.

Nonò, & quidem fol. 116 & 117, *anonymi* cujuſdam Autoris *Confeſſio Fidei*, cujus principium: Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν γεννητὸν, καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορευτόν· &c.

Decimò, & quidem à fol. 117 uſque ad fol. 119 pag. 1, *S. Cyrilli Alexandrini Quæſtiones & Reſponſiones de Fide orthodoxâ circa Deum & Sanctiſſimam Trinitatem*: quarum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου περὶ πίστεως. Ἐρώτησις· Ἐπὶ τῆς θεολογίας ὁποίας φύσεις ὁμολογεῖς; Ἀπόκρισις· Μίαν. Ἐρώτησις· Ποίαν ταύτην; Ἀπόκρισις· Θεότητα. Ἐρώτησις· Τί ἐστι Θεός; Ἀπόκρισις. Οὐσία ἀναίτιος, &c.

Vndecimò, & quidem fol. 119 & 120, *S. Joannis Damaſceni Fragmentum de Sanctiſſimâ Trinitate*, cujus principium: Ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος μίαν φύσιν ὁμολογῶ &c.

Duodecimò, & quidem fol, 120 *Fragmentum Chronologicum de tempore Nativitatis, Baptiſmi, & Mortis Chriſti*; cujus principium: Ἐτέχθη ὁ Χριστὸς ἡμέραν ϛ', ὥραν ζ τῆς νυκτός. &c.

Decimotertiò & quidem fol. 120 pag. 2 & fol. 121 pag. 2 *Excerpta quædam ex Sophronij Epiſcopi Hieroſolymitani Encomio in S. Joannem Evangeliſtam*; quorum titulus & principium: Ἐκ τοῦ Ἐγκωμίου εἰς τὸν θεολόγον Ἰωάννην ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ Ἱεροσολύμων· Ὅτι μόνον τὸν ἅγιον Πέτρον ἐβάπτισεν ὁ Χριστὸς οἰκείαις χερσὶν, καὶ Πέτρος Ἀνδρέαν, καὶ Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος τοὺς λοιποὺς Ἀποστόλους· καὶ ὅτι πάντων φευγόντων, Ἰωάννης, ὡς ἀγαπητὸς, ἐν τῇ παραδόσει καὶ ἐν τῷ σταυρῷ παρῆν, καὶ πρῶτον τοῦ Πέτρου εἰς τὸν τάφον ἦλθεν· &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 121 pag. 1 uſque ad fol. 124 pag. 1, Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ Μεγάλου ἐπιτίμιον εἰς τοὺς παραπίπτοντας καὶ ἁμαρτάνοντας, ſive *Baſilij Magni Pœnitentiale*, cujus principium: Ἡ προβολὴ τοῦ λογισμοῦ ἀναμάρτητος &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 124 pag. 1 uſque ad fol. 131 pag. 2, *Anaſtaſij Abbatis Sinäitæ Quæſtiones & Reſponſiones quædam de Pœnitentiâ*, quarum titulus & principium: Ἐκ τοῦ Ἀββᾶ Ἀναστασίου τοῦ Σιναΐτου Ἐρώτησις. Λέγουσι τινὲς, ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἡ μετά-

νοια τὸ ἐνδῦναι καὶ παύσασθαι τῆς ἁμαρτίας. Ἀπόκρισις. Οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν οἱ τοῦτο λέγοντες· οὔτε γὰρ &c.

Decimoſextò, & quidem à fol. 131 pag. 2 uſque ad fol. 134 pag. 1, *Ex S. Gregorij Nyſſeni Epiſtolâ Canonicâ ad S. Letojum Epiſcopum Melitenæ in* (1) *Cappadociâ Fragmentum de homine*; cujus titulus & principium: (2) Γρηγορίου Νύσσης ἐκ τῆς κανονικῆς Ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Λητόϊον, Ἐπίσκοπον (3) Μελιτηνῆς περὶ ἀνθρώπου· Ὅτι τὸ μὲν κατ' εἰκόνα τὸ νοερὸν δηλοῖ καὶ αὐτεξούσιον· &c

Decimò ſeptimò, & quidem fol. 134 & 135, *S. Gregorij Neocæſareenſis*, cognomine *Thaumaturgi*, *Expoſitio Fidei*, quam ſub principium ſuſcepti muneris Epiſcopalis per revelationem nocturnæ viſionis accepit à S. Joanne Evangeliſtâ, qui ipſi vigilanti in lecto, & de ratione ſermonéque Fidei ſecum diſceptanti, unà cum Beatiſſimâ Deiparâ apparuit. Titulus ejus eſt ibi talis: Ἔκθεσις πίστεως, ἣν ὁ θεολόγος καὶ ἀπόστολος Ἰωάννης ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς παναγίας Θεοτόκου κατ' ἐπιτροπὴν αὐτῆς τῷ ἁγίῳ καὶ θαυματουργῷ Γρηγορίῳ ἐν ὀπτασίᾳ ἀπηγόρευσεν. Incipit deinde ipſa *Expoſitio Fidei* his verbis: Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, &c. Integram autem videſis eandem, unà cùm antiquâ ævi *Imp. Caroli Magni* verſione *latinâ* & neceſſarijs quibuſdam *Annotationibus*, Capite *quinto* Libri *ſecundi* horum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Commentariorum, à pag. 270 uſque ad pag. 274.

Decimo octavò, & quidem fol. 135, *anonymi cujuſdam Autoris Expoſitio versûs trigeſimi tertij Capitis undecimi Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Hebræos*. Οἳ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην· hoc eſt, ſecundùm vulgatam verſionem latinam: *Qui per fidem devicerunt Regna, operati ſunt juſtitiam.*

Decimo nonò, & quidem fol. 136, *anonymi* cujuſdam Autoris *Synopſis viginti duarum Periodorum Chriſti*, earúmque cum *viginti duobus Operibus Creationis*, totidémque *literis Alphabeti Hebraici* comparatio. Titulus hujus Synopſeos & principium ſic habent: Αὗται εἰσὶν αἱ Περίοδοι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· Α, ἡ ἀποστολὴ τοῦ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Θεοτόκον· Β, ἡ κατάβασις τοῦ Θεοῦ Λόγου &c.

L X.

Sexageſimus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, & conſtat *octoginta quatuor* folijs. Continentur eo hæc:

N 3 Pri-

(1) *Vide* Strabonis Geograph. lib. 11 & 12 *ubi* Μελιτηνὴ *eſt nomen* Στρατηγίας *ſive* Provinciæ *in Cappadociâ. Apud* Stephanum *autem in Onomaſtico Vrbium vocatur* Μελιτηνὴ πόλις *ſive* Vrbs *Cappadociæ.* (2) *Vide* Tom. I *editionis Operum S.* Gregorij Nyſſeni *græco-latinæ Pariſienſis A.* 1615 *in folio, pag.* 946. (3) *Ita hic ſine controverſiâ legendũ eſt; nempe* Μελιτηνῆς *ſi*ve Melitenæ, *nõ autem* Μυτιλήνης *ſive* Mytilenæ, *ut mẽdosè legitur in R. P.* Philippi Labbæi *Diſſertatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Tom.* I *pag.* 380. (4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus vigeſimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 51 pag. 1, Τοῦ ἁγιωτάτου Ἀθανασίου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Σύνοψις ἀκριβεστάτη εἰς τὸ παλαιὸν· (1) hoc eſt; *Sanctiſſimi Athanaſij Patriarchæ Alexandrini Synopſis accuratiſſima in Vetus Teſtamentum*, ſive, *Epitome Hiſtoriæ Sacræ Veteris Teſtamenti*, cujus principium: Χρὴ τὸν ἀληθῆ Χριστιανὸν ἐπίστασθαι τί Θεὸς, καὶ ὁσαχῶς ὁ Θεὸς, καὶ κατά τι εἴρηται Θεός. Θεὸς ὁ Πατὴρ ὁ ἄναρχος, ἀπερίγραπτος, ἀπεριόριστος, ἀγέννητος, &c. Pertingit autem hæc *Synopſis* ſive *Epitome* tantùm uſq; ad *interitū Abſalonis*, cujus narratio ibi clauditur his verbis: Περὶ τούτου μέμνηται ὁ σοφὸς οὕτως· ἀκηκοὰς τὸν Ἀβεσαλὼμ, πῶς τῆς φύσεως αὐτεξανέστη, ἔγνως τὰς ἐναγεῖς αὐτοῦ πράξεις, ἂς ἐξύβρισε τὴν κοίτην Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἀλλὰ φεῦγε τὴν μίμησιν, καὶ λέγε Θεῷ τὰς ἁμαρτίας σου. Δόξα τῷ Θεῷ, καὶ τέλος, ἀμήν. Cæterùm quamvis hoc Opuſculum expreſsè ibi attribuatur *S. Athanaſio*, re verâ tamen ſuppoſititium eſt, & omninò diverſum ab alterâ illâ *Synopſi Sacræ Scripturæ*, quæ extat Tomo *ſecundo* editionis Pariſinæ Operum *S. Athanaſij* à pag. 55 uſq; ad pag. 157 ſub hoc titulo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Σύνοψις ἐπίτομος τῆς θείας γραφῆς παλαιᾶς καὶ νέας Διαθήκης. Incipit autem his verbis: Πᾶσα γραφὴ ἡμῶν Χριστιανῶν θεόπνευστός ἐστιν· οὐκ ἀόριστα δὲ, ἀλλὰ μᾶλλον ὡρισμένα καὶ κεκανονισμένα ἔχει τὰ βιβλία· &c.

(1) *Videtur hic ſubaudienda eſſe vox* Τεῦχος.

Secundò, & quidem à fol. 51 pag. 2 uſque ad fol. 52 pag. 2, Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ Ἴαμβοι εἰς ἀρετὰς καὶ κακίας· hoc eſt, *Sapientiſſimi Pſelli Jambi in Virtutes & Vitia*. Subjunguntur etiam ibidem alia tria Epigrammata ἀνεπίγραφα, quæ videntur eſſe ejuſdem Pſelli; nempe (2) *unum* in *S. Baſilium Magnum*, & (3) *duo* in *Epicteti Enchiridion*.

(2) *Incipit illud*: Ὁ νοῦς ὁ θεῖος, ὁ στερέμνιος στῦλος *&c.*

(3) *Incipiunt illa*: Μοῦπν Ἐπικτήτοιο *&c*; *&* Ὄρχιν Ἐπικτήτοιο *&c.*

Tertiò, & quidem fol. 53 pag. 1, *anonymi* cujuſdam Autoris *Obſervationes* quædam *miſcellaneæ* de *Creatione hominis* & *Paradiſo*; item de *Morte*, quòd nec bonum ſit, nec malum, ſed aliquid medium; & de *Scopo ac fine Chriſtianiſmi*.

Quartò, & quidem fol. 53 pag. 2, *Theophylacti Simocatti Epiſtola ethica commentitia, quaſi ab Iſocrate ad Dionyſium Siciliæ Tyrannum ſcripta*, cujus titulus & principium: (4) Ἰσοκράτης Διονυσίῳ· Πρόπομποι, καὶ ῥαβδοῦχοι, καὶ κήρυκες, καὶ θρόνων ὑψηλοτάτων ἐπίτευξις, φιλοσοφίας εἰσὶν ἄχλυς &c.

Quin-

(4) Vide Epiſtolas græcanicas mutuas, *græcè & latinè Aureliæ Allobrogum ſive Genevæ ſumptibus Caldorianæ Societatis A. 1606 in folio editas, pag.* 415.

Quintò, & quidẽ fol. 53 pag. 2 & fol. 54 pag. 1, *Excerpta* quædam ex *Suidæ Lexico* de ſignificatione & uſu vocabulorum Ἐγκώμιον, Παραγραφὴ, Παραίνεσις & Παράκλησις, ſub titulo Παρὰ τῷ Σουίδᾳ. Ut autem ex qualicunque ſpecimine appareat, operæ pretium eſſe *manuſcripta* illa Excerpta cum editionibus *impreſſis* conferri, ſubjungo hîc *quartum* duntaxat ſive ultimum locum, ubi agitur de voce Παράκλησις. Is enim in *Lexico Suidæ*, ab *Æmilio Porto* græcè & latinè adornato, ac Coloniæ Allobrogum ſive Genevæ apud Petrũ & Jacobũ Chovët A. 1619 duobus Tomis in folio edito, extat hoc modo: (1) Παράκλησις ἀντὶ τοῦ προτροπή. Ἰσοκράτης· διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες. Λυκοῦργος δὲ ἀντὶ τοῦ δεήσεως ἐχρήσατο, λέγων· ὑμᾶς οἶμαι τοῦτο ποιήσειν, καὶ χωρὶς τῆς ἐμῆς παρακλήσεως. In *manuſcripto* autem hoc Codice *Cæſareo* legitur idem locus aliquanto auctior, ut ex ſequenti apographo videre eſt: (2) Παράκλησις ἀντὶ τοῦ προτροπή· Ἰσοκράτης Παραινέσεσι· διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες. τιθεταὶ μὲν τοι σπανίως καὶ ἀντὶ τῆς δεήσεως. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας προειπών· Ἐι μὲν ὑπὲρ ἰδίου τινὸς ἦν ὁ ἀγὼν, ἐδεόμην ἂν ὑμῶν μετ' εὐνοίας ἀκοῦσαί μου· μετ' ὀλίγοι φησίν· Νυνὶ δὲ αὐτοὺς ὑμᾶς οἶμαι τοῦτο ποιήσειν, καὶ χωρὶς παρακλήσεως τῆς ἐμῆς.

(1) Tomi II pag. 434.

(2) Eodem prorſus modo extat etiam hic locus in Harpocrationis Dictionario in decem Rhetores edito à Philip. Jac. Mauſſaco Pariſiis apud Claudium Morellum A. 1614 in quarto, pag. 230.

Sextò, & quidem à fol. 55 uſque ad fol. 78, *Coſmæ Hieroſolymitani* Ἔκφρασις ſive *Enarratio ſingulorum Pſalmorum totius Pſalterij Davidici carmine jambico*. Incipit ea ibi à *ſecundo Pſalmo* his verſibus:

Οὗτος τὸ πλάτος προδηλοῖ τοῦ θεανθρώπου Λόγου·
Ἵνα τι (3) ἐφρύαξαν ἔθνη, φησὶν, ἀφρόνως·
Κενὰ δὲ μεμελέτηκε λαὸς τῶν Ἰουδαίων· &c.

Integra autem extat eadem *Ecphraſis* unà cum nomine Autoris & Proœmio in *alio* quodam *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto, de quo poſthac prolixiùs atque accuratiùs agetur, cùm recenſionis ordo ad ipſum pervenerit. Interim tamen facere non poſſum, quin in anteceſſum indicem, *Ecphraſin primi Pſalmi*, ibi incipere hoc modo:

Ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν ψαλμῶν ἔχουσι λόγων εἴδη,
Ὁ δὲ παρὼν καὶ πρῶτος εἶδος διπλὸν ἐπέχει
Διδακτικὸν, συνηθικὸν, &c.

(3) In altero Codice MSto Cæſareo inſeritur hic particula γάρ.

Meminit hujus *Operis* ac *Codicis* etiam *Joan. Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Univerſali his verbis: *Coſmi Poetæ in Pſalmos Davidis Para-*

Paraphraſis Græca MS. fol. Bibl. Imperat. Viennæ. Sed pro *Coſmi* legendum ibi eſt *Coſmæ*, eodémque modo corrigendus eſt (1) *Catalogus Codicum MStorum Theologicorum Græcorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, quem R.P. *Antonius Poſſevinus* ex jam memoratâ *Friſij Bibliothecâ* collegit, & in fine *Apparatûs Sacri* edidit.

Septimò, & quidem fol. 79 pag. 1 & 2, *S. Gregorij Nazianzeni* Γνῶμαι παραινετικαὶ δίστιχοι, *ſive, Sententiæ monitoriæ binis verſibus conſtantes*, quarum principium: Ἀρχῆς καλῆς κάλλιστον εἶναι δεῖ τέλος. &c.

Octavò, & quidẽ fol. 79 pag. 1 & 2, *Metrophanis Metropolitæ Smyrnæi*, qui *Photio* ſuit σύγχρονος, *Fragmentũ ſchiſmaticũ* (2) περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *de Proceſſione Spiritûs Sancti à ſolo Patre*; cujus principium: Εἰ δ' ἐξ ἑνὸς αἰτίου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα προάγεται, καὶ τὸ μὲν ἐκπορευτῶς, τὸ δὲ γεννητῶς, &c.

Nonò, & quidem fol. 79 pag. 2 & fol. 80 pag. 1, *Index græcus quorundam Poematum Theodori Prodromi*, (3) *Joannis Pſelli, Philæ, Calliclis & Nicephori Calliſti*; quæ omnia cum præfixo eodem *Indice* ab *Hieronymo Guntio* A. 1536 Baſileæ apud Joannem Bebeliũ conjunctim græcè edita ſunt in octavo.

Decimò, & quidẽ à fol. 81 uſq; ad fol. 84, Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς Γρηγόριον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως· hoc eſt: (4) *Epiſtola S. Baſilij Magni ad fratrem ſuum S. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum de differentiã Eſſentiæ & Subſtantiæ* ſive *Subſiſtentiæ*. Principium ejus eſt: Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας &c.

LXI.

Sexageſimus primus (5) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in quarto, conſtátque folijs *ducentis ſeptuaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, (6) *S. Ephræmi* ſive *Ephræmi Syri, Niſibi in Meſopotamiâ* nati, *Edeſſæ* autem, quæ ejuſdem Regionis Vrbs eſt, *Diaconi, Vita* ab *anonymo* quodam antiquo Autore compoſita, quæ extat Tomi primi editionis Operum *S. Ephræmi*, à *Gerardo Voſſio* Præpoſito Tungrenſi latinè tantùm adornatæ, &

Colo-

(1) *Vide Librum primum horum Commentariorũ à pag. 116 uſque ad pag. 147.*

(2) *Vide* Leon. A*lat. de Eccleſ. Occident. & Orient perpet. Conſenſ. lib. 2 cap 6, colum. 575, ubi ejuſdẽ Operis ſit mentio.*

(3) Prænomen *hoc extat in eorundẽ Poematum editione* impreſſâ, *& apud* Joan. Jac. Friſium *in Bibliothecâ Vniverſali.*

(4) *Extat ea Tomo* ſecundo, *editionis Operum* S. Baſilij Magni *græco-latinæ Pariſienſis A.* 1618 *in folio, pag.* 805, *& eſt* ibi quadrageſima tertia.

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus octogeſimus ſecundus.

(6) *Lectu digniſſima recenſio Operum hujus* S. Ephræmi, *& de iiſdem judicium, extat in* Photij *Patriarchæ Conſtantinopolitani* Bibliothecâ, *ubi agitur de Codice CXCVI.*

Coloniæ Agrippinæ apud Arnoldum Quentelium A. 1603 tribus Tomis in folio (1) ſecundùm impreſsæ, pag. XII, XIII, & XIV. In hoc autem Codice MSto *Cæſareo*, *Vita* illa ob defectum unius folij caret principio, &, quod ad finem attinet, non pertingit ibidem ultra hæc verba: (2) Καὶ πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου ὁ Κύριος Βασίλειος, ἔγνω αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶ Ἐφραὶμ ὁ Σύρος.

> (1) *Primùm enim eadem editio Operum* S. Ephræmi Voſſiana *impreſſa eſt* Romæ *typis Jacobi Tornerij A.* 1589 *itidè in folio.*
> (2) *Vide edit. Operũ* S. Ephræmi *Coloniens. Tom.* I *pag.* XIII. *verſ.* 39 *&* 40.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 2 uſque ad fol. 92 pag. 1, ejuſdem *S. Ephræmi* Λόγοι παραινετικοὶ πεντήκοντα πρὸς μοναχούς· hoc eſt, *Sermones Parænetici* ſive *monitorij quinquaginta ad Monachos*; quorum principium: (3) Δόξα σοὶ ὁ Θεὸς, δόξα σοι, καὶ πάλιν ἐρῶ δόξα σοι &c.

> (3) *Vide Operum* S. Ephræmi *edit. Colon. Tom.* II *pag.* 334.

Tertiò, & quidem à fol. 92 pag. 1 uſque ad fol. 113 pag. 2, ejuſdem *S. Ephræmi* Κεφάλαια ρ', πῶς κτᾶται τις Ταπεινοφροσύνην, ſive, *Capita centum ad Monachos, quibus continentur Narrationes & Admonitiones variæ, ſed potiſſimùm de ratione ac modo acquirendæ humilitatis.* Principium eorum eſt: (4) Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος, καὶ ἀρχὴ ταπεινοφροσύνης ὑποταγὴ ἐν Κυρίῳ &c, hoc eſt: *Initium fructificationis eſt flos, & principium humilitatis eſt obedientia in Domino*; &c.

> (4) *Vide edit. Colon. Operum* S. Ephræmi *Tom.* II *pag.* 446.

Quartò, & quidem à fol. 113 pag. 2 uſque ad fol. 116 pag. 2, ejuſdem *S. Ephræmi* Λόγος περὶ θείας ἀνταποδόσεως, ὑπομνηστικὸν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, ſive *Sermo commonitorius de Divinâ retributione ad propriam animam*; cujus principium: (5) Τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγατότητος τὴν ἐπί σοι γενομένην, ὦ ψυχή μου, &c.

> (5) *Vide Tom.* I. *pag.* 245.

Quintò, & quidem à fol. 116 pag. 2 uſque ad fol. 136 pag. 1, ejuſdem *S. Ephræmi* Λόγος ἀσκητικὸς ſive *Sermo de exercitatione ſpirituali Vitæ religioſæ atque monaſticæ*; cujus principium: (6) Ὁ πόνος τοῦ λέγειν ἀναγκάζει με &c.

> (6) *Vide Tom.* III *pag.* 539.

Sextò, & quidem à fol. 136 pag. 1 uſque ad fol. 142 pag. 1, ejuſdem *S. Ephræmi* Λόγος πρὸς νουθεσίαν τοῖς ἀδελφοῖς, ſive *Sermo exhortatorius ad Fratres*; cujus principium: (7) Ἀδελφοὶ, εὐλογίαις ἐπιποθῶμεν, ἵνα εὐλογίας κληρονομήσωμεν· &c.

> (7) *Vide Tom.* II *pag.* 487.

Septimò, & quidem à fol. 142 pag. 1 uſque ad fol. 144 pag. 2, ejuſdem *S. Ephræmi* Ὅτι οὐ χρὴ γελᾶν, ἀλλὰ πενθεῖν καὶ κλαίειν, hoc eſt, *Non eſſe ridendum, ſed lugendum potius atq; plorandum*. Principium hujus Sermonis eſt: (8) Ἀρχὴ καταστροφῆς μοναχοῦ γέλως καὶ παῤῥησία· &c.

> (8) *Vide Tom.* I *pag.* 104.

Octavò, & quidem à fol. 145 pag. 1 uſque ad fol. 146 pag. 1,

ejuſdem *S. Ephræmi* εἰς τοὺς ὡς ἡμέραν ἁμαρτάνοντας, καὶ ὡς ἡμέραν μετανοοῦντας, ſive, *Sermo in quotidiè peccantes & quotidiè pœnitentes*; cujus principium: (1) Μέχρι τίνος, ὦ φίλε, ἀνεχόμενος &c.

(1) Vide Tom. I pag. 23.

Nonò, & quidem à fol. 146 pag. 1 uſque ad fol. 147 pag. 2, ejuſdem *S. Ephræmi* περὶ ἀποταγῆς καὶ μακαρισμῶν καὶ ταλανισμῶν, ſive, *Sermo de Renunciatione & de Beatitudinibus atq; miſerijs*; cujus principium: (2) Μακάριοι οἱ τὸν Θεὸν ἀγαπήσαντες &c.

(2) Vide Tom. I pag. 277.

Decimò, & quidē à fol. 147 pag. 2 uſq; ad fol. 151, pag. 1, ejuſdē *S. Ephræmi* περὶ ψυχῆς ὅταν πειράζεται ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, πῶς ὀφείλει τῷ Θεῷ μετὰ δακρύων προσεύξασθαι, ſive, *Sermo de Animâ tempore tentationis, quomodo nempe cum lachrymis ad Deum recurrere debeat*. Principium ejus eſt: (3) Ψυχὴ τεθλιμμένη προσδέχεταί σοι, ἅγιε Δέσποτα, &c.

(3) Vide Tom. I pag. 62.

Vndecimò, & quidem à fol. 151 pag. 1 uſque ad fol. 157, pag. 1, ejuſdem *S. Ephræmi* περὶ κρίσεως καὶ κατανύξεως, ſive, *Sermo de Judicio extremo & de compunctione*; cujus principium: (4) Δεῦτε πάντες ἀδελφοὶ, ἀκούσατε συμβουλῆς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀπαιδεύτου Ἐφραίμ· ἤδη γὰρ συνέφθασεν ἡμᾶς, ὦ ἀδελφοὶ, ἡ ἡμέρα ἐκείνη φοβερά &c.

(4) Vide Tom. I pag. 233.

Duodecimò, & quidem à fol. 157 pag. 1 uſque ad fol. 162 pag. 1, ejuſdem *S. Ephræmi* περὶ ὑπομονῆς, ſive, *Sermo de Patientiâ*; cujus principium: (5) Ὁ βουλόμενος τῷ Θεῷ εὐαρεστῆσαι &c.

(5) Vide Tom. I pag. 153.

Decimò tertiò, & quidem à fol. 162 pag. 1 uſque ad fol. 166 pag. 2, ejuſdem *S. Ephræmi* εἰς τὸν Μακαρισμὸν, ſive, *Sermo de Beatitudine*; cujus principium: (6) Μακάριος, ὃς μισήσας κατέλιπεν βίον τοῦτον &c.

Quintò, & quidem à fol. 151 pag. 1 uſque ad fol. 182 pag. 2. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας Λόγος πρὸς τοὺς τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦντας· hoc eſt: *Sancti Patris noſtri Baſilij Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ Sermo ad ſolitariam vitam exercentes.* Diviſus autem is ibi eſt in *Capita triginta*, quorum *Prologus* incipit his verbis: Τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπαγγελλόμενος &c. Extat quidem etiam hic *Sermo*, ſeu potiùs *Liber*, in Operum *S. Baſilij Magni* editione græco-latinâ Pariſienſi, nempe Tomi II pag. 664 & deinceps uſque ad pag. 730, ſed manuſcriptum hoc exemplar *Cæſareum* ab illâ editione impreſsâ non mediocriter diſcrepat, uti primo intuitu cùm ex *Inſcriptione generali*, tùm ex *numero & Lemmatibus Capitum* videre eſt. Titulus enim ejus generalis conſtat ibi his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας Ἀσκητικαὶ Διατάξεις πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίῳ καὶ καταμόνας ἀσκοῦντας· hoc eſt ſecundùm verſionem latinam ibidem adjunctam: *Sancti Patris noſtri Baſilij Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi CONSTITVTIONES MONASTICÆ, tàm ad eos, qui in ſocietate cum cæteris, quàm ad eos, qui ſolitariam ipſi ſeorsùm vitam agunt, pertinentes.* Dividuntur ibidem *Conſtitutiones* illæ *in Capita triginta quatuor*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ τοῦ δεῖν τὴν εὐχὴν προτιθέναι πάντων· Πᾶσα πρᾶξις (1) ἀγαθή τε, καὶ πᾶς λόγος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ &c. In Codice autem hoc manuſcripto *Cæſareo* dividuntur eædem *Conſtitutiones* tantùm in *Capita triginta*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: (2) Περὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἐπιστάσεως, καὶ ὅτι οὐ κακὸν τὸ σῶμα, ὥς τινες ὑπειλήφασιν· Καὶ πρῶτοι μὲν οὖν κρατητέον ἐκ παντὸς τρόπου τῶν λογισμῶν &c. Minimè porrò dubium eſt, quin aſceticum hoc *S. Baſilij Magni* Opuſculum in Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* ad eundem omninò modum extet, uti illud olim à *S. Theodoro Studitâ* pro vero ac genuino *S. Baſilij Magni* fœtu habitum eſt. Id enim manifeſtè apparet ex ſuprà memorato *Scholio*, quod eidem præfixum eſt.

(1) *Ita ibi mendosè legitur pro* ἀγαπητή.

(2) *Hoc* Caput *eſt in editione Pariſienſi* ſecundum; *quod autem ibi eſt* primum, *illud in hoc* Codice *MSto de induſtriâ omiſſum eſt.*

Sextò, & quidem à fol. 183 pag. 1 uſque ad fol. 184 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Fragmentum de duabus Chriſti naturis*, toti-

totidémque voluntatibus & operationibus, & de actione ejusdem. (1) *Theandricâ.* Principium eſt: Ἰστέον καὶ μὴ ἀγνοητέον, ὅτι οὐ δεῖ ἡμᾶς ἀβασανίστως καὶ ἀπεριςκέπτως τὴν οἱανοῦν δογματικὴν φωνὴν λέγειν· ἔστι γὰρ καὶ εὐσεβῶς καὶ δυσσεβῶς εἰπεῖν ἐν Χριστῷ δύο φύσεις, ὁμοίως καὶ θελήσεις καὶ ἐνεργείας, &c.

Septimò, & quidem fol. 184 pag. 2, *Formula ſacra abſolutionis confeſſionalis*, cujus titulus & principium: Ἀφέσιμον τῶν ἐξομολογουμένων· Ὁ δι' ὑμᾶς ἐνανθρωπήσας πανοικτίρμων Θεὸς, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου τὰς ἁμαρτίας βαστάσας, &c.

Octavò, & quidem à fol. 185 pag. 1 uſq; (2) ad fol. 237. pag. 2, Τοῦ μακαριωτάτου Μητροπολίτου - - - ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ Ἐπίσκεψις βίου μοναχικοῦ καὶ διόρθωσις τῶν περὶ αὐτόν· hoc eſt: *Beatiſſimi Metropolitæ - - - EVSTATHII Conſideratio & Correctio Vitæ monaſticæ.* Principium hujus hactenùs, quod ſciam, nondum editi Opuſculi, vetuſtate mutilatum, eſt tale: - - - - - ναζαραῖοι ὦ ἀναχωρηταί ὦ τὴν τύρβην μὲν - - - - - - ῶνα, τῆς γωνίας δὲ διὰ τὸν Θεὸν γενόμενοι, &c. Quamvis autem de *Autoris* ejuſdem *ætate* & *metropolitanâ Sede* nondum mihi omninò liqueat, illud tamen certiſſimum eſt, eum diverſum eſſe ab *Euſtathio Epiſcopo Sebaſtiæ in Armeniâ*, de quo *Sozomenus* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3 cap. 13 hæc ſcribit: Ἀρμενίοις δὲ καὶ Παφλαγόσι, καὶ τοῖς περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦσι λέγεται ΕΥΣΤΑΘΙΟΣ, ὁ τὴν ἐν Σεβαστίᾳ τῆς Ἀρμενίας ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας, μοναχικῆς πολιτείας ἄρξαι, καὶ τῆς ἐν ταύτῃ σπουδαίας ἀγωγῆς, ἐδεσμάτων τε, ὧν χρὴ μετέχειν καὶ ἀπέχεσθαι, καὶ ἐσθῆτος, ᾗ δεῖ κεχρῆσθαι, καὶ ἠθῶν, καὶ πολιτείας ἀκριβῶς εἰσηγητὴν γενόμενον ὡς καὶ τὴν ἐπιγεγραμμένην Βασιλείου τοῦ Καππαδόκου ΑΣΚΗΤΙΚΗΝ ΒΙΒΛΟΝ ἰσχυρίζεσθαί τινας αὐτοῦ γραφὴν εἶναι. λέγεται δὲ ὑπὸ πολλῆς ἀκριβείας εἰς παραλόγους ἐπιτηρήσεις ἐκπεσεῖν παντελῶς ἀπᾳδούσας τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων. Hoc eſt, *Ioanne Chriſtophorſono* & *Suffrido Petri* interpretibus: *Apud Armenios verò, Paphlagones & Ponti incolas, fertur EUSTATHIUM, Eccleſiæ Sebaſtiæ, quæ eſt Vrbs Armeniæ, Epiſcopum, primum cœpiſſe vitam monaſticam & auſteram illius inſtitutionem colere; à cibis ad vivendum neceſſarijs, & à veſtibus, quibus utendum eſt, abſtinere; morum & vitæ accuratè traductæ autorem extitiſſe; adeò ut nonnulli conſtanter affirment, LIBRVM Baſilij Magni Cappadocis, qui ASCETICVS, id eſt, de vitâ ac diſciplinâ monaſticâ inſcribitur, ab eo compoſitum fuiſſe. Dicitur porrò præ nimis exqui-*

ſitâ

(1) *Vide* S. Joannis Damaſceni *de Orthodoxâ Fide lib.* 3 *cap.* 19.

(2) *Notandum eſt in medio ferè hujus Opuſculi aſcetici, nempe fol.* 212 *pag.* 2, *extare perperàm inſerta* Fragmenta quædam Medica Galeni *ex libro ipſius ſecundo* περὶ ἠθῶν τῆς ψυχῆς *quorum titulus & principium:* Τοῦ Γαληνοῦ ἰατροῦ. Ἐν δὲ τῷ περὶ ἠθῶν τῆς ψυχῆς δευτέρῳ βιβλίῳ καὶ τάδε. Ἐδείχθη μὲν ἐν ἡμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ πραγματείᾳ, καθ' ἣν περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων διηρχόμεθα, τὸ μὲν ᾧ λογιζόμεθα τῆς ψυχῆς, ἐν ἐγκεφάλῳ καθιδρῦσθαι &c.

ſitâ diſciplinæ normâ ad (1) *abſurdas obſervationes dilapſus eſſe, eáſque à legibus eccleſiaſticis penitùs diſcrepantes.* Hæc *Sozomenus*; eadémque more ſuo etiam *Nicephorus Calliſtus* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 9 cap. 16. inſeruit. Verum enimverò Eminentiſſimus Cardinalis *Baronius* Annalium Eccleſiaſticorum Tomo *tertio*, in actis anni Chriſti. 361, ſolidiſſimè clariſſiméque demonſtrat, *Sozomenum* jam citato loco vehementer errare, dum *Euſtathium*, *Sebaſtiæ in Armeniâ Minori Epiſcopum*, & *Arianæ* hæreſeos ſtrenuum defenſorem, perperàm confundit cùm *EUTACTO monacho Armeno*, quem *S. Epiphanius* (2) refert vixiſſe temporibus *Imp. Conſtantij*, & ex *Palæſtinâ*, ubi à quodam *Petro* profeſſione anachoretâ, reverà autem impoſtore, fuerat educatus, in *Minorem Armeniam* reverſum, multos illuſtres ac divites homines ſub ſanctitatis vitæ ſolitariæ umbrâ varijs hæreticis opinionibus infeciſſe ac corrupiſſe.

(1) *Enumerantur etiam deinde ibidem à* Sozomeno *omnes ejuſdem* Euſtathij *atque diſcipulorum illius errores, additúrque, eos in* Concilio Cangrenſi, *A.* C. 320 *vel* 324 *hanc ob rem celebrato, cõdemnatos eſſe. Et certè extant etiamnunc* Canones *illi* damnatorij.

(2) *Lib.* 1 *adverſus Hæreſes, ubi agitur de* Archonticis. *Vid. Operum* S. Epiphanij *editionẽ græco latinam Petavianam Pariſienſem A.* 1622 *in fol Tom.* 1 *pag* 291 *&* 292.

Nonò, & quidem à fol. 238. pag. 1 uſque ad fol. 262 pag. 2, Ἐπιτομὴ τῶν ὅσα περὶ φύσεως καὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν τοῖς παλαιοῖς διείληπται, ἐκτεθεῖσα παρὰ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ὑπάτου Φιλοσόφων τοῦ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ ἐν τμήμασι τέταρσι· hoc eſt: *Epitome eorum, quæ de Naturâ & Principijs naturalibus ab antiquis tradita ſunt, expoſita ab excellentiſſimo Philoſopho THEODORO SMYRNÆO quatuor ſegmentis ſive partibus.* Primùm Τμῆμα ſive *Segmentum* incipit his verbis: Ὅσα περὶ φύσεως, καὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν, καὶ τῶν φύσει συνεστώτων, &c. (3) Meminit hujus, hactenùs, quod ſciam, inediti, opuſculi, ſimul & Codicis MSti, *Ioannes Iacobus Friſius* in Bibliothecâ Vniverſali, ſive, in editione Bibliothecæ Geſnerianæ à ſe auctæ, his verbis: *Theodori Smyrnæi de Phyſicâ doctrinâ & principijs* Ἐπιτομὴ ἐκτεθεῖσα ἐν τμήμασι τέταρσι, *in Bibliothecâ Ioannis Sambuci, & manuſcripta in Bibliothecâ Imperatoriâ Viennæ.* Quæ verba non ſic interpretanda ſunt, quaſi Codex *Epitomes Phyſicæ Theodori Smyrnæi*, qui penes *Ioannem Sambucum* fuit, diverſus fuerit ab eo, qui adſervatus fuit in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ.* Vnus enim atque idem ſignificatur Codex; nempe ille ipſe, qui inter MStos Codices Theologicos Græcos nunc eſt *ſexageſimus quintus*, & de quo in præſens hîc ex profeſſo agitur.

(3) *Vide Librī primum bonorum Commentariorū* pag. 98.

Decimò, & quidem à fol. 263 pag. 1 uſque ad fol. 270 pag. 2, *Antonij Monachi Studitæ*, cognomine Τερψύχου *Oratio habita in Blachernis in laudem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*

ob liberationem Vrbis Conſtantinopolitanæ (1) *à Perſarum, Scytharum, & Agarenorum ſive Saracenorum, aliorúmque variorum, etiam Chriſtianorum hoſtium diverſis oppugnationibus.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Λόγος ἀναγνωσθεὶς ἐν Βλαχέρναις παρὰ τοῦ ταπεινοῦ Στουδίτου ἀσκητοῦ Ἀντωνίου τοῦ τριψύχου. Incipit deinde ipſa Oratio his verbis: Ἤδη σοὶ καὶ αὐτὸς μετὰ πολλοὺς ἐπαινέτας τὸν ὑμνητήριον ἀναχρούομαι, &c. Quamvis autem ea hactenùs, quod ſciam, nondum ſit edita, digna tamen eſt ut proferatur in lucem, ideóque à me inſeretur *Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ*, quod ex *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* varijs præſtantiſſimis Codicibus MStis poſthac, volente Deo, à me publicabitur, unà cum *novâ ſive ſecundâ editione Excerptorum Georgij Codini de Originibus & Antiquitatibus Conſtantinopolitanis*, & cum *Refutatione inſolentium æquè ac futilium Notarum*, quibus *Franciſcus Combefis*, monachus Pariſinus Ordinis Prædicatorum, *primam* jam memorati Operis *editionem græco-latinam*, integros abhinc viginti annos *in Itinere Gallo-Italico obiter ac curſim* à me adornatam, & poſtmodùm A. 1655 *me abſente* typis *Regijs Paraſinis* in *folio* impreſſam, temerè ac perperàm ſugillare auſus eſt in plagiariâ illâ, ex meis potiſſimùm laboribus corrasâ, Farragine, quam inſcripſit *Manipulum Originum rerúmque Conſtantinopolitanarum*, &, cum V. CL. *Leonis Allatij Diatribâ de Symeonum Scriptis*, A. 1663 Pariſijs apud Symeonem Piget in quarto edidit.

(1) *Vide* Orationē Hiſtoricā in Feſtum τῆς ἀναθέσεως, *quæ extat in Bibliotheca Patrum græco latina Pariſienſis Auctario, Tom. II colum.* 805 *& deinceps usq; ad colum.* 826. *Conſule etiam RR. PP.* Jacobi Gretſeri & Jacobi Goar No*tas in* Georgij Codini *Caput* 12 *de Officijs Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ.*

L X V I.

Sexageſimus ſextus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátq; *centum* folijs, & primùm quidem ad celeberrimam Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini Bibliothecam Budenſem* olim pertinuit, poſteà autem per *Ioannem Sambucum* pervenit in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream.* Continentur eo *S. Baſilij Magni Homiliæ novem in Hexaëmeron*, ſive, *de opere ſex dierum*; quarum *prima incipit*, Πρέπουσα ἀρχὴ τῷ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως &c.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cē*teſimus octogeſimus octavus.

In fine autem *nonæ* ſive *ultimæ Homiliæ* extat *principium Epiſtolæ Papæ Nicolai V ad ultimum Imperatorem Conſtantinopolitanum Conſtantinum Palæologum, è latinâ in græcam linguam à Theodoro Gazâ Theſſalonicenſi tranſlatæ*, hoc modo: Ἐπιστολὴ μεγίστου Ἀρχιερέως Νικολάου πέμπτου, ἣν μετέφρασε Θεόδωρος Θεοσαλονικεὺς τῆς Γαζαίων οἰκίας. Νικόλαος Ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῷ φιλτάτῳ ἐν Χριστῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ Παλαιολόγῳ, Ῥωμαίων ἐπιφανεστάτῳ Αὐτοκράτορι χαίρειν καὶ εὐλογίας ἀποστολικῆς ἀπολαύ-

ων &c. Meminit hujus Epiſtolæ R. P. *Philippus Labbæus* in Conciliorum Hiſtoricâ Synopſi pag. 251 his verbis: *Inter Opuſcula aurea Theologica ſtudio Petri Corcyræi collecta græcè & latinè, ac Romæ edita in 4to A. 1630, extat Nicolai hujus Papæ V Epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem Conſtantinopolitanum, è latino in græcum ſermonem converſa à Theodoro Gazâ Theſſalonicenſi.*

LXVII.

Sexageſimus ſeptimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque nunc folijs *trecentis ſeptuaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit hic olim inter Codices MStos Theologicos Græcos trigeſimus ſecundus.*

Primo, & quidem fol. 1, *antiquus Index græcus*, quo recenſentur omnia, quæ continentur toto hoc Codice. Titulus ejus eſt hic: Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου &c.

Secundò & quidem à fol. 2 uſque ad fol. 95 pag. 1, *S. Baſilij Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi Homiliæ ſeptendecim* (2) *in Pſalmos Davidicos*; nempe in Pſalmum *primum* una, quæ incipit, Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος &c; in Pſalmum *ſeptimum* una, Δοκεῖ πῶς ἐναντίως &c; in Pſalmum *decimum quartum* duæ, quarum prima, Τὸν τέλειον ἡμῖν &c, eſt mutila, ſecunda autem, Χθὲς εἰς τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον &c, omninò deeſt; in Pſalmum *vigeſimum octavum* duæ, quarum prima, Ὁ εἰκοστὸς ὄγδοος ψαλμὸς &c, eſt in principio mutila, altera autem, Ἔξω τῆς ἁγίας αὐλῆς &c, eſt integra; in Pſalmum *vigeſimum nonum* una, Ψαλτήριον μὲν τερπνῶς &c; in Pſalmum *trigeſimum ſecundum* una, Συνήθης τῇ γραφῇ &c; in Pſalmum *trigeſimum tertium* una, Ἐπὶ δύο ὑποθέσεις &c; in Pſalmum *trigeſimum ſeptimum* una, Οἱ τῆς θεοπνεύστου &c; in Pſalmum *quadrageſimum quartum* una, Φαίνεται μὲν καὶ οὗτος &c; in Pſalmum *quadrageſimum quintum* una, Προφητείαν μοι δοκεῖ &c; in Pſalmum *quadrageſimum octavum* una, Ἐφαυλάσθησαν μέν τινες &c, quæ eſt in fine mutila; in Pſalmum *quinquageſimum nonum* una, Πρὸς τὸ πρόθυμον &c, quæ eſt in principio mutila; in Pſalmum *ſexageſimum primum* una, Δύο ψαλμοὺς ἔγνωμεν &c; in Pſalmū *centeſimum decimū quartum* una, Πάλαι καταλαβόντες τὸν ἱερὸν &c; in Pſalmum *centeſimum decimum quintum* una, quæ harum Homiliarum in Pſalmos eſt *decima ſeptima* ſive ultima, atque incipit: Πίστις ἡγείσθω τῶν περὶ Θεοῦ λόγων &c.

(2) *Vide Operum S. Baſilij Magni editionem græco-latinam Pariſienſem Tō. I à pag. 125 uſque ad pag. 320.*

Tertiò, & quidem à fol. 95 pag. 2, uſque ad fol. 99 pag. 1, ejuſ-

ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia in illud, In principio erat Verbum;* cujus principium: (1) Πᾶσα μὲν ἡ τῶν Εὐαγγελίων φωνὴ &c.

(1) *Vide ibid. Tom. I pag. 502.*

Quartò, & quidem à fol. 99 pag. 1 uſque ad fol. 105 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia de humanâ Chriſti generatione*, cujus principium (2) Χριστοῦ γέννησις ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη &c.

(2) *Vide ibid. Tom. I pag. 585.*

Quintò, & quidem à fol. 105 pag. 2, uſque ad fol. 107 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia* περὶ Πνεύματος ἁγίου, ſive, *de Spiritu Sancto;* cujus principium: (3) Ὁ βαπτιζόμενος εἰς Τριάδα βαπτίζεται, &c.

(3) *Vide ibid. Tom. I pag. 508: ſed ibi inſcribitur* εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα, *ſive*, de ſacro Baptiſmate.

Sextò, & quidem à fol. 107 pag. 2, uſque ad fol. 113. pag. 2, ejusdem *S. Baſilij Magni Homilia in illud Evangelij S. Lucæ, Deſtruam horrea mea, & majora ædificabo;* cujus principium: (4) Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν, &c.

(4) *Vide ibid. Tom. I pag. 383.*

Septimò, & quidem à fol. 113 pag. 2, uſque ad fol. 123 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia* πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, ſive *ad Divites;* cujus principium: (5) Εἴρηται καὶ πρώην ἡμῖν &c.

(5) *Vide ibid. Tom. I pag. 393.*

Octavò, & quidem à fol. 123 pag. 1 uſque ad fol. 137 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia in principium Proverbiorum Salomonis;* cujus principium: (6) Ἀγαθὸς ὁ τῆς εὐπειθείας μισθός. &c.

(6) *Vide ibid. Tom I pag. 454.*

Nonò, & quidem à fol. 137 pag. 1 uſque ad fol. 145. pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia exhortatoria ad Baptiſmum;* cujus principium: (7) Ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν &c.

(7) *Vide ibid Tom. I pag. 475.*

Decimò, & quidem à fol. 145 pag. 2 uſque ad fol. 158 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homiliæ duæ de jejunio,* (8) *quarum prior incipit* Σαλπίσατε &c, poſterior autem Παρακαλεῖτε

(8) *Vide ibid. Tom. I pag. 21 & 333.*

Vndecimò, & quidem à fol. 158 pag. 1 uſque ad fol. 167. pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia de eo, Quòd Deus non eſt autor malorum;* cujus principium: (9) Πολλοὶ τῆς διδασκαλίας οἱ τρόποι &c.

(9) *Vide ibid. Tom. I pag. 420.*

Duodecimò, & quidem à fol. 167 pag. 2 uſque ad fol. 175 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia in illud Moyſis*, Πρόσεχε σεαυτῷ, ſive, *Attende tibi ipſi;* cujus principium: (10) Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν &c. Extant jam citata *Moyſis* verba *Deuteronomij* cap. 15 verſ. 19 ſecundùm *græcam Septuaginta Interpretum* editionem hoc modo: Πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ γένηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀνόμημα· hoc eſt: *Attende tibi ipſi, ne fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas.* In *latinâ* autem *verſione vulgatâ* legitur: *Cave ne fortè ſubrepat tibi impia cogitatio,*

(10) *Vide ibid. Tom. I pag. 341.*

Decimò tertiò, & quidem à fol. 175 pag. 2 uſque ad fol. 181 pag. 2,

pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia de Irâ, quæ* hîc inſcribitur Ὁμιλία περὶ ὀργῆς, λεχθεῖσα πρός τινα ἐυεμπλώτως ἔχοντα πρὸς τὸ πάθος. Incipit autem: (1) Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν προσαγγελμάτων &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 181 pag. 2 uſque ad fol. 186 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia de Invidiâ*; cujus principium: (2) Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς &c. Eſt autem hæc Homilia in medio mutila.

Decimo quintò, & quidem, à fol. 186 pag. 2 uſque ad fol. 193 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia contra Ebrios*; cujus principium: (3) Κινεῖ μὲν με πρὸς τὸν λόγον &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 193 pag. 2 uſque ad fol. 201 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia de Gratiarum actione*; cujus principium: (4) Ἠκούσατε τῶν ῥημάτων τοῦ Ἀποστόλου &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 201 pag. 1 uſque ad fol. 210 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Encomium in Sanctam Martyrem Julittam*; cujus principium: (5) Ἡ μὲν ὑπόθεσις τῆς ἐκκλησίας &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 210 pag. 1 uſque ad fol. 217 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Encomium in Sanctos Quadraginta Martyres*; cujus principium: (6) Μαρτύρων μνήμη τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ φιλομάρτυρι; &c.

Decimo nonò & quidem à fol. 217 pag. 2 uſque ad fol. 219 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Encomium in S. Martyrem Barlaam*; cujus principium: (7) Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 219 pag. 1 uſque ad fol. 225 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Encomium in Sanctum Martyrem Gordium*; cujus principiũ: (8) Νόμος ἐστὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 225 pag. 2 uſque ad fol. 230 pag. 1. Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς Μελέτιον Ἐπίσκοπον hoc eſt: ejuſdem *S. Baſilij Magni Encomium in Meletium Epiſcopum Antiochenum*. Incipit ea his verbis: Ηὔξησεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν Ἀποστόλων ὁ νέος Ἀπόστολος &c. Attribuitur autem aliàs rectiùs *S. Gregorio Epiſcopo Nyſſeno*, & extat in Operũ ipſius editione græco-latinâ Pariſienſi, Tom. II pag. 119, ubi inſcribitur: Ἐπιτάφιος λόγος εἰς τὸν Μέγαν Μελέτιον Ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας· hoc eſt: *Funebris Oratio in Magnũ Meletium Epiſcopum Antiochiæ*. Idem confirmant *Socrates* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 5 cap. 9, & *Sozomenus* lib. 7 cap. 10; item *Nicephorus Calliſtus* lib. 11 cap. 29. Ipſa *Socratis* ſuprà citata verba ſunt hæc: Τότε δὲ καὶ Μελέτιος ὁ τῆς Ἀντιοχείας Ἐπίσκοπος ἀῤῥωστίᾳ περι-

(1) *Vide ibidem Tõ. I pag. 434; ſed titulus diſcrepat, atque eſt mutilus.*

(2) *Vide ibidẽ Tom. I pag. 445.*

(3) *Vide ibidẽ Tom. I pag. 487.*

(4) *Vide ibidem Tõ. I pag 354.*

(5) *Vide ibidẽ Tom. I pag 367.*

(6) *Vide ibidem Tõ. I pag 526. Legitur autem ibi hoc modo:* Μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ φιλομάρτυρι;

(7) *Vide ibid. Tom. I pag. 512.*

(8) *Vide ibid. Tom. I pag. 515.*

πε{ων, ἐτελεύτησεν· ὅτε δὴ τὸν ἐπιτάφιον ἐπ' αὐτῷ λόγον ὁ ἀδελφὸς Βασιλείου ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ἐπεξῆλθεν. Hoc eſt: *Eodem tempore Meletius Epiſcopus Antiochiæ in morbum delapſus, deceſſit de vitâ. Quo quidem tempore GREGORIVS frater Baſilij funebrem Orationem in ejus mortem recitavit.* Vide etiam *Martyrologium Romanum* d. 12 Februarij, atque ibidem Notas Cardinalis *Baronij*.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 230 pag. 2 uſque ad fol. 234 pag. 1, *S. Baſilij Magni Encomium in Sanctum Martyrem Mamantem;* cujus principium: (1) Οὐκ ἀγνοῶ τὸ μέγεθος &c.

(1) *Vide ibid. Tom. I pag.* 595.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 234 pag. 1 uſque ad fol. 237 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia de Fide;* cujus principium: (2) Θεοῦ μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς &c.

(2) *Vide ibid. Tom. I pag.* 498.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol 237 pag. 1 uſque ad fol. 240 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia contra eos, qui nos calumniantur, quod tres Deos colamus.* Principium ejus eſt (3) Μεγάλη παράκλησις ψυχαῖς &c.

(3) *Vide ibid. Tom. I pag.* 620.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 240 pag. 1 uſque ad fol. 246 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia contra Sabellianos, & Arianos, & Anomœos;* cujus principium: (4) Μάχεται Ἰουδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ &c.

(4) *Vide ibid. Tom. I pag.* 601.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 246 pag. 2 uſque ad fol. 254 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia ad adoleſcentes, quomodo ex lectione librorum ethnicorum poſſint proficere.* Principium ejus eſt: (5) Πολλά με τὰ παρακαλοῦντά ἐστι &c.

(5) *Vide ibid. Tom. I pag.* 570.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 254 pag. 1 uſque ad fol. 261 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia habita in Lacizis de varijs Sacræ Scripturæ locis ad varia vitia pertinentibus.* Principium ejus eſt: (6) Ἀνταγωνίζεται ὁ ἐχθρὸς &c.

(6) *Vide ibid. Tom. I pag.* 535.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 261 pag. 2 uſq; ad fol. 270 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia habita tempore famis & ſiccitatis;* cujus principium: (7) Λέων ἐρεύξεται &c.

(7) *Vide ibid. Tom. I pag.* 407.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 270 pag. 2 uſq; ad fol. 280 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homilia, Quòd non ſit adhærendum rebus ſecularibus, & de Incendio exorto* ἔξωθεν τῆς πόλεως, ſive, *extra Vrbem*. Ita enim ibi ſcriptum eſt, non autem, ut in editione græcolatinâ Pariſienſi ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, ſive, *extra Eccleſiam*. Principium ejus eſt: (8) Ἐγὼ μὲν ᾤμην, ἀγαπητοί, &c.

(8) *Vide ibid. Tom. I pag.* 555.

Trigeſimò, & quidem à fol. 280 pag. 1 uſque ad fol. 281 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola ad Monachum lapſum;* cujus principium:

cipium: (1) Χαίρειν οὐ λέγομεν, &c. (1) *Vide ibid Tom. II pag. 745.*

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 281 pag. 2 uſque ad fol. 287 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola alia ad Monachum lapſum*; cujus principium: (2) Διπλός μοι φόβος &c. (2) *Vide ibid. Tō. II pag. 749.*

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 287 pag. 2 uſque ad fol. 290 pag. 1 ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola* πρὸς τοὺς Ἐπισκόπους τῆς δύσεως, ſive, *ad Epiſcopos Occidentales*; cujus principium: (3) Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σῶμα ἑαυτοῦ καταδεξάμενος &c. In editione græco-latinâ Pariſienſi inſcribitur hæc Epiſtola *ad Epiſcopos Galliæ & Italiæ*. (3) *Vide ibid. Tō. II pag. 860.*

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 290 pag. 2 uſque ad fol. 294 pag. 2; ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola ad Optimum Epiſcopum de verbis Capitis quarti Geneſeos: Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur; & de verbis Capitis ſecundi Evangelij S. Lucæ: Tuam ipſius animã pertranſibit gladius.* Principiũ ejus eſt: (4) Καὶ ἄλλως ἡδέως ὁρῶν τοὺς ἀγαθοὺς παῖδας &c. Suprà in Codice ſexageſimo quarto rectiùs legitur: Καὶ ἄλλως μὲν ἡδέως ἑώρων τοὺς ἀγαθοὺς παῖδας &c. (4) *Vide ibidē Tō II pag. 1083.*

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 294 pag. 2 uſque ad fol. 299 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola* περὶ μετανοίας, ſive, *de Pœnitentiâ*; cujus principium: (5) Τῶν τὴν μετάνοιαν ἀναιρεῖν τολμώντων τὴν ἀλαζονείαν &c. In editione græco-latinâ Pariſinâ legitur Ὁμιλία, non autem Ἐπιστολή. (5) *Vide ibid. Tom. I pag. 611.*

Trigeſimo quintò, & quidem fol. 300 pag. 1 & 2 ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola ad Eunomium hæreticum*; cujus principium: (6) Ὁ ἐφικτὴν εἶναι λέγων &c. (6) *Vide ibid. Tom. II pag. 952.*

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 300 pag. 2 uſque ad fol. 304 pag. 1, ejuſdē *S. Baſilij Magni Epiſtola ad S. Gregorium Nazianzenum*; cujus principium: (7) Ἐπέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, &c. (7) *Vide ibid. Tom. II pag. 781.*

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 304 pag. 2 uſque ad fol. 310 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni ad fratrem S. Gregorium Nyſſenum Epiſtola de differentiâ* οὐσίας ſive *Eſſentiæ &* ὑποστάσεως ſive *Subſtantiæ*; cujus principium: (8) Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν &c. (8) *Vide ibid. Tom. II pag. 805.*

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 310 pag. 1 uſque ad fol. 311 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola conſolatoria ad Nectarium de obitu filij*; cujus principium: (9) Οὔπω εἶχον τρίτην &c. (9) *Vide ibid. Tom. II pag. 969.*

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 311 pag. 2 uſque ad fol 312 pag, 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola conſolatoria ad Nectarij uxorem de morte filij*; cujus principium: (10) Ἔμελλον ἀποσιωπᾶν &c. (10) *Vid ibid. Tom. II pag. 972.*

Quadrageſimò, & quidem à fol. 312 pag. 2 uſq; ad fol. 313 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtola ad Simpliciam hæreticam de ipſius Eunuchis*; cujus principium: (1) Ἀβέλως οἱ ἄνθρωποι, καὶ μισοῦσι τοὺς κρείττονας, καὶ φιλοῦσι τοὺς χείρονας· διὸ δὴ &c. *Argumentum* hujus Epiſtolæ, ſcitu neceſſarium & publicâ luce dignum, quod in Operum *S. Baſilij Magni* editione græco-latinâ Pariſienſi deeſt, extat in Codice hoc MSto Cæſareo ante initium ejuſdem his verbis: Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολὴ πρὸς (2) Σιμπληκίαν περὶ εὐνούχων αὐτῆς. Αἱρετικὴ ἦν αὕτη· ἀρρωστήσαντος δὲ τοῦ μακαρίου Βασιλείου, καὶ εἰσιόντος ἔν τινι λουτρῷ λούσασθαι, ἡ αὐτὴ Σιμπληκία προσέταξε εὐνούχοις καὶ κορασίοις, ῥιφῆναι τὰ ΣΆΒΑΝΑ αὐτοῦ ἔξω· καὶ παρευθὺς ἡ δικαία κρίσις τοῦ Θεοῦ ἀνεῖλεν τινὰς ἐξ αὐτῶν· καὶ ἡ αὐτὴ Σιμπληκία ἔπεμψε χρήματα τῷ αὐτῷ μακαρίῳ Βασιλείῳ ἐξιλευμένη τὸ πταῖσμα· ὁ δὲ μὴ δεξάμενος ἔγραψεν αὐτῇ ταῦτα· Hoc eſt: *Ejuſdem Epiſtola ad Simpliciam de Eunuchis ipſius. Hæretica hæc fuit; ideóq;, cùm S. Baſilius ob adverſam valetudinem lavandi causâ intrâſſet balneum, mandavit illa Eunuchis ac puellis ſuis, ut ejus SABANA* (3) *foràs proijcerent. Quo facto, ſtatim juſta Dei vindicta nonnullos eorum, qui id perpetraverant, ſuſtulit. Simplicia igitur, ut per expiationem illatæ injuriæ S. Baſilio reconciliaretur, pecuniam quidem ipſi miſit; ſed is pecuniâ, quæ ſibi oblata fuerat, non acceptâ, reſcripſit illi hæc.* Hucuſq; titulus & argumentum iſtius Epiſtolæ in Codice illo manuſcripto *Cæſareo.* Extat quoq; in eâdem Epiſtolâ valdè notabilis atq; lectu digniſſimus locus contra Eunuchos, quem, licet aliàs jam editũ, ob incredibilẽ tamen, & Latinis vix imitabilem elegantiam, integrum hîc exhibeo: Εἰ δὲ καὶ μαρτύρων χρεία, οὐ δοῦλοι στήσονται, οὐδὲ ΕΥΝΟΥΧΩΝ γένος ἄτιμον καὶ πανώλεθρον· τοῦτο δὴ τοῦτο, ἄθηλυ, ἄνανδρον, γυναικομανές, ἐπίζηλον, κακόμισθον, ὀξύθυμον, θηλυδρώδες, γαστρίδουλον, χρυσομανές, ἀπηνές, κλαυσίδειπνον, εὐμετάβλητον, ἀμετάδοτον, πάνδοχον, ἀπροσκορές, μανικὸν καὶ ζηλότυπον, καί, τί γὰρ ἔτι εἰπεῖν; σὺν αὐτῇ γενέσει σιδηροκατάδικον· πῶς οὖν τούτων γνώμη ὀρθή, ὧν καὶ οἱ πόδες στρεβλοί; οὗτοι σωφρονοῦσι μὲν ἄμισθα διὰ σιδήρου, μαίνονται δὲ ἄκαρπα δι᾽ οἰκείαν αἰσχρότητα· Hoc eſt, ſecundùm verſionem editionis Pariſinæ: *Si verò & teſtibus opus erit, non ſiſtentur ſervi, neq; ignominioſum illud ac modis omnibus pernicioſum EVNVCHORVM genus; genus hoc, inquã, nec fœmineum, nec maſculinum, inſaniens in mulieres, invidioſum, vilis pretij, animo feroci, effœminatum, ventri deditum, auri cupidum,*

(1) *Vide ibid. Tom. II pag.* 920.

(2) *Ita hoc nomen in Codice hoc MSto Cæſareo ter ſcriptum eſt, nempe* Σιμπληκία *per* η *in ſyllabâ antepenultimâ, non autẽ* Σιμπλικία *per* ι. *Vera tamen ac genuina eſt poſterior hæc lectio, quam etiã in verſione latinâ ſecutus ſum. Vide* Joan. *Glandorpij Onomaſticon Hiſtoriæ Romanæ ſub titulo* Simplicij.

(3) Sabana, *hoc eſt,* lintea balnearia; *germanicè* Badgewand und Badtücher. *Vide* Joan. Meurſij *Gloſſarium græco-barbarum in voce* Σάβανον, Ger. Joã. Voſſ. *de Gloſſematis latino-barbaris lib. 2 cap. 17. & Matthiæ Martinij Lexicon Philologicum in explicatione vocis Sabanum.*

dum, ſævum, cœnæ jacturam plorans, inconſtans, illiberale, quidvis ſuſcipiens, inſatiabile, furioſum, & zelotypum, &. (quid enim ampliùs dicendum eſt? cum ipsâ ſtatim generatione ad ferrum damnatum. Quomodo ergò rectus eſſe poterit iſtorum animus, quorum & pedes diſtorti ſunt?) Iſti fruſtrà quidem caſti manent per ferrum, inſaniunt verò abſq; fructu propter ſuam turpitudinem. Hæc *S. Baſilius Magnus* de *Eunuchis*.

Quadrageſimoprimò, & quidem à fol. 313 pag. 2 uſq; ad fol. 371 ſive ultimum, ejuſdem *S. Baſilij Magni* Ὁμιλία περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφθορίας· hoc eſt: *Homilia* ſive *Oratio de verâ Virginitatis integritate.* Incipit ea his verbis: (1) Οἱ μὲν πολλοὶ τὸν νυμφίον ἡμῶν &c. Notandum autem eſt, Opuſculum hoc minùs rectè ibi appellari *Homiliam*, reverâ autem appellandum eſſe *Librum*, ſcriptúmq; eſſe ad *Letoium* (2) Μελιτηνῆς ſive *Melitenæ in Cappadociâ Epiſcopum*, qui in editione *Pariſinâ* perperàm vocatur Ἐπίσκοπος Μελίτης, & latinè *Epiſcopus Melitenſis* pro *Melitenenſis.*

(1) *Vide Operum S.* Baſilij Magni *editionem græco latinam Pariſ. Tom. I pag.* 705.
(2) *Vide ſuprà pag.* 101.

LXVIII.

Sexageſimus octavus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegantiſſimus, & optimæ notæ in *folio*, conſtátq; nunc folijs *trecentis triginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſq; ad fol. 154 pag. 2, *S. Baſilij Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, Homiliæ ſeptendecim in Pſalmos Davidicos* eodem ordine, uti extant in (4) proximè præcedenti Codice LXVIImo. Prima earum in hoc Codice ſola eſt in principio mutila, reliquæ autem omnes ſunt integræ.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus octogeſimus.
(4) *Vide ſuprà pag.* 127.

Secundò, & quidem à fol. 155 pag. 1 uſq; ad fol. 326 pag. 2 ejuſdem *S. Baſilij Magni Homiliæ novendecim*, quæ quidem etiam extant in (5) proximè præcedenti Codice LXVIImo, ſed non eodem ordine: nempe Ima & IIda *de Iejunio*; IIItia *in illud, Attende tibi ipſi*; IVta *de Gratiarum actione*; Vta *in Sanctam Martyrem Julittam*; VIta *Quòd Deus non eſt autor malorum*; VIIma *de Ira*; VIIIva *de Invidia*; IXna *in illud, Deſtruam horrea mea*; Xma κατὰ πλουτούντων, ſive *contra Divites*; XIma *tempore Famis & ſiccitatis*; XIIma *in principium Proverbiorum Salomonis*; XIIItia *Exhortatoria ad Baptiſmum*; XIVta *de Fide*; XVta εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, ſive, *in Euangelium S. Ioannis, In principio erat Verbum*; XVIta *de Spiritu Sancto*, Ὁ βαπτιζόμενος &c; XVIIma *in S. Martyrem*

(5) *Vide ſuprà pag.* 128; *ubi etiam exhibentur tituli græci* & principia *omnium harum novendecim Homiliarũ, atque inſuper in margine indicatur, ubi eadem in Operum* S. Baſilij Magni *editione græco-latinâ* Pariſienſi *quærenda ſint.*

tyrem Barlaam; XVIIIva *in S. Martyrem Gordium*; XIXna *in Sanctos Quadraginta Martyres*.

Tertiò, & quidem à fol. 327 pag. 1 uſq; ad fol. 334 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ tres in Euangelium S. Matthæi*, nempe *ſeptima*, *octava*, & *nona*, ſed omnes mutilæ, quoniam ultima hæc *octo folia* ſuprà enumeratis *S. Baſilij Magni Homilijs* partim in principio, partim in fine, olim aſſuta fuerunt loco tegumenti.

L X I X.

Sexageſimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátq; nunc folijs *ducentis quadraginta quatuor*, atq; olim ad *Marcum Mamunam Cretenſem* & *Georgium* quendam *Corinthium* pertinuit, uti in fine ejus indicatur his ſubſcriptionibus: Κἀυτὸ Μαμενᾶ ἦν, ὅτε τάδ' ἐγράφετο· Ὅτε δ' καὶ τάδ' ἐγράφετο, κτῆμα Γεωργίου τοῦ Κορινθίου ἦν. Poſtea autem pervenit in poteſtatem *Joannis Sambuci*, & poſt illius mortem in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1. uſq; ad fol. 83 pag. 2, *S. Baſilij Magni Homiliæ ſeptendecim in Pſalmos Davidicos* eodem ordine, uti extant in (2) præcedentibus *duobus* Codicibus LXVIImo & LXVIIIvo. Prima eorum in hoc Codice ſola eſt in principio mutila, reliquæ autem omnes ſunt integræ.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 2 uſq; ad fol. 225 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Homiliæ viginti ſeptē*, quæ (3) ferè omnes extant etiam in (4) præcedentibus *duobus* Codicibus LXVIImo & LXVIIIvo: nempe Ima & IIda *de Iejunio*; IIItia *in illud*, *Attende tibi ipſi*; IVta *de Gratiarum actione*; Vta *in S. Martyrem Iulittam*; VIta *Quòd Deus non eſt autor malorum*; VIIma *contra Iracundos*; VIIIva *de Invidiâ*; IXna *in illud*, *Deſtruam horrea mea*; Xma *ad Divites*; XIma *tempore Famis & ſiccitatis*; XIIma *in principium Proverbiorum Salomonis*; XIIItia *Exhortatoria ad Sacrū Baptiſma*; XIVta *contra Ebrios*; XVta *de Fide*; XVIta *in illud*, *In principio erat Verbum*; XVIIma *de Spiritu S.*, Ὁ βαπτιζόμενος &c; XVIIIva *in S. Martyrem Barlaam*; XIXna *in S. Martyrem Gordium*; XXma *in Sanctos Quadraginta Martyres*; XXIma *habita in Lacizis*; XXIIda περὶ ταπεινοφροσύνης, ſive, *de Humilitate*, cujus principium, (5) Ὤφειλεν ἄνθρωπος &c; XXIIItia *Quòd non ſit adhærendum rebus ſecularibus, & de Incendio* ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, ſive, *extra Eccleſiam*: ita enim ibi ſcriptum eſt, non autem, ut (6) ſuprà in

(1) *Fuit in olim inter Codices MStos Theologicos Græcos nonageſimus octavus*

(2) *Vide ſuprà pag.* 127 & 133.

(3) *Nempe exceptâ vigeſimâ ſecundâ de Humilitate.*

(4) *Vide ſuprà pag.* 127 & 133, *ubi etiam exhibētur tituli græci & principia omniū harum, exceptâ vigeſimâ ſecundâ, Homiliarū, atque inſuper in margine indicatur, ubi eadē in Operū S. Baſilij Magni editione græco-latinâ Pariſienſi quærenda ſint.* (5) *Vide Operum S. Baſilij Magni editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. 1 pag. 546.* (6) *Vide ſuprà pag. 130.*

in Codice *ſexageſimo ſeptimo*, ἔξωθεν τῆς πόλεως, ſive, *extra Vrbem;* XXIVta *ad Adoleſcentes de utilitate percipiendâ ex lectione librorum ethnicorum;* XXVta *de humanâ Chriſti generatione;* XXVIta *contra Sabellianos, Arianos & Anomœos;* XXVIIma *contra eos, qui nos calumniantur, quòd tres Deos colamus.*

Tertiò, & quidem à fol. 225 pag. 2 uſq; ad fol. 241 pag. 2, ejuſdem *S. Baſilij Magni Epiſtolæ ſex*, quarum Ima *ad Optimum Epiſcopum de Caino & de Prophetiâ Symeonis, cujus principium,* (1) Καὶ ἄλλως μὲν ἡδέως ἑώρων τοὺς ἀγαθοὺς παῖδας &c; IIda *ad Monachum lapſum*, Δεινός μοι φόβος &c; IIItia *ad Virginem lapſam*, Καὶ νῦν καιρὸς ἐκβοῆσαι &c; IVta (2) πρὸς Ἰταλοὺς καὶ Γάλλους Ἐπισκόπους, ſive, *ad Italiæ & Galliæ Epiſcopos*, Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σῶμα &c; Vta πρὸς Χίλωνα ἴδιον μαθητὴν, ſive, *ad Chilonem diſcipulum*, cujus principium: (3) Σωτηρίου πράγματος &c; VIta *ad Simpliciam hæreticam*, cujus principium: (4) Ἀβουλήτως οἱ ἄνθρωποι &c.

Quartò, & quidem à fol. 241 pag. 2 uſq; ad fol. 244 pag. 2, *ejuſdem S. Baſilij Magni Homilia in S. Martyrem Mamantem*, cujus principium: (5) Οὐκ ἀγνοῶ τὸ μέγεθος &c.

L X X.

Septuageſimus (6) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátq; *trecentis nonaginta duobus* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *S. Baſilij Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, Ἑρμηνεία ſive *Expoſitio in ſedecim Capita Prophetæ Eſaiæ;* cujus principium: (7) Εὔξασθε μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος ἢ σαββάτου &c; finis autem: (8) Ἐνεργεία τῆς ἐπὶ κακίᾳ συγκεκροτημένων ἢ ἐντεῦθεν παιδεύσεως.

L X X I.

Septuageſimus primus (9) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in quarto, conſtátque *trecentis quadraginta* folijs, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *S. Baſilij Magni in Eſaiæ Prophetæ Capita ſedecim Expoſitio* eadem, quæ extat in proximè præcedenti Codice membranaceo. Deſunt autem in hoc Codice chartaceo pauca quædam in principio, nempe à ver-

(1) *Vide ſuprà pag.* 131.
(2) *Vide ſuprà pag.* 131.
(3) *Vide ſuprà citata* S. Baſilij Magni *Opera Tom. II pag.* 735.
(4) *Vide ſuprà pag.* 132; *ſed ibi legitur* Ἀβούλως.
(5) *Vide ſuprà citata* S. Baſilij Magni *Opera Tom. I pag* 595.
(6) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos trigeſimus quintus.*
(7) *Vide Operum S.* Baſilij Magni *editionem græco-latinam Pariſienſem Tō. I pag* 802.

(8) *Vide ibid. Tom I pag.* 1127: *ubi pro* ἐνεργεία *perperàm legitur* ἐπὶ ἐνεργείᾳ. *Reverâ enim legendum eſt* ἐπὶ ἐνεργεία *&c.* (9) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus duodecimus.

à verbis Εὔξασθε μὴ γενέσθαι uſque ad verba (1) ὁ μὲν γὰρ παρέχων ἑαυτὸν ἄξιον ὄργανον &c.

L X X I I.

Septuageſimus ſecundus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in folio, conſtátque *centum nonaginta novem* folijs, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *S. Baſilij Magni in Eſaiæ Prophetæ Capita ſedecim Expoſitio* eadem, quæ extat in *duobus* proximè præcedentibus Codicibus. In *tertio* autem hoc Codice adſcripta ſunt in margine *antiqua græca Scholia* in eundem Prophetam *Eſaiam*, deſumpta ex Operibus *Euſebij Pamphili* Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi, *Theodori* Epiſcopi Heracleæ in Thraciâ, S. *Joannis* Chryſoſtomi, *Severiani* Epiſcopi Gabalorum in Syriâ, S. *Cyrilli* Archiepiſcopi Alexandrini, *Theodoreti* Epiſcopi Cyrenſis, & *Severi* Epiſcopi Antiocheni; quibus inſuper accedunt & alia nonnulla *Scholia* ἀνεπίγραφα, ſive, *ſine nomine Autoris*.

LXXIII.

Septuageſimus tertius (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque *quadringentis viginti tribus* folijs & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol 59 pag. 1, *S. Baſilij Magni Liber ſive Tractatus de verâ & incorruptâ Virginitate*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας Λόγος περὶ παρθενίας τῆς ὄντος ἀληθοῦς ἀφθορείας· Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν τὸν νυμφίον ἡμῶν &c.

Secundò, & quidem à fol. 59 pag. 2 uſque ad fol. 127 pag. 1, Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Λόγος περὶ Παρθενίας ἔχων κεφάλαια πδʹ· hoc eſt: *Sancti Patris noſtri Joannis Chryſoſtomi, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Liber de Virginitate continens Capita octoginta quatuor*. Principium ejus eſt: (4) Τὸ τῆς παρθενίας καλὸν ἀποστρέφονται μὲν Ἰουδαῖοι, καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· &c. Extat ibidem in ejuſdem Libri laudem *anonymi* cujuſdam (5) Autoris *Epigramma*, cujus principium: Τὸν ὄγδοον γνοὺς καθαρὸν πεφυκέναι, καὶ καθαρῶν χρήζοντα &c.

Tertiò, & quidem à fol. 127 pag. 1 uſque ad fol. 146 pag. 2, ejuſdem

(1) *Vide ſuprà citatam Operũ* S. Baſilij Magni *editionem græco latinam Pariſinam Tom. 1 pag.* 803 *verſ.* 11.

(2) *Fuit is olim inter* Codices *MStos* Theologicos *Græcos* centeſimus undecimus.

(3) *Fuit is olim inter* Codices *MStos Theologicos Græcos* vigeſimus quartus.

(4) *Vide Operum S.* Joannis Chryſoſtomi *editionem græcam Anglicanam* Savilianam *Tom. VI pag.* 244; *& editionẽ græco-latinam Pariſienſem* Frontonianam *Tom. IV pag.* 313.

(5) *Videtur is eſſe* Conſtantinus Tarſites, *qui fol.* 245 *pag.* 1 *ſimilibus* στίχοις *ſive verſibus teſtatur, totum illum Codicem ſuâ manu eſſe exaratum.*

juſdẽ *S. Joañis Chryſoſtomi* Oratio πρὸς τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους παρθένους ἀνεχομένας, ſive, *ad eos, qui citra conjugium apud ſe habent Virgines contubernales.* Principium ejus eſt: (1) Ἐπὶ μὲν προγόνων τῶν ἡμετέρων &c.

Quartò, & quidem à fol. 146 pag. 2 uſque ad fol. 165 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* Oratio ὑπὲρ τοῦ τὰς κανονικὰς μὴ συνοικεῖν ἀνδράσιν, ſive, *quòd fœminæ regulares non debent cohabitare viris.* Principiũ ejus eſt: (2) Οἴμοι ψυχὴ οἴμοι· μετὰ γὰρ τοῦ Προφήτου &c.

Quintò, & quidem à fol. 165 pag. 2 uſque ad fol. 175 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* εἰς νεωτέραν χηρεύσασαν, ſive *ad Viduam juniorem Oratio prima*, cujus principium: (3) Ὅτι μὲν χαλεπὴν ἔλαβες τὴν πληγὴν &c.

Sextò, & quidem à fol. 175 pag. 1 uſque ad fol. 184 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi ad Viduam juniorem Oratio ſecunda*, quæ inſcribitur: περὶ μονανδρίας, hoc eſt, de (4) *Univiratu*, ſive, de non iterando Conjugio. Principiũ ejus eſt: (5) Τὸ μὲν τὰς ἀπείρους ὁμιλίας ἀνδρῶν &c.

Septimò, & quidem à fol. 184 pag. 1 uſque ad fol. 245 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi Epiſtolæ ſeptendecim ad Olympiadem Diaconiſſam*, quarum prima inſcribitur atque incipit hoc modo: (6) Τῇ δεσποίνῃ μου αἰδεσιμωτάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Διακονίσσῃ Ὀλυμπιάδι Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Φέρε δὴ πάλιν ἐπαντλήσωμέν σου τῆς ἀθυμίας τὸ ἕλκος, &c; IIda incipit Ἤρκεσε μὲν καὶ ἡ πρώην &c; IIItia Καὶ τὰ σώματα &c; IVta Ἐπεπάθη τὰ τῆς θλίψεως &c; Vta Ἀπ' αὐτῶν ἀναβὰς &c; VIta Τί φῂς; οὐκ ἔστησας τρόπαιον &c; VIIma Οὐκ ἔμελλον ἄρα &c; VIIIva Ὅταν ἴδω δήμους &c; IXna Ἀλλὰ καὶ τοῦτό σοι τὸ δέος λελύσθω &c; Xma Ὅσῳ τὰ τῶν πειρασμῶν &c; XIma Τὴν ἀῤῥωστίαν &c; XIIma Μόλις ποτὲ ἀνεπνεύσαμεν &c; XIIItia Τί θρηνεῖς &c; XIVta Σὺ δέ μοι προσεδόκησας &c; XVta Ἀμφότερα τῆς ἀφάτου &c; XVIta (7) Τῆς σφοδρότητος ἕνεκεν &c; XVIIma Οὐδὲν ξένον, οὐδὲν ἀπεικὸς γέγονεν &c. Notabile porrò eſt, quòd ibidem in fine ultimæ hujus Epiſtolæ extant aliquot στίχοι ſive (8) *verſus*, quibus indicatur, Codicem hunc ſcriptum eſſe manu *Conſtantini Tarſitæ*, τοῦ ἐξ Ἀθηνῶν ἐν Κρήτῃ γεγονότος, anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ς, χλζ, ſive, 6637, hoc eſt, anno vulgaris Æræ Chriſtianæ 1129.

S Octa-

(1) *Vide edit. Savil. Tom. VI pag. 214, & edit. Fronton. Tom. IV pag. 283.* (2) *Vide edit. Fronton. Tom. IV pag. 257.* (3) *Vide edit. Savil. Tom. VI pag. 296, & edit. Fronton. Tom. IV pag. 519.* (4) *Utitur hac voce eodem ſenſu* Tertullianus, *lib. 1 ad Uxorẽ cap. ultimo:* Nulla, *inquit*, hujuſmodi fœminarũ de bono Univiratûs loqui novit. *Similiter etiã* Voluſia *in veteri quadam Inſcriptione vocatur* Univira, *vel* Univiria, *uti legitur in Syntagmate Gruteriano pag. 307 num. 3.* (5) *Vide edit. Savil. Tom. VI pag. 304, & edit. Fronton. Tom. IV pag. 535.* (6) *Vide edit. Savil. Tom. VII pag. 51, & edit. Fronton. Tom. IV pag. 688. Ibidem quoq; extant reliquæ ſedecim Epiſtolæ.* (7) *Epiſtola hæc in ſuprà citatâ editione Pariſienſi eſt* quarta. (8) *Principium eorum eſt:* Τέλος εἴληφε τῆς παρούσης βίβλου, Καὶ χαρᾶς ἐμπέπλησμαι ἰδὼν τὸ πέρας, Ὅτι τάχος γέγραπται ἡ δέλτος αὕτη Χειρὶ εὐτελοῦς Κωνσταντίνου Ταρσίτου, Τοῦ ἐξ Ἀθηνῶν ἐν Κρήτῃ γεγονότος.

Octavo, & quidem fol. 245 pag. 2 & fol. 246 pag. 1, *Fragmentum Canonis* ſive *Cantici* cujuſdam *Eccleſiaſtici* cum *antiquis Notis Muſicis*.

(1) *Vide* Card. Baronii *Annal. Eccleſiaſt. Tom.* VIII, *an.* 614 *num.* 18 *& deinceps.*

(2) *Vide* Joã. Meurſij *Gloſſarii Græco-barbarũ & Abrah.* Orteij *Theſaurum Geographicum in voce* Λαῦρα, *ſive* Laura.

Nonò, & quidem à fol. 246 pag. 2 uſque ad fol. 422 pag. 2, *S.* (1) *Antiochi, Monachi Palæſtini in* (2) *Laurâ* ſive *Monaſterio S. Sabæ Abbatis, Pandectes Sacræ Scripturæ, in centum & triginta Capita diviſus, & Euſtathio Præpoſito Monaſterij Attalini Vrbis Ancyræ in Galatiâ dedicatus*; cujus titulus græcus eſt ibi talis: ΒΙ'ΒΛΟΣ 'Η ΛΕΓΟΜΕ'ΝΗ ΠΑΝΔΕ'ΚΤΗΣ. Sequitur deinde ibidem ſecundus hic titulus literis minuſculis: Τοῦ μοναχοῦ Ἀντιόχου τῆς Λαύρας τοῦ ἁγίου Σάββα πρὸς Εὐστάθιον ἡγούμενον μονῆς Ἀτταλίνης Κεφάλαια διάφορα ρλ'. Hinc porrò ſequuntur *Lemmata* ſive *Inſcriptiones* jam memoratorum *centum triginta Capitum*, quorum primum περὶ πίστεως, ſive, *de Fide*; ultimum autem περὶ βασιλείας οὐρανῶν, ſive *de Regno Cœlorum*. Finito hoc Indice Capitum, ſequitur *Conſtantini Tarſitæ*, qui totum illum Codicem ſuâ manu exaravit, *Epigramma in laudem ejuſdem Operis* hoc modo:

ΣΤΊΧΟΙ·

Πανδεκτικὴ μὲν ἰατροῖς κλῆσις πέλει
Θήκη γέμουσα φαρμάκων παμποικίλων,
Ἃ σαρκικῶν νέμουσι παθέων λύσιν·
Πνευματικοῖς δ' ἔνεστι Πανδέκτης ὅδε
Ἀλεξιφαρμάκων τε καὶ τρόπων γέμων
Εἰς ἀφανισμὸν ψυχικῶν νοσημάτων.
Τοίνυν ἅπας πρόσελθε τῇδε τῇ βίβλῳ,
Σαρκὸς προτιμῶν τῆς ῥεούσης ἀστάτως
Ψυχὴν μένουσαν εἰς ἅπαν ἀιδίως.

(3) Huj. S. Euphroſyni apud alios Autores, qui de Vitis Sanctorũ ſcripſerunt, nullam adhuc mentionẽ reperi. Neceſſarium itaq, arbitror, ut Vita hæc ipſius publicetur integra in Supplemento Hiſtoriarũ de Vitis & Miraculis Sanctorũ, ex Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ poſthac edendo.

His autem verſibus non ſubjungitur ſtatim *Præfatio Antiochi ad Euſtathium*, ſed à fol. 248 pag. 1 uſque ad fol. 250 pag. 1, præmittitur *Narratio compendiaria vitæ S.* (3) *Euphroſyni, coqui cœnobialis, ab* (4) *Autore quodam ſynchrono compoſita*, cujus titulus & principium: Βίος σύντομος ΕΥΦΡΟΣΥ'ΝΟΥ μαγείρου· Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Εὐφρόσυνος ἐν κώμῃ τινὶ γεννηθεὶς παρὰ πιστῶν γονέων, καὶ ἀγροίκως ἀνατραφεὶς, γράμματα μὴ μεμαθηκὼς, &c. Definit autem eadem Narratio his verbis: Ὁ δὲ φοβερὸς ἐκεῖνος μάγειρος, τοῦ πρεσβυτέρου ἀρξαμένου ταύτης τῆς διηγήσεως, πάντων ἐπιμελῶς ἐκεῖσε προσδεξαμένων, καὶ ὡς ἄλλα Χριστοῦ εὐαγγέλια ἐπα-

κρο-

(4) *Veriſimile mihi videtur, Autorem hujus Vitæ eundem eſſe* S. Antiochum, *cujus* Pandectæ *illa præfixa eſt.*

χρωμένων, ἀνοίξας τὴν πλαγίαν θύραν τῆς ἐκκλησίας ἐξῆλθε μὴ φανεὶς πώποτε ΜΕ'ΧΡΙ ΤΗ͂Σ ΣΗ'ΜΕΡΟΝ, φεύγων τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν. 'ΗΜΕΙ͂Σ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες, ἐν μεγάλῃ ἐκπλήξει γεγόναμεν, δοξάζοντες καὶ εὐλογοῦντες Πατέρα, Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Sequitur dein fol. 250 pag. 2 & fol. 251 pag. 1 alia quædam *anonymi* alicujus Autoris *Narratio de Euchariſto*, Ægyptiaci cujuſdam vici incolâ, in ſtatu ſeculari & conjugali vitam monaſticam exercente; cujus titulus & principium: Περὶ Εὐχαρίστου κοσμικοῦ· Δύο τῶν πατέρων παρεκάλεσαν τὸν Θεὸν, ἵνα πληροφορήσῃ αὐτοὺς ὁ Θεὸς, εἰς ποῖον ἔφθασαν μέτρον, καὶ ἦλθεν αὐτοῖς φωνὴ &c. Eadem hæc poſterior narratio extat etiam in *Libro* (1) *ſexto* Syntagmatis *de Vitis Patrum* à R. P. *Heriberto Roſweydo* è Soc. JESV A. 1628 Antverpiæ typis Plantinianis in folio editi, ſed tantùm *latinè*, incipitque ibi his verbis: *Duo quidam Patrum rogabant Deum, ut oſtenderet eis, in quam pervenerint menſuram. Et venit eis vox* &c. Poſt *duas* igitur jam memoratas *Narrationes* incipit demum *S. Antiochi ad Euſtathium Præfatio in Pandecten* hoc modo: (2) Ἐπιστολὴ Ἀντιόχου μοναχοῦ τῆς Λαύρας τοῦ ἁγίου Σάβα πρὸς Εὐστάθιον ἡγούμενον μονῆς Ἀτταλίνης πόλεως Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας· Ἐπειδήπερ γεγράφηκάς μοι, τίμιε Πάτερ Εὐστάθιε, πολλὰς θλίψεις &c. Sequitur deindè fol. 254 pag. 1 ejuſdem *Antiochi Præfatio ſecunda ad Lectorem*, ſive, Principium ipſius *Pandectæ* his verbis: (3) Φησὶν ἐν τοῖς ᾄσμασιν ὁ Σολομῶν &c. Quâ finitâ *ſecundâ Præfatione*, ſequuntur porrò ipſa illa ſuprà memorata *centum triginta Capita*, quorum ultimo annexus eſt in fine hic (4) *Epilogus*:

Τοῦ αὐτοῦ Ἀντιόχου ἀπολογητικός·

Τὸ χρέος τῆς παρ᾽ ὑμῶν ὑποταγῆς ἀποπληρῶσαι, τίμιε Πάτερ Εὐστάθιε, τὸν Πανδέκτην τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἔστειλα τῇ ὑμετέρᾳ θεοφιλίᾳ περιγράψας εἰς σωτήρια κεφάλαια· ὃν δεχόμενος, ἀδιαλείπτως πρέσβευε πρὸς τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἐλεεινότητος, ἵνα εὕρω ἔλεον ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ.

S 2 De-

(1) *Veriſimile mihi videtur* Libri quinti & ſexti de Vitis Patrum *autorem eſſe eundem illū* S. Antiochum, *monachum Lauræ S. Sabæ, cujus* Pandecta *Narratio illa de* Euchariſto *in Codice hoc MSto Cæſareo præfixa eſt. Præter* argumentum *enim &* ſtylum *operis, & ejuſdē* ſcribēdi cauſam, *quæ haud alia eſt, quàm quæ in ſuprà memorato* Pandectæ *exprimitur, congruit etiam* tempus Imperij Heraclij, *utpote cujus* Photius *in Bibliotheca ſua Codice* 198, *ubi de iiſdem Vitis Patrum agitur, expreſſè meminit. Vide etiam* R. P. Heriberti Roſweidi *Prolegomena in Vitas Patrum, quæ ad Librum* quintum *&* ſextum *pertinent.* (2) *Extat quidem hic* S. Antiochi Pandectes Sacræ Scripturæ *in Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ* Pariſinâ *anni* 1654 *in folio, nempe Tomi XII pag. 9 & deinceps uſque ad pag. 240, valdè tamen neceſſarium exiſtimo, ut cum præſtantiſſimo hoc Codice MSto* Cæſareo *diligenter & accuratè conferatur. Interim obiter moneo, in verſione latinâ Epiſtolæ hujus dedicatoriæ perperàm ibi legi* centum QVINQVAGINTA *Capita pro* centum TRIGINTA. (3) *In ſuprà citatâ editione* Pariſinâ *legitur titulus* ſecundæ *hujus Præfationis pag. 13 perperàm hoc modo:* Ἀντιόχου μοναχοῦ τῆς Λαύρας μονῆς Ἀτταλίνης. *Re verâ enim legendū eſt:* Τοῦ αὐτοῦ Ἀντιόχου, μοναχοῦ τῆς Λαύρας τοῦ ἁγίου Σάβα Πρόλογος. (4) *Deeſt hic* Epilogus *in ſuprà citatâ editione* Pariſinâ.

Decimò, & quidem fol. 423 pag. 1 *anonymi cujuſdam Autoris Narratio brevis de Vitâ ſuprà memorati S. Antiochi*, quam quia arbitror hactenùs nondum eſſe editam, totam hîc exhibeo.

Οὗτος ὁ Ἀντίοχος τῷ μὲν γένει Γαλάτης ὑπῆρχε ἀπὸ κώμης λεγομένης (1) Μεδοσαγᾶ, διακειμένης ἐν τοῖς μέρεσι τῆς αὐτῆς πόλεως Ἀγκύρας ὡς ἀπὸ σημείων εἴκοσι. ἐπιθυμίαν δὲ ἔχων τοῦ μονήρους βίου, ἀπετάξατο ἐν τῇ προρρηθείσῃ μονῇ τῇ λεγομένῃ Ἀτταλινῇ· καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον πάλιν ὑπεισῆλθεν αὐτὸν πόθος τοῦ προσκυνῆσαι τοὺς ἁγίους τόπους, καὶ οἰκῆσαι τῇ αὐτόθι παρακειμένῃ ἐρήμῳ· καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν ἐν τῇ Λαύρᾳ τοῦ Ἀββᾶ Σάβα τῇ διακειμένῃ (2) κατὰ μεσημβρίαν τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ ὡς ἀπὸ σταδίων ὀγδοήκοντα, καὶ ἔμεινεν ἐν αὐτῇ ἐν Χριστῷ τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον.

Nonageſimus ſextus (6) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque nunc folijs *ducentis ſeptuaginta quinque*, & olim pertinuit ad *Joannem Sambucum*, qui eum A. 1563 à *Fulvio Urſino Romæ* emit, ut ipſe ibidem propriâ manu in fine annotavit. Continetur eo ejuſdem (7) ſuprà ſæpè memorati *Nicetæ Commentarius in S. Gregorij Nazianzeni Orationes* (8) *ſedecim*, ſed mutilus atque imperfectus. Incipit enim is ibi à poſteriori parte dimidiâ *Orationis ſecundæ in Sanctum Paſcha*. Quâ finitâ, ſequuntur tantùm *Oratio IVta in Pentecoſten*, *Oratio VIIIva in Nativitatem Chriſti*, *Oratio IXna funebris in laudem S. Baſilij Magni*, & *Oratio Xma in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ*.

(6) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſim⁹ duodecimus.

(7) *Vide Codices quinque MStos proximè præcedentes.* (8) *Vide ſuprà Codicem XCImum.*

Cc CXVII,

XCVII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos trigeſimus octavus.*

Nonageſimus ſeptimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque nunc folijs *ducentis quinquaginta quatuor*, & ab *Augerio Buſbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *anonymi cujuſdam Autoris Commentarius in* eaſdem *S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim*, quas etiam *Nicetas*, ut in proximè præcedentibus ſex Codicibus videre eſt, *Commentario ſuo illuſtravit*. Eſt autem ἀνεπίγραφος hic *Commentarius* à ſuprà memorato *Nicetæ Commentario* diverſus, nec minùs elegans, quàm doctus & copioſus, ideóque & publicâ luce & translatione latinâ digniſſimus. *Hypotheſis* ſive *Argumentum primæ Orationis in S. Paſcha & in tarditatem* incipit his verbis: Τὸν παρόντα λόγον τὸν εἰς τὸ Πάσχα καὶ εἰς τὴν βραδύτητα ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τοῦ οἰκείου πατρὸς ἐξεφώνησεν ὁ πάνσοφος οὗτος διδάσκαλος, τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κρουόμενον ὄργανον. ἐπειδὴ γὰρ κατὰ μὲν τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννήσεως Διάκονος κεχειροτόνητο, ἐν δὲ τῇ τῶν ἁγίων φώτων ἡμέρᾳ μικρὸν ὑπεχώρησεν, &c. Sequitur deinde τὸ Κείμενον ſive *Contextus Orationis* cũ ſubjunctâ *Expoſitione* hoc modo: Ἀναστάσεως ἡμέρα, καὶ ἡ ἀρχὴ δεξιά·] Ἀρχὴ, ἤ τῶν ἑαυτοῦ λόγων· ἐντεῦθεν γὰρ ὁ θεῖος ὁ προτατος οὗτος Πατὴρ τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἀπήρξατο· ἢ τῆς ἐκκλησιαστικῆς προστασίας, &c. In fine eſt hic Codex præ vetuſtate mutilus, & deſunt *Orationes duæ in laudẽ S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini & in plagã grandinis*. Cæterùm quòd non ſolus *Nicetas*, verùm etiã *alij non pauci* antiqui Autores Græci ſuprà memoratas *S. Gregorij Nazianzeni ſedecim Orationes Commentarijs* ſuis explanaverint, teſtatur *Elias Metropolita Cretenſis* in *Leunclavianâ Operũ S. Gregorij Nazianzeni editione latinâ* (2) his verbis: *S. Gregorij Nazianzeni Orationes unà cum Epiſtolis interjectis, numerantur conjunctim quinquaginta duæ: quarum illæ SEDECIM, quæ uno libro comprehenſæ ſunt, magnam Interpretum copiam nactæ ſunt tàm priſcorum, quàm recentium, quorum in dicendo linguæ perpolitæ eſſent; cæteræ verò à nemine, qui vel dicendi facultate floruiſſet, vel cum ſpiritu dijudicare ſpiritualia poſſet, ſaltem mediocrem, quantum quidem nobis conſtat, ſunt explicationem conſecutæ. Solus* (3) *BASILIVS quidam, & GREGORIVS, qui & SEDECIM iſtis Orationibus*

(2) *Vide ibi pag. 1 editionis Baſileenſis Hervagianæ A. 1571 in folio.*

(3) *Hujus* Baſilij Scholia in S. Gregorij Nazianzeni Orationes *extant etiam nunc in tribus illis Codicibus MStis Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, qui Codicem hunc* nonageſimum ſeptimum *proximè ſequuntur.*

bus enarrandis operam impenderunt ſuam, voluerunt quidem illi quaſdam Annotationes Scholijs conſimiles etiam in Orationes, quas nunc contemplaturi ſumus, nobis relinquere, verùm quod in ipſis fuit, nulla ex parte per ipſorum doctrinam adjutos nos reliquerunt: quippe quibus neq; dicta vel de Libris divinitùs ſcriptis, vel de exteris ſumpta cura fuerint, neq; quidquam aliorum, ad quæ magnus hic Vir partim alludendo, partim quædam adglutinando, partim mutando & multipliciter variando, ſuas Orationes contexuit. Hæc *Elias Metropolita Cretenſis* interprete *Joanne Leunclavio.*

XCVIII.

Nonageſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque nunc folijs *trecentis tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs Inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Baſilij* cujuſdam hactenùs inedita *Scholia* in eaſdem ſuprà jam ſæpè memoratas *S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim:* quarum Ima ibi eſt *in Sanctum Paſcha & in Tarditatem;* IIda itidem *in Sanctum Paſcha;* IIItia *in Novam Dominicam & S. Mamantem Martyrem;* IVta *in Pentecoſten;* Vta *in Maccabæos;* VIta *in S. Cyprianum Martyrem;* VIIma (2) *ad Patrem ſilentem ob plagam grandinis;* VIIIva *ad Julianum tributorum exæquatorem;* IXna *in Nativitatem Chriſti;* Xma *funebris in laudem S. Baſilij Magni;* XIma *in Sancta Lumina,* ſive, *in Feſtum Epiphaniæ;* XIIma *in Sanctum Baptiſma;* XIIItia *ad S. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum;* XIVta *in laudem S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini;* XVta *in præſentiâ centum quinquaginta Epiſcoporum;* XVIta *de amore ergà pauperes.* Notandum autem eſt, quamvis *Scholia primæ Orationis* ob defectum aliquot foliorum in principio ſint *mutila*, ideóque etiam *titulus* eorundem deſit, *nomen* tamen *Baſilij* non ſolùm ſingulis ferè folijs abbreviatè ſcriptum legi in margine, verùm etiam *integrum* extare in principio *Orationis nonæ in Nativitatem Chriſti;* utpote cujus *Scholijs* præfixa eſt *Epiſtola Baſilij ad Imp. Conſtantinum,* non quidem illum *Magnum,* aut ejus filium *Conſtantinum ſecundum,* ſed ad alium aliquem ex recentioribus ejuſdẽ nominis Imperatoribus. Ipſa tituli & principij jã memoratæ *Epiſtolæ dedicatoriæ* verba ſunt hæc: Ἀρχὴ τῶν Σχολίων τοῦ Χριστοῦ γεννᾶται Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας. Τῷ φιλοχρίστῳ Δεσπότῃ Κωνσταντίνῳ Αὐτοκράτορι. Ἐν ταῖς μεγίσταις καὶ δημοτελέσι τῶν πανηγύρεων, μέγιστε Αὐτοκράτορ, οὐ μόνον ἐντελεῖ καὶ βαρεῖ πλούτῳ &c. Ut igitur per *Imp. Conſtantinum*, cui hæc *Epiſtola* inſcripta eſt, non eſt intelligen-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* duceteſimus quadrageſimus tertius.

(2) *Hæc in alijs Codicibus præcedentibus eſt* decimaſexta, *ſive* ultima.

ligendus *Imp. Conſtantinus Magnus*, ſic quoque *Baſilius* iſte, qui *S. Gregorij Nazianzeni* Orationes *Scholijs* ſuis illuſtravit, non eſt confundendus cum *S. Baſilio Magno*, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo*, ideóque verba illa Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, tanquam abſurdum imperiti librarij commentum, ſine controverſiâ ibi delenda ſunt. Meminit ejuſdem *Baſilij* etiam *Elias Metropolita Cretenſis*, ut in recenſione proximè præcedentis Codicis videre eſt, nec aliter ibi, quàm tantùm ſimpliciter *Baſilius quidam* appellatur. A *Joanne* autem *Jacobo Friſio* in Bibliothecâ Vniverſali vocatur idem *Baſilius Theſſalonicenſis*; ſed unde (1) *Joannes Sambucus*, cujus autoritatem *Friſius* hac in re ſecutus eſt, cognomen illud *Theſſalonicenſis* deſumpſerit, omninò mihi eſt incognitum. Quod reſtat, ſilentio haud prætereundum eſt, in eodem Codice MSto, de quo in præſens agitur, *Scholijs Baſilij* non pauca etiam *alia Scholia* permixta eſſe, quorum quibuſdam, præter inſcriptionem ordinariam Ἄλλως εἰς τὸ αὐτὸ, in margine adſcriptum eſt Μαξίμου, hoc eſt, ut ego interpretor, *S. Maximi Monachi & Martyris*.

XCIX.

Nonageſimus nonus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & bonæ notæ in folio minori, conſtátque nunc folijs *centum quinquagintâ octo*, & olim ad *Philotheum* quendam *Monachum* pertinuit, ut primo ejus folio annotatum eſt his verbis: Φιλοθέου μοναχοῦ ἡ βίβλος αὕτη. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 144 pag. 2 *Baſilij* cujuſdam hactenùs quidem inedita, editu tamen digniſſima *Scholia in S. Gregorij Nazianzeni Orationes viginti novem*, à *ſedecim* illis, quarum *Scholia* ab eodem *Baſilio* compoſita in proximè præcedenti Codice extant, diverſas: quarum Ima eſt *prima de Theologiâ*, ſive, *Diſputationis adverſus Eunomianos Præludium*; IIda eſt *ſecunda de Theologiâ*; IIItia eſt *tertia de Theologiâ*, ſive *prima de Filio*; IVta eſt *quarta de Theologiâ*, ſive, *ſecunda de Filio*; Vta eſt *quinta de Theologiâ*, ſive, *de Spiritu Sancto*; VIta eſt *tertia de Pace*; VIIma *ad eos, qui ex Ægypto venerant*; VIIIva eſt *Epiſtola prima ad Cledonium*; IXna eſt *Epiſtola ſecunda ad Cledonium*; Xma *de ſeipſo, & ad eos, qui ipſum dixerunt affectare Cathedram Conſtantinopolitanam*; XIma *cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Vrbem rediiſſet*; XIIma *in laudem Heronis Philoſophi Alexandrini*; XIIItia eſt *magna Apologetica poſt reditum ex fugâ in Pontum*; XIVta eſt *Apologetica ad Patrem præſente S. Baſilio Magno, cùm Epiſcopus Saſimorum*

(1) *Videtur Ioannes Sambucus credidiſſe*, Baſilium S. Gregorij Naziãzeni Scholiaſtē *eundē eſſe atq*; Baſilium Metropolitam Theſſalonicenſem, *cujus Diſſertatio cōtra* Latinos *memoratur à* Claudio Salmaſio *in Præfatione ad Lectorem, quæ* Nili Archiepiſcopi Theſſalonicenſis *libris duobus de* Primatu Papæ *præfixa eſt. Mihi autem eâ de re nondum ſatis liquet.*

(2) *Fuit is olim extranumerarius, atque unus ex illis* Joannis Sambuci *libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos*, Sebaſtianus Tengnagelius *redemit, & Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ legavit.*

morum creatus eſt; XVta eſt *Apologetica ad Patrem & S. Baſilium Magnum poſt reditum ex fugâ*; XVIta *ad eos, qui ipſum vocaverant, & poſteà non venerant, cùm factus eſſet Presbyter*; XVIIma *ad Cives Nazianzenos timore perculſos & Præfectum iraſcentē*; XVIIIva *funebris in laudem Cæſarij fratris*; XIXna *funebris in laudem Gorgoniæ ſororis*; XXma *funebris in laudem Patris præſente S. Baſilio Magno*; XXIma eſt *Invectiva prima in Imp. Julianū Apoſtatā*; XXIIda eſt *Invectiva ſecunda in Imp. Julianum Apoſtatam*; XXIIItia *de ſe ipſo & ad Arianos*; XXIVta *de dogmate & conſtitutione Epiſcoporū*; XXVta *de ordinatione Eulalij Epiſcopi Doarenſium*; XXVIta *ad Evagrium monachum de Divinitate*; XXVIIma eſt *prima de Pace, poſt reconciliationem Monachorum*; XXVIIIvâ eſt *ſecunda de Pace*; XXIXna *de modeſtiâ ſive moderatione in diſputationibus ſervanda*.

Secundò, & quidem fol. 122 pag. 2, ejuſdem ſuprà memorati *Baſilij Epilogus apologeticus Scholiorum ſuorum in S. Gregorij Nazianzeni Orationes*, & præcipuè quidem *in duas Invectivas in Imp. Julianum Apoſtatam*. Inſcribitur is atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν Ἐπισκόποις ἐλαχίστου Βασιλείου Καισαρείας Ἀπολογία εἰς τοὺς Ὑπομνηματισμοὺς τῶν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου λόγων. Μηδεὶς τῶν ἐντυγχανόντων ἐπιτιμάτω, εἰ καί τινα τῶν μὴ λίαν ἀσαφῶν σημειώσεως ἔτυχε τῆς παρ᾽ ἡμῖν, ὡς δῆθεν ἑρμηνείας δεῖσθαι καὶ σαφηνείας εἰς δήλωσιν τῶν ὑποκειμένων ἐννοιῶν· ἐμέλησε γὰρ ἡμῖν &c. Notandum autem eſt, *Baſilium S. Gregorij Nazianzeni Scholiaſten*, æquè ac in proximè præcedenti Codice, perperàm hic confundi cum *S. Baſilio Magno, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo*, ideóque pro Τοῦ ἐν Ἐπισκόποις ἐλαχίστου Βασιλείου Καισαρείας Ἀπολογία ſimpliciter ſcribendum eſſe Βασιλείου Ἀπολογία. Similiter enim idem *Baſilij* nomen ſine ullo Epiſcopalis dignitatis additamento nudè & ſimpliciter extat paginâ primâ folij decimi octavi ejuſdem Codicis; quippe ubi *Scholiorum Orationis primæ de Filio titulus* ſive *inſcriptio* eſt talis; Εἰς τὸν περὶ Υἱοῦ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου λόγον α. Ὑπομνηματισμοὶ σύντομοι Βασιλείου. Ipſa autem Scholia incipiunt hoc modo: Ὁ μὲν χεῖρας οὑτοσὶ περὶ Υἱοῦ λόγος πρῶτος ὡς καὶ ὁ μετ᾽ αὐτὸν δεύτερος, πρὸς αἱρετικοὺς ἠγώνισται τῷ οὐρανοφοίτῃ καὶ ἐν θεολογίαις ὑψηλῷ Γρηγορίῳ, τοὺς ἀπὸ Ἀρείου καὶ Ἀετίου, καὶ τούτων μάλιστα πρὸς Εὐνόμιον, τὸν τὴν λύμην τούτων διαδεξάμενον, καθάπερ τινὰ κληρονομαῖον ὑποδοχέα γενόμενον, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 144 pag. 2 uſque ad fol. 158 pag. 1, (1) *Nonni Panopolitæ Expoſitio Hiſtoriarum ac Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Julianum Apo-*

(1) Vide ſuprà pag. 99 & 183.

Apoſtatam Orationibus invectivis meminit. Principium ejus eſt: Ὁ λόγος ὁ στηλιτευτικὸς ψόγος ἐστὶ τῶν Ἰουλιανῷ πεπραγμένων· διαφέρει δὲ ψόγου ὁ στηλιτευτικὸς, ὅτι ὁ μὲν ψόγος &c. Extat quidem hæc *Nonni Expoſitio* in Operum *S. Gregorij Nazianzeni*, à *Jacobo Billio* Lutetiæ Pariſiorum typis Regijs apud Claudium Morellum A. 1609 duobus Tomis in folio græcè & latinè editorum, Tomo ſecundò, à pag. 499 uſque ad pag. 531, ſed tantùm *latinè* & nonnullis locis *interpolatè.*

C.

Centeſimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio minori*, conſtátque nunc folijs *centum viginti uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 96 pag. 1, ejuſdem ſuprà memorati *Baſilij* hactenùs inedita (2) *Scholia in S. Gregorij Nazianzeni Orationes quindecim:* quarum Ima eſt (3) *magna Apologetica poſt reditum ex fugâ in Pontum*; IIda eſt *ſecunda de Theologiâ*; IIItia eſt (4) *tertia de Theologiâ*, ſive, *prima de Filio*; IVta eſt *quarta de Theologiâ*, ſive, *ſecunda de Filio*; Vta eſt *quinta de Theologiâ*, ſive, *de Spiritu Sancto*; VIta *ad eos, qui ex Ægypto advenerant*; VIIma eſt *Epiſtola prima ad Cledonium*; VIIIva eſt *Epiſtola ſecunda ad Cledonium*; IXna *de ſeipſo, & ad eos, qui dixerunt ipſum affectare Cathedram Conſtantinopolitanam*; Xma *cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Vrbem rediiſſet*; XIma *in laudem Heronis Philoſophi Alexandrini*; XIIma *ad Evagrium monachũ de Divinitate*; XIIItia *de modeſtiâ in diſputationibus ſervandâ*; XIVta eſt *Invectiva prima in Imp. Julianum Apoſtatam*; XVta eſt *Invectiva ſecunda in Imp. Julianum Apoſtatam.*

Secundò, & quidem fol. 96 pag. 1, ejuſdem *Baſilij Epilogus apologeticus Scholiorum ſuorum in S. Gregorij Nazianzeni Orationes*, & præcipuè quidem *in Invectivas duas in Imp. Julianum Apoſtatam.* Incipit is abſque ullâ peculiari inſcriptione his verbis: Μηδεὶς τῶν ἐν τυγχανόντων ἐπιτιμάτω, εἰ καί τινα &c.

Tertiò, & quidem à fol. 96 pag. 2 uſque ad fol. 119 pag. 2, *Nonni Panopolitæ Expoſitio Hiſtoriarum ac Fabularum, quarum S. Gre-* go-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* nonageſimus nonus.

(2) *Titulus eorum, minus antiquâ manu ſcriptus, eſt ibi talis:* Ὑπομνηματισμοὶ καὶ Ἐξήγησις τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἰς τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον. *Vbi certè* Baſilius S. Gregorij Nazianzeni Scholiaſtes, *æquè ac in duobus proximè præcedentibus Codicibus, perperàm confunditur cum S.* Baſilio Magno, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo, *idéoque pro* τοῦ μεγάλου Βασιλείου *ſimpliciter ſcribendum eſt* Βασιλείου. *Ibidem quoque* Joannis Sambuci *manu ſcriptum legitur:* Baſilij Theſſalonicenſis Commentarius, *ſed unde ille cognomen hoc* Theſſalonicenſis *deſumpſerit, nondum mihi compertum eſt.* (3) *Scholia iſtius Orationis incipiunt ibi hoc modo:* Ἔοικεν οὗτος ὁ λόγος μετὰ τὸν εἰς τὸ πάσχα πρῶτον γεγράφθαι· ἐκεῖνος μὲν γὰρ αὐτοσχεδίως ἐκδέδοται καὶ συντόμως· (4) *In principio Scholiorum hujus Orationis legitur itidem ut in proximè præcedenti Codice:* Ὑπομνηματισμοὶ σύντομοι Βασιλείου.

gorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam Orationibus invectivis meminit. Principium ejus unà cum Titulo ſive Inſcriptione eſt ibi tale: Συναγωγὴ καὶ Ἐξήγησις ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριος τῷ ἐν τῷ πρώτῳ στηλιτευτικῷ. Ὁ λόγος στηλιτευτικὸς ψόγος ἐστὶ τῶν Ἰουλιανοῦ πεπραγμένων· διαφέρει δὲ &c.

Quartò & quidem (1) *duobus ultimis folijs, nempe* 120mo & 121mo, Στιχηρὰ ſive *Cantica duo Eccleſiaſtica menſis Septembris cum antiquis græcis Notis muſicis*, ad Feſtũ *Nativitatis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, & ad memoriã Parentum ipſius (2) *S. Joachim* & *S. Annæ* pertinentia. Canticum in *Nativitatem Beatiſſimæ Dei-Genitricis* incipit his verbis: Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα πανηγυρίζουσι, Τὴν ἀπαρχὴν τεκόντες τῆς ἡμῶν σωτηρίας, &c. Alterum autem Canticum in memoriam *S. Joachim* & *S. Annæ incipit hoc modo*: Δεῦτε νῦν χορεύσωμεν Ἀσματικῶς ὦ φιλέορτοι, Καὶ πιστῶς ἑορτάσωμεν, Τὴν μνήμην γεραίροντες Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, Τῆς σεπτῆς δυάδος &c. Hæc igitur eſt coronis Codicis *centeſimi*, ſimul &

(1) *Vltima hæc duo folia ſervaverunt olim reliquo iſti Volumini in fine pro operculo.*
(2) *Vide* Menologium *Græcorum d. 9 Septembris & Martyrologium Romanũ d. 20 Martij.*

LIBRI TERTII COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

FINIS.

LIBRI

LIBRI TERTII
COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI
INDEX PRIMVS,
EXHIBENS ALPHABETICAM SERIEM AVTORVM THEOLOGICORVM ET AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM PERTINENTIVM, QVORVM OPERA SVPRÀ ENVMERATIS CENTVM CODICIBVS MANVSCRIPTIS THEOLOGICIS GRÆCIS CONTINENTVR.

A.

ABDIAS, *quintus duodecim Prophetarum Minorum,* floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo. Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

ACACIUS, Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopus, qui A. C. 366 obijt, citatur in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto.

ACACII, *Berœenſis Epiſcopi, Epiſtola ad S. Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo. In eodem Codice extat etiam *Exemplum Sacræ Epiſtolæ Imperatoriæ ad* eundem *Acacium & Symeonem Antiochenum Anachoretam.*

ACACII, *Epiſcopi Melitenæ, Homilia, in S. Concilio Epheſino Generali IIItio habita,* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

ÆGYPTIACORVM *Epiſcoporum orthodoxorum*, qui cum *S. Athanaſio* ex *Ægypto* venerant, *Epiſtola ad Concilium Tyrium*, A. C. 335 celebratum, ut & alia eorundem *Epiſtola ad Flavium Dionyſium, Comitem Illuſtriſſimum*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

AFRI-

AFRICANVS; vide SEXTVS *Julius Africanus*.

S. ALEXANDER, *Archiepiſcopus Alexandrinus*, obijt A. C. 326, eodémque anno in ipſius locum *S. Athanaſius*, ejuſdem Eccleſiæ Diaconus ſubrogatus eſt. *Epiſtola* ejus brevis *ad Presbyteros & Diaconos Alexandriæ & Mareotidis de Arij & ſociorum ejus depoſitione* extat in ſuprà enumeratorũ centum Codicum MStorũ LVIImo. Ejuſdem *S. Alexandri Epiſtola ad omnes ubiq; orthodoxos Epiſcopos de Arij & ſociorum ejus depoſitione* extat in eodem Codice LVIImo.

ALEXANDRI, *Epiſcopi Theſſalonicenſis, Epiſtola ad S. Athanaſium Archiepiſcopum Alexandrinum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo. Alia ejuſdem *Alexandri Epiſtola pro S. Athanaſio ad Comitem Dionyſium* extat in eodem Codice LVIImo.

ALEXANDER, *Fundator & Archimandrita* ſive *Abbas Cœnobij Acœmetarum* ſive *Monachorum inſomnium Conſtantinopoli*, qui A. C. 430 obijt, citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorũ centum Codicum MStorũ XLIIdo.

ALEXANDRINORVM *Presbyterorum & Diaconorum Catholicorum* ſive *orthodoxorum Epiſtola pro S. Athanaſio ad Theognium & cæteros Epiſcopos è Tyro profectos* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

ALEXANDRINORVM *Presbyterorum & Diaconorum, Arianiſmo infectorum, Confeſſio Fidei per Epiſtolam ad S. Alexandrum Archiepiſcopum Alexandrinum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

ALEXANDRINI *Populi Teſtimonium publicum de Syriani Ducis horrendo ſcelere in Alexandrinos Chriſtianos orthodoxos, ſub Imp. Conſtantio inſtinctu Arianorum in ipſâ Eccleſiâ edito*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

S. AMBROSIVS, *Mediolanenſis in Italiâ Epiſcopus*, obijt A. C. 397. Quamvis autem is *latinè* ſcripſerit, *Teſtimonium* tamen ejuſdẽ *de duabus in Chriſto naturis*, (1) ex *Epiſtolâ ad Imp. Gratianum* deſumptum, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

(1) *Græcè legitur ibi* Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τὸν βασιλέα Γρατιανόν. *In* Vaticanâ *autem editione, ſuprà pag. 159 citatâ, adſcriptũ eſt in margine*, Ex Lib. 1 de Fide c. 4.

AMELII, *Philoſophi Platonici*, qui *Plotini* fuit diſcipulus, inſigne *Teſtimonium de Incarnatione Chriſti* extat in Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIImo.

AMMONIVS, *Secundus* ſive *Junior*, qui circa annum Chriſti 451 floruit, citatur in *Catenis in Pſalterium*, quæ extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo, & XIVto; item in

Commentario marginali in quatuor Evangeliſtas, qui extat in Codice XXIXno.

AMOS, *ſecundus duodecim Prophetarum Minorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo*. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

AMPHILOCHIVS, *Iconij in Lycaoniâ Epiſcopus*, cui *S. Baſilius Magnus* dedicavit *Librum de Spiritu Sancto* atque *Aſcetica*, obijt circa annum Chriſti 393. Citatur is in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo. Ejuſdem *Teſtimonium de duabus in Chriſto naturis*, ex *Commentario in Evangelium S. Joannis* deſumptum, extat in Codice LXXVIImo.

S. ANASTASIVS *Sinaita, Patriarcha Antiochenus*, obijt A. C. 599. *Quæſtionum* ejus & *Reſponſionum ſacrarum decima octava de hominibus violentâ morte peremptis* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno. Diſcrepat autem exemplar hoc manuſcriptum non mediocriter à R. P. *Jacobi Gretſeri* editione græcolatinâ Ingolſtadienſi A. 1617 in 4to. Idem *S. Anaſtaſius* citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; & in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto. Ejuſdem Ὁδηγὸς, ſive, *Dux viæ adverſus Acephalos hæreticos*, extat in eodem Codice XLVIto, unà cum *Appendice*, quæ in editione *Gretſerianâ* eſt *Proœmium*. Idem *S. Anaſtaſius* citatur in *Anonymi Commentario in præcipua loca Veteris & Novi Teſtamenti* in Codice XLVIIo. *Quæſtionum* ejuſdem & *Reſponſionum ſacrarum ſecunda de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* extat in Codice LVIIIvo. *Quæſtionum* ejuſdem & *Reſponſionum ſacrarum quarta, num ſufficiat ad pœnitentiam, ſi quis à peccato deſiſtat*, extat in Codice LIXno. Ejuſdem *Definitiones Theologicæ ſecundùm Epitomen* extant in Codice LXXVIto Ejuſdem ſuprà jam ſemel memoratum *Opus adverſus Acephalos*, inſcriptum Ὁδηγὸς ſive *Dux viæ*, extat etiam in Codice LXXVIImo. *Epitome Definitionum Theologicarum* ejuſdem *S. Anaſtaſij* extat in eodem Codice LXXVIImo. *Quæſtiones* ejuſdem & *Reſponſiones Sacræ de varijs capitibus orthodoxæ Fidei, & de variorum Sacræ Scripturæ difficilium locorum interpretationibus*, extant in Codice LXXXIXno. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *S. Anaſtaſij Demonſtratio hiſtorica, magnam & angelicam eſſe Summi Sacerdotis dignitatem, nec Sacerdotem judicari poſſe à laico, ſed tantùm ab alio majori Sacerdote.*

ANDREAS, (1) patriâ quidem *Damaſcenus*, cognomine autem *Hie-*

(1) *Vide Diarium meum Sacri Itineris Cellenſis pag.* 151.

Hieroſolymitanus ob monaſticam vitam *Hieroſolymis* initam, *Archiepiſcopus* fuit *Cretenſis*, obijtque circa annum Chriſti 720 vel 723. Citatur is in *Anonymi Commentario in præcipua loca Veteris & Novi Teſtamenti*, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIImo.

ANDREÆ *Presbyteri Catena ampliſſima in Proverbia Salomonis & Prophetiam Eſaiæ* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXVIto.

1. ANONYMVS & incertæ ætatis Autor continuavit *Hiſtoriam Libri tertij Regum* à Capitis ſecundi verſu 12mo, ſive, à principio Regni *Salomonis*, uſque ad finem Libri quarti ſive ultimi. Extat autem ea *Continuatio* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo; item in Codice Vto *cum Expoſitione anonymi cujuſdam Autoris*, quem *Sebaſtianus Tengnagelius Theodoretum Epiſcopum Cyrenſem* eſſe credidit.

2. ANONYMVS & incertæ ætatis Autor ſcripſit *Libros duos Paralipomenωn Veteris Teſtamenti*, qui extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

3. ANONYMVS & incertæ ætatis Autor ſcripſit *Librum Judith*, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

4. ANONYMVS & incertæ ætatis Autor ſcripſit *Librum Eſther*, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

5. ANONYMVS & incertæ ætatis Autor ſcripſit *Libros tres Maccabæorum*, qui extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

6. ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome Hiſtoriæ Sacræ Teſtamenti Veteris* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXVto.

7. ANONYMI cujuſdam Autoris *Annotatio de Gomer & Siclo Hebræorum*, item *de Summo eorundem Sacerdote*, *& de duodecim Gemmis in ejusdem ſacro Pectorali*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXIVto.

8. ANONYMI cujuſdam Autoris *Sylloge & brevis Expoſitio præcipuarum Veteris Teſtamenti Sententiarum, ad Sanctiſſimam Trinitatem, Chriſtiq; nativitatem ac paſſionem, & cætera Religionis Chriſtianæ myſteria pertinentium*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIIIvo.

9. ANONYMVS *de Sacrorum Bibliorum Veteris Teſtamenti ex Hebraico in Græcum translatorum obſcuritate ejuſq; cauſis* extat in

ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum VIto.

10. ANONYMI cujuſdam Autoris *Breviarium Divinarum Scripturarum, paragraphis ſeu articulis trecentis diſtinctum*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXXIXno.

11. ANONYMI cujuſdam Autoris *Commentarius in præcipua loca Sacræ Scripturæ Veteris & Novi Teſtamenti, collectus ex varijs antiquis Patribus*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIImo.

12. ANONYMI cujuſdam Autoris *Commentarius ampliſſimus in quatuor Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Marcum, S. Lucam & S. Ioannem* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXVIIIvo. Idem quoque extat in Codice XXXIXno.

13. ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Ioannem* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLmo.

14. ANONYMI cujuſdam Autoris *Homiliæ in Evangelia Dominicalia* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIItio; item alterius cujuſdam Anonymi Autoris *Homiliæ in Evangelia Dominicalia* in Codice XLIVto.

15. ANONYMI cujuſdam Autoris, qui fortè eſt *Origines*, *brevis Expoſitio Orationis Dominicæ* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno.

16. ANONYMI cujuſdam Autoris *Hypotheſes & Lemmata Capitum Epiſtolarum Catholicarum Novi Teſtamenti, cum Proœmio ſive Epiſtolâ dedicatoriâ ad S. Athanaſium Archiepiſcopum Alexandrinum*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXVIImo.

17. ANONYMI cujuſdam Autoris *Commentariolus de diverſis vocabulorum* Ἀνάςασις *ſive Reſurrectio &* Φύσις *ſive Natura in Sacrâ Scripturâ ſignificationibus* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXIVto.

18. ANONYMI cujuſdam Autoris *Ephemeris ſive Calendarium Lectionum Novi Teſtamenti & memoriæ Sanctorum totius anni ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXImo; item in Codice XXXIVto, XXXVIto, XXXVIImo & LIXno.

19. ANONYMI cujuſdam Autoris *Confeſſio Fidei* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LIXno.

20. ANONYMI cujuſdam Autoris *Formula ſacræ abſolutionis* con-

confeſſionalis extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXVto.

21. ANONYMI cujuſdam Autoris *Controverſia quædam Theologica de Sanctiſſimâ Trinitate* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIIImo.

22. ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio, quomodo Latini ob diverſitatem opinionis de Proceſſione Spiritûs Sancti ſeparaverint ſe à Græcis, eámq; ob cauſam amiſerint Primatum, & è ſacris Diptychis ejecti ſint,* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXIVto.

23. ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmentum de duabus Chriſti naturis, totidémq; voluntatibus & operationibus, & de actione ejuſdem Theandricâ*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXVto.

24. ANONYMI cujuſdam Autoris *Diſſertatiuncula, quâ demonſtratur, incruentum Paſſionis Chriſti Sacrificium uno eodem die tantùm ſemel, non autem ſæpiùs à Sacerdote eſſe offerendum*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXXIXno.

25. ANONYMI cujuſdam Autoris *Precationes duæ ad Beatiſſimam Virginem Deiparam* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIto. Ibidem quoque extat ejuſdem vel alterius cujuſdam Anonymi Autoris *Precatio ad Angelum Cuſtodem*; ut & *Precatio contra Iracundiam.*

26. ANONYMI cujuſdã Autoris *Oratio nocturna ante dormitionẽ*, cujus principiũ, Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος καὶ βασιλεὺς πάσης κτίσεως &c, & ejuſdem *Oratio matutina poſt experrectionem è ſomno*, cujus principium, Ἐκ τοῦ ὕπνου ἐξανιστάμενος, εὐχαριστῶ σοι ἁγία Τριάς, &c, extant in *Appendice Pſalterij Davidici* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

27. ANONYMI cujuſdam Autoris *Canones* ſive *Cantica Eccleſiaſtica* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXIIdo. Ejuſdem vel alterius cujuſdam Anonymi Autoris Στιχηρὰ ſive *Cantica ſacra ad S. Antonium, ad S. Onuphrium & ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, extant in Codice LXXVIto. Ejuſdem vel alterius cujuſdam Anonymi Autoris Στιχηρὰ ſive *Cantica duo Eccleſiaſtica menſis Septembris cum antiquis græcis Notis Muſicis, ad Feſtum Nativitatis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & ad memoriam Parentum ipſius S. Ioachimi & S. Annæ pertinentia*, extant in Codice Cmo.

28. ANONYMI cujuſdam Autoris *Acathiſtus Hymnus, qui olim Conſtantinopoli cantabatur in honorem Beatiſſimæ Virginis Dei-*

paræ ob liberationem Vrbis ab expugnatione per Perſas & Scythas tempore Imp. Heraclij, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIto.

29. ANONYMI cujuſdam Autoris *in Sanctos Quadraginta Martyres Sebaſtenos Hymnus cum antiquis Notis muſicis* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XCVto.

30. ANONYMI cujuſdam Autoris *Explicatio quorundam Canonum ſive Canticorum Eccleſiaſticorum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIIIvo & LIXno.

31. ANONYMI cujuſdam Autoris *Sylloge Sententiarum miſcellanearum, partim ex Scripturâ Sacrâ, partim ex Sanctis Patribus alijſq; Scriptoribus Eccleſiaſticis, partim ex Autoribus profanis deſumptarum*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXVto.

32. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervationes miſcellaneæ de Creatione hominis, de Paradiſo, & de Morte*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXmo.

33. ANONYMI cujuſdam Autoris *Diſſertatiuncula de Generatione hominis* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXXIXno.

34. ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerpta quædam Theologica, de quibus mihi nondum ſatis liquet*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IXno.

35. ANONYMI cujuſdam Autoris *Alphabetum Hebraicum cum Explicatione græcâ*; item *Nomina Hebraica quatuor Archangelorum cæterorúmq; Angelorum, & quatuor Fluviorum Paradiſi cum Interpretatione græcâ*, extant in ſuprà enumeratotum centum Codicum MStorum XXXIVto. In eodem Codice extant etiam *Nomina Prophetarum itidem cum Interpretatione.*

36. ANONYMI cujuſdam Autoris *Explicatio τῶν Σημείων ſive Notarum marginalium, in antiquis nonnullis Codicibus MStis Theologicis Græcis occurrentium*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXIXno.

37. ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmentum Chronologicum de tempore Nativitatis, Baptiſmi & Mortis Chriſti* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LIXno.

38. ANONYMI cujuſdam Autoris *Synopſis viginti duarum Periodorum Chriſti, earúmque cum viginti duobus Operibus Creationis, totidémq; literis Alphabeti Hebraici comparatio*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LIXno.

39. ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio brevis de Vitâ S.*

AN-

ANTIOCHI, Monachi Palæſtini in Laurâ ſive Monaſterio S. Sabæ Abbatis, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXIIItio.

40. ANONYMI cujuſdam (1) Autoris coætanei *Narratio compendiaria vitæ S. EVPHROSYNI, coqui cœnobialis*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXI[I]Itio.

(1) *Vide infrà literam A. ubi agitur de S.* ANTIOCHO.

41. ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio de EVCHARISTO, Ægyptiaci cujuſdam vici incolâ, in ſtatu ſeculari & conjugali vitam monaſticam exercente*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXIIItio.

42. ANONYMI cujuſdam Autoris *Hiſtoria ex Opere de Vitis Patrum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXXIXno.

43. ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratiuncula de S. Pambonis Abbatis Ægyptiaci colloquio cum quodam ſuo diſcipulo de Troparijs ſive Canticis ſacris, quæ is Alexandriæ in Eccleſiâ S. Marci audiverat*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno.

44. ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio originis canendi in Templo Hieroſolymitano* τῆς ἁγίας Ἀναςάσεως ſive *Sanctæ Reſurrectionis Canticum veſpertinum ſive Hymnum lychnicum*, Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης &c, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno.

45. ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronicon compendiarium à Creatione Mundi uſque ad ſuam ætatem*, hoc eſt, *uſque ad Imperium Joannis Comneni, cognomine Porphyrogeniti, qui Patri ſuo Alexio Comneno ſucceſſit* A. C. 1118 & A. 1143 *obijt*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

46. ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Byzantinorum* ſive *Conſtantinopolitanorum* à *S. Stachy* uſque ad *Nicolaum* cognomine *Myſticum*, cum *continuatione* uſque ad *Joannem Xiphilinum*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXIVto. Ejuſdem vel alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Chronologia Summorum Pontificum Romanorum* à *S. Petro* uſque ad *Honorium I.* extat in eodem codice XXXIVto. Ejuſdem vel alterius cujuſdã *Anonymi* Autoris *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Alexandrinorum* à *S. Marco* uſq; ad *Ioannem Cyprium* cognomine *Eleemoſynarium* extat in eodem Codice XXXIVto. Ejuſdem vel alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Antiochenorum* à *S. Petro* uſque ad *Anaſta-*

ſium

ſium extat in eodem Codice XXXIVto. Ejuſdem vel alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Hieroſolymitanorum* à *S. Iacobo Fratre Domini* uſque ad *Zachariam* extat in eodem Codice XXXIVto. Ejuſdem vel alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Chronologia Reipublicæ Hebræorum* ab *Adamo* uſq; ad *Regem Sedekiam* extat in eodem Codice XXXIVto.

47. ANONYMI cujuſdam Autoris *Canon Paſchalis* ab A. C. 1163 uſque ad A. 1210 extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno; item *alius* ab A. C. 1077 uſque ad A. 1120 in Codice XXmo; item *alius* ab A. C. 1236 uſque ad A. 1241.

S. ANTIOCHUS, *Monachus Palæſtinus Lauræ S. Sabæ Abbatis*, floruit ſeculo *ſeptimo* poſt Chriſtum ſub *Imperatore* (1) *Heraclio*. *Sententiæ quædam ex ejus Scriptis deſumptæ* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXVto. Ejuſdem *Pandectes Sacræ Scripturæ, in centum & triginta Capita diviſus*, unà cum *anonymi cujuſdam Autoris Narratione brevi de Vitâ ſuprà memorati S. Antiochi*, extat in Codice LXXIIItio. Idem *S. Antiochus* videtur autor eſſe *Vitæ S. Euphroſyni*, quæ extat in eodem Codice LXXIIItio. Idem quoque videtur Autor eſſe *Libri quinti & ſexti de Vitis Patrum*, quorum poſteriori inſerta eſt *Narratio de Euchariſtio*, quæ extat in eodem jam memorato Codice LXXIIItio.

(1) *Vide ſuprà pag.* 139 & 215.

ANTIPATER, *Boſtrorum in Arabiâ Petræâ Epiſcopus*, citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo.

ANTIPATRI *Præſidis Epiſtola ad S. Baſilium Magnum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXIIItio.

ANTONII, *Monachi Studitæ*, cognomine Τεκψύχυ, *Oratio habita in Blachernis in laudem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ ob liberationem Vrbis Conſtantinopolitanæ à Perſarum, Scytharum & Agarenorum ſive Saracenorum, aliorúmq; variorum etiam Chriſtianorum hoſtium diverſis oppugnationibus*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStornm LXVto.

APOLLINARIS *Junior, Laodicenus in Syriâ Epiſcopus*, qui ob hæreſin à *S. Damaſo* Papa A. C. 375 damnatus, paulo pòſt ſub *Imp. Theodoſio* obijt, citatur in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo, XIVto & XVto; & in *Commentario marginali in quatuor Evangeliſtas* in Codice XXIXno; ut & in *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Joannem* in Codice XLmo. Citatur etiam in *Ano-*

Anonymi Commentario in præcipua loca Veteris & Novi Teſtamenti in Codice XLVIImo.

AQUILA *Ponticus*, patriâ *Sinopenſis*, ex *Ethnico Chriſtianus*, & ex *Chriſtiano Judæus*, atque *Secundus Sacræ Scripturæ Teſtamenti Veteris Interpres Græcus* ſub *Imp. Hadriano*, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenâ in Pſalterium* in Codice XVto. Eidem attribuitur *Expoſitio brevis in Pſalterium, ſingulis Pſalmorum verſibus ſubjuncta*, quæ extat in Codice XVIImo. Ejuſdem *Interpretatio Diapſalmatis Pſalterij Davidici* extat in Codice XIXno.

S. ARCHELAVS, *Caſcharæ in Meſopotamiâ Epiſcopus*, qui circa annum Chriſti 284 floruit, citatur in *Anonymi cujuſdam Autoris Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Ioannem*, quæ exſtat in ſuprà enumeratornm centum Codicum MStorum XLmo.

ARIVS *Hæreſiarcha*, *Alexandrinæ Eccleſiæ Preſbyter*, meritâ morte turpiter perijt A. C. 336. *Blaſphemiarum ejus, ſive hæreticæ & impiæ Confeſſionis Fidei particula* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

ARSENII *Epiſcopi Hypſelitarum Epiſtola ad S. Athanaſium* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

ASTERIVS citatur in *Catenâ in Pſalterium*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo. Utrum autem ibi intelligendus ſit *Aſterius* ille *Arianæ factionis Philoſophus*, quem *S. Hieronymus* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 94 refert ſub *Imp. Conſtantio Imp. Conſtantini Magni* filio ſcripſiſſe *Commentarios in Epiſtolam ad Romanos, & in Evangelia, & in Pſalmos*, an verò *Aſterius Amaſeæ in Ponto Epiſcopus orthodoxus*, qui poſt Imperium *Iuliani Apoſtatæ* circa annum Chriſti 400 potiſſimùm floruit, & varias, quæ etiamnunc ſuperſunt, ſcripſit *Homilias*, nondum mihi ſatis liquet. Quamvis enim prior iſte *Aſterius* fuerit *Arianus*, cùm tamen *Commentarium* ſcripſerit *in Pſalmos*, nihil obſtat, quo minùs inſignia quædam & ab omni hæreticâ pravitate aliena loca inde deſumi, & ſuprà memoratæ *Catenæ in Pſalterium* inſeri potuerint; uti videre eſt apud antiquum anonymum Autorem (1) in *Proœmio Catenæ Patrum Græcorum in S. Ioannem.* (1) *Ipſa ejus verba lectu digniſſima vide ſuprà pag 44 & 45.*

S. ATHANASIVS, re & cognomine *Magnus*, *Archiepiſcopus Alexandrinus* creatus eſt A. C. 326, quinto circiter menſe poſt *S. Concilium Nicænum I*, cui A. 325 tanquam *Diaconus Eccleſiæ Alexandrinæ* & ſtrenuus *Arij* hæreſiarchæ oppugnator interfuerat: poſteà autem multas pro Chriſto & Catholicâ Fide perpeſſus *Ethnicorum* & *Aria-*

norum inſidias, & ſæpè dejectus à *Sede Alexandrinâ*, ac ſæpè reſtitutus, obijt tandem poſt varia exilia in pace A. C. 373 d. 2 Maij, abſoluto anno Archiepiſcopatûs quadrageſimo ſexto. *Fragmenta ejus tria ex Synopſi Sacræ Scripturæ*, quorum primo agitur *de ſeptem diverſis Veteris Teſtamenti Interpretationibus græcis*, ſecundo *de undecim præcipuis cladibus Hebræorum*, tertio *de decem Nominibus Dei in Sacræ Scripturæ contextu Hebraico*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IIItio. Idem citatur aliquoties in *Catenis in Pſalterium*, quæ extant in Codice Xmo & XVto. Ejuſdem *Epiſtola ad Marcellinum de interpretatione Pſalmorum* extat in Codice IXno & XIXno. Ejuſdem *Fragmenta duo ex Synopſi Sacræ Scripturæ de diverſis Pſalmorum Interpretibus Græcis, & de Libris, qui in Sacrâ Scripturâ commemorantur quidem, ſed nuſquam inveniuntur*, extant inCodice XIXno & XXmo. Ejuſdē *Hypotheſes ſive Argumenta Pſalmorum Pſalterij Davidici* extant in Codice XIXno. *Sententiæ quædam ex ejuſdem Scriptis deſumptæ* extant in Codice XXVto. *Idem* citatur aliquoties *in Anonymi cujuſdam Autoris Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Ioannem* inCodice XLmo; & in *Catenâ ampliſſima in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; item in *Homilijs in Acta Apoſtolorum* in Codice XLVto; & *in Anonymi Commentario in præcipua loca Veteris & Novi Teſtamanti* in Codice XLVIImo. *Idem* quoque citatur *in Commentario in Canticum Canticorum* in Codice LVIto. *Ejuſdem S. Athanaſij varia Opera* extant in Codice LVIImo; nempe *Oratio contra Gentes; Oratio de Incarnatione Verbi, ejúſque corporali ad nos adventu; Diſputatio in Nicæno Concilio contra Arium; Epiſtola circularis ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos; Oratio prima, ſecunda, & tertia contra Arianos; Oratio de incarnatâ apparitione DEI Verbi, & contra Arianos; Epiſtola ad omnes ubique orthodoxos tempore perſecutionis per Arianos; Epiſtola ad Serapionem Epiſcopum de Spiritu Sancto; Epiſtola ſecunda ad Serapionem contra eos, qui Filium dicunt eſſe creaturam;* (1) *Epiſtola Catholica;* (2) *Refutatio Meletij, & Euſebij, & Pauli Samoſateni, orthodoxos ſe ſimulantium uſurpatione ambiguæ vocis* ὁμοιούσιος *pro* ὁμοούσιος; *Epiſtola ad Epictetum Epiſcopum Corinthi; Oratio contra Apollinarem de adventu Chriſti; Oratio contra Apollinarem de Incarnatione Chriſti; Expoſitio verborum Evangelij S. Matthæi cap. 12 verſ. 32, Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro; Fragmentum Orationis in Paſſionem Salvatoris; Epiſtola ad Marcellinum de Interpretatione Pſalmorum; De Virginitate, ſive, de Exercitatione mentis in rebus divinis* Sermo

(1) Hæc Epiſtola extat bis in uno eodē Codice, nempe fol. 142 & fol. 257.

(2) Hæc Refutatio extat bis in uno eodem Codice, nempe fol. 143 & fol. 256.

Sermo ſalutis ad virginem; Teſtimonia ex Sacrâ Scripturâ de naturali communione ſimilis eſſentiæ inter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; Epiſtola de Incarnatione Dei Verbi; Reſcriptum ad Liberium Pontificem Romanum, quòd Deus Verbum perfectum hominem aſſumpſerit; Epiſtola ad Adelphium Epiſcopum & Confeſſorem contra Arianos; Sermo in illud, Profecti in Pagum, qui ex adverſo eſt, invenietis pullum alligatum; Sermo in Annunciationem B. Deiparæ; Sermo in Paſſionem & Crucem Domini; Oratio conciſa contra Arianos; Epiſtolæ duæ ad Serapionem de Spiritu Sancto; Oratio ſexta contra Arianos; Sermo in illud, Omnia mihi tradita ſunt à Patre, &c; Ex Epiſtolâ de Synodi Nicænæ decretis contra Arianam hæreſin Fragmentum de verâ Doctrinâ; Sermo de Sabbatis & Circumciſione ex Exodo; Expoſitio Fidei; Epiſtola ad Antiochenſes; Oratio de æternâ ſubſtantiâ Filij & Spiritûs Sancti cum Deo, & contra Sectatores Sabellij; Oratio, quâ demonſtratur, unum eſſe Chriſtum; Epiſtola ad Maximum Philoſophum; Epiſtola, quòd Nicæna Synodus, animadverſâ Euſebij calliditate, congruis & pijs verbis Decreta ſua contra Arianam hæreſin expoſuerit; Epiſtola de Dionyſio Epiſcopo Alexandrino, quòd idem cum Nicænâ Synodo contra Arianam hæreſin ſenſerit, quódq; Ariani falsò ac fruſtrà eum calumnientur tanquam hæreſeos ſuæ adſtipulatorem; Apologia de fugâ, cùm à Syriano Duce perſecutionem pateretur; Apologia ſecunda, cui inſerta ſunt triginta quatuor Epiſtolæ à diverſis pro S. Athanaſio ſcriptæ; Epiſtola ad Serapionem de morte Arij Hæreſiarchæ; Epiſtola ad omnes ubique Monachos ſive ſolitariam vitam colentes; Epiſtola de Synodis Arimini in Italiâ & Seleuciæ in Iſauriâ habitis; Epiſtola ad Ioannem & Antiochum Preſbyteros; Epiſtola ad Palladium Preſbyterum; Epiſtola ad Dracontium; Epiſtola S. Athanaſij aliorúmq; nonaginta Epiſcoporum Ægypti & Libyæ ad Epiſcopos Africæ propriè dictæ contra Arianos; Epiſtola ad Imp. Iovianum de Fide; Confeſſio de Incarnatione Dei Verbi; Epiſtola alia ad Imp. Iovianum. Fragmentum ex ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtolâ trigeſimânonâ Feſtali, quoſnam Veteris & Novi Teſtamenti libros Chriſtianus orthodoxus habere debeat*, extat in Codice LIXno. Ejuſdem *Synopſis Veteris Teſtamenti* ſuppoſititia extat in Codice LXmo. Ejuſdem *Epiſtola dogmatica ad Epictetum Epiſcopum Corinthi* extat in Codice LXXVIImo. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *S. Athanaſij Demonſtratio, quòd unus ſit Chriſtus*; ut & ejuſdem *Liber* ſeu *Tractatus de incarnatâ œconomiâ Dei Verbi & de S. Trinitate*, qui in Operum *S. Athanaſij* editione græcolatinâ *Pariſienſi* inſcribitur *De humanâ naturâ ſuſceptâ ab Vnigenito Verbo contra Arianos & Apollinarium.* Ejuſdem *S. Athanaſij Teſtimonium de duabus in Chriſto naturis* extat in Codice LXXVIImo.

ATHANASIVS, ad differentiam *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini* cognominatus *Junior*, primus omnium, tanquam σύγχρονος ſive coætaneus, mandavit literis celeberrimũ illud *Miraculum*, quod A. C.765 ſub *Imp. Conſtantino Copronymo*, cùm quæſtio de ſacrarum Imaginum cultu quàm maximè agitaretur, opportuniſſimè contigit *Byryti* per *Chriſti* Salvatoris noſtri *Imaginem*, quæ cùm à *Judæis* ad imitationem Paſſionis Dominicæ per ludibrium crucifixa eſſet, verum ex latere ſuo emiſit ſanguinem & aquam. *Quæſtiones ſacræ* hujus *Athanaſij Junioris ad Antiochum Præfectum*, quæ vulgò perperàm *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino* attribuuntur, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIIIvo.

ATTICI, *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, qui A. C.425 obijt, *Teſtimonium de duabus in Chriſto naturis*, ex ipſius *Epiſtolâ ad Eupſychium* deſumptum, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

S. AVGVSTINVS, *Hipponenſis in Africâ Epiſcopus*, obijt A. C. 430, ætatis 76. Quamvis autem is *latinè* ſcripſerit, citatur tamen *in Anonymi Commentario græco in præcipua loca Veteris & Novi Teſtamenti*, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIImo.

S. AVXENTII *Precatio* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno.

B.

BARLAAMI *Calabri Liber hæreticus contra Primatum Papæ* extat in ſuprà enumeratorũ centum Codicum MStorum LXXXIXno.

S. BARNABÆ *Apoſtoli Epiſtola* citatur in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXIVto, ibidémque extat *Anonymi cujuſdam Autoris Interpretatio Nominum Hebraicorum in eâdem Epiſtolâ occurrentium.* Eadem *Epiſtola* citatur etiam in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo, ibidémque vocatur *Catholica.*

BARVCH, *miniſter ac diſcipulus Jeremiæ Prophetæ*, ſcripſit *Librum Baruch*, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

S. BASILIVS, re & cognomine *Magnus*, qui A. C.369 *Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopus* creatus eſt, & Kalendis Januarij A. C. 378 obijt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenâ in Pſalterium* in Codice Xmo. *Præfatio* ejuſdem *in Pſalterium* extat in Codice XImo & XIVto. Idem citatur etiam aliquoties in *Catenis in Pſal-*

Pſalterium in Codice XIVto & XVto. Ejuſdem *Hypotheſes* ſive *Argumenta Pſalmorum Pſalterij Davidici* extant in Codice XIXno. Ejuſdem *Precatio* quædam extat in eodem Codice XIXno. *Sententiæ* quædam ex ejuſdem Scriptis deſumptæ extant in Codice XXVto. Idem citatur aliquoties in *Catenâ in Prophetam Eſaiam*, quæ extat in Codice XXVIImo; item in *Commentario marginali in quatuor Evangeliſtas*, qui extat in Codice XXIXno; ut & in *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Joannem* in Codice XLmo; & in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; item in *Homilijs in Acta Apoſtolorum* in Codice XLVto; & in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto. Idem quoque citatur in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Ejuſdem *Philocalia Origeniana* extat in Codice LIIItio. Ejuſdem locus notabilis ex *Commentario in Eſaiam de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* extat in Codice LVIIIvo. Ejuſdem *Pœnitentiale* extat in Codice LIXno. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epigramma in S. Baſilium Magnum* extat in Codice LXmo. Ejuſdem *S. Baſilij Epiſtola ad fratrem ſuum S. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum de differentiâ Eſſentiæ & Subſtantiæ* extat in eodem Codice LXmo. Ejuſdem *Homiliæ ſex priores in Hexaëmeron ſive de Opere ſex dierũ* extant in Codice LXIIdo. Ejuſdem *adverſus Eunomiũ hæreſiarchã de æquali Patris & Filij & Spiritûs Sancti Divinitate ſive Deitate Libri quinq;* extant in Codice LXIIItio. In eodẽ Codice extant etiã *variæ* ejuſdẽ *S. Baſilij Epiſtolæ:* nẽpe ad *S. Gregoriũ Nazianzenũ tres;* ad *Antipatrum Præſidem una;* ad *Aburgiũ* vel *Abyrtium una;* ad *Phalerium una;* ad *Hyperechium una;* ad *Jovinum Epiſcopum Pergæ in Pamphyliâ una;* ad *Olympium una;* ad *Imp. Julianum Apoſtatam una;* & ad *Libanium Sophiſtam quatuor.* Ejuſdem *S. Baſilij Homiliæ novem in Hexaëmeron ſive de Opere ſex dierum* extant in Codice LXIVto. In eodem Codice LXIVto extant etiã alia *varia S. Baſilij Magni Opera:* nempe *Homilia in principiũ Evangelij S. Joannis; Homilia in S. Martyrem Barlaam; Homilia in S. Martyrem Gordium; Homilia in Sanctos quadraginta Martyres; Homilia in Chriſti generationem humanam; Oratio adhortatoria ad Baptiſmum; Homilia contra ebrios; Homilia de Fide; Homilia de Spiritu Sancto* ſive *in ſanctum Baptiſma; Homilia, quòd Deus non eſt autor malorum; Homilia contra Iracundos; Homilia de Invidiâ; Homilia de Avaritiâ in illud Evangelij S. Lucæ, Deſtruam horrea mea, & majora faciam; Homilia habita tempore famis & ſiccitatis; Epiſtola reſponſoria ad Optimum Epiſcopum ſuper duabus Quæſtionibus de verbis capitis quarti Geneſeos, O-*

mnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur, & de verbis capitis ſecundi Evangelij S. Lucæ, Tuam ipſius animam pertranſibit gladius; Epiſtolæ triginta quatuor ad diverſos: nempe ad *S. Gregorium Nazianzenum tres*; ad *fratrem S. Gregorium Nyſſenum duæ*; ad *Gregorium Patruũ una*; ad *Gregorium Presbyterum una*; ad *Amphilochium Epiſcopum Iconij ſex*; ad *eundem nomine Heraclidæ una*; *de Perfectione Vitæ ſolitariæ una ſine inſcriptione*; ad *Alexandrinos una*; ad *S. Athanaſium Archiepiſcopum Alexandrinum tres*; ad *Occidentales Epiſcopos una*; *Epiſtolaris Confeſſio Fidei orthodoxæ cum ſubſcriptione Euſtathij Epiſcopi Sebaſtiæ*; ad *Terentium Comitem una*; ad *Euſtathium Archiatrũ una*; ad *Sozopoli degentes una*; ad *Eccleſiã Neocæſareenſem una*; ad *Clericos Neocæſareenſes una*; ad *Doctores Eccleſiæ Neocæſareenſis una*; ad *Imperatorem una*; *ad Cenſitorem una*; ad *Nectarium una*; ad *Nectarij uxorem una*; *ad Arinthæi uxorem una*; ad *Canonicas una*; ac denique ad *Virginem lapſam una*. Ejuſdem *S. Baſilij Homiliæ novem in Hexaëmeron*, & *Conſtitutiones Monaſticæ*, ſive, *Sermo ad ſolitariam vitam exercentes, in Capita triginta diviſus*, extant in Codice LXVto. Ejuſdem *Homiliæ novem in Hexaëmeron* extant etiam in Codice LXVIto. Ejuſdem *Opera varia*, quæ in Codice LXVIImo extant, ſunt hæc: *Homiliæ ſeptendecim in Pſalmos Davidicos; Homilia in principium Evangelij S. Joannis; Homilia de humanâ Chriſti generatione; Homilia de Spiritu Sancto; Homilia in illud Evangelij S. Lucæ, Deſtruam horrea mea, &c; Homilia ad Divites; Homilia in principium Proverbiorum Salomonis; Homilia exhortatoria ad Baptiſmum; Homiliæ duæ de Jejunio; Homilia, quòd Deus non eſt autor malorum; Homilia in illud Moyſis, Attende tibi ipſi; Homilia de Irâ; Homilia de Invidiâ; Homilia contra Ebrios; Homilia de Gratiarum actione; Encomium in Sanctam Martyrem Julittam; Encomium in Sanctos Quadraginta Martyres; Encomium in S. Martyrem Barlaam; Encomium in S. Martyrem Gordium; Encomium in Meletium Epiſcopum Antiochenum*, cujus autor re verà eſt *S. Gregorius Nyſſenus*; *Homilia in S. Martyrem Mamantem; Homilia de Fide; Homilia contra eos, qui nos calumniantur, quòd tres Deos colamus; Homilia contra Sabellianos & Arianos, & Anomœos; Homilia ad adoleſcentes, quomodo ex lectione librorum ethnicorum poſſint proficere; Homilia habita in Lacizis; Homilia habita tempore famis & ſiccitatis; Homilia, quòd non ſit adhærendum rebus ſecularibus, & de Incendio orto extra Eccleſiam; Epiſtolæ duæ ad Monachũ lapſum; Epiſtola ad Epiſcopos Occidentales; Epiſtola reſponſoria ad Optimũ Epiſcopũ; Epiſtola*, ſeu potiùs *Homilia de Pœnitẽtiâ; Epiſtola ad Eunomiũ hæreſiarchã; Epiſtola ad S. Gregoriũ Nazianzenum; Epiſtola ad fratrẽ Gregoriũ Nyſſenũ de differentiâ Eſſentiæ &*

Sub-

Subſtantiæ; Epiſtola conſolatoria ad Nectarium de obitu filij; Epiſtola conſolatoria ad Nectarij uxorem de obitu filij; Epiſtola ad Simpliciam hæreticam de ipſius Eunuchis; ac denique ejuſdem *Liber ad S. Letojum, Melitenæ in Cappadociâ Epiſcopum, de verâ Virginitatis integritate.* Ejuſdem *Homiliæ ſeptendecim in Pſalmos Davidicos, & Homiliæ novendecim de diverſis argumentis* ſuprà jam enumeratæ, extant in Codice LXVIIIvo. Eædem *Homiliæ ſeptendecim in Pſalmos*, & *Homiliæ viginti ſeptem de diverſis argumentis* ſuprà jam enumeratæ, extant etiam in Codice LXIXno. In eodem Codice extat ejuſdem *S. Baſilij Homilia de Humilitate,* quæ in præcedentibus Codicibus omiſſa eſt. In eodem Codice extant quoque ejuſdem *Epiſtolæ ſex* ad *Optimum Epiſcopum*, ad *Monachum lapſum*, ad *Virginem lapſam*, ad *Epiſcopos Italiæ & Galliæ; ad Chilonem diſcipulum*, & ad *Simpliciam hæreticam.* Ejuſdem *S. Baſilij Expoſitio in ſedecim Capita Prophetæ Eſaiæ* extat in Codice LXXmo & LXXImo. Eadem *Expoſitio in ſedecim Capita Prophetæ Eſaiæ* extat etiam in Codice LXXIIdo, ſed cum *variorum veterum Patrum Scholijs marginalibus.* Ejuſdem *Liber* ſive *Tractatus de verâ & incorruptâ Virginitate*, ſuprà jam ſemel memoratus, extat ſecundùm in Codice LXXIIItio. Ejuſdem *Homiliæ variæ* aliáque nonnulla *Opuſcula*, quorum ſuprà jam eſt facta mentio, extant in Codice LXXIVto. Ejuſdem *Epiſtolæ ducentæ quinquaginta octo* extant in Codice LXXVto. In eodem Codice extat quoque ejuſdem *S. Baſilij ad Amphilochium Epiſcopum Iconij Liber de Spiritu Sancto, diviſus in triginta Capita.* Ejuſdem *Epiſtola ad S. Gregorium Nazianzenum* extat in Codice LXXVI. Ejuſdem *Teſtimonium de duabus in Chriſto naturis*, (1) *ex Opere contra Eunomium* deſumptum, extat in Codice LXXVIImo. Idem quoq; citatur in *Scholijs marginalibus Orationum S. Gregorij Nazianzeni* in Codice LXXXImo. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *S. Baſilij Oratio in Chriſti natalem.* Ejuſdem *Libri quinque adverſus Eunomium hæreſiarcham*, & *Liber de Spiritu Sancto ad Amphilochium*, extant in Codice LXXXVIIIvo. *Conſtitutionum Monaſticarum* ejuſdem *S. Baſilij Caput vigeſimum quartum* extat in Codice LXXXIXno. Ejuſdem *S. Baſilij Epiſtola ad Gregorium Preſbyterum contra mulierculas Clericis cohabitantes* extat in Codice LXXXIXno. Ejuſdem *S. Baſilij Epiſtolæ duæ ad Monachum lapſum* extant in eodem Codice LXXXIXno. Ejuſdem *Orationes quinque* nempe *de Chriſti Nativitate humanâ, Exhortatoria ad S. Baptiſma, in Pſalmum primum, de Fide*, & *in principium Evangelij S. Joannis*, extant in Codice XCmo.

(1) *Græcè legitur ibi* Ἐκ τῶν πρὸς Εὐνόμιον. *In editione autem* Vaticanâ, *ſuprà p* 159. *citatâ, pro* τῶν *legitur* ἐ, *& in margine,* Ex Lib. 1. contra Eunomium.

S. BASILII, *Seleuciæ in Iſauriâ Epiſcopi*, qui A.C. 451 Concilio Generali *Chalcedonenſi* interfuit, *Oratio in Principium Geneſeos* citatur in

in *Scholijs marginalibus Orationum S. Gregorij Nazianzeni* in Codice LXXXImo.

(1) *Cognominatur à* Ioanne Sambuco Theſſalonicenſis. *Vide ſuprà pag.* 204 & 206.

BASILII (1) cujuſdam hactenùs inedita *Scholia in* eaſdem *S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim*, quas etiam *Nicetas Serrarum & Heraclea Metropolita* Commentario ſuo illuſtravit, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XCVIIIvo. Ejuſdem *Baſilij* hactenùs inedita *Scholia in S. Gregorij Nazianzeni Orationes viginti novem*, à *ſedecim* illis, quarum ſuprà facta eſt mentio, diverſas, extant in Codice XCIXno & Cmo. In ijsdem duobus Codicibus extat etiam ejuſdem *Baſilij Epilogus apologeticus Scholiorum ſuorum in S. Gregorij Nazianzeni Orationes, & præcipuè quidem in duas Invectivas adverſus Imp. Iulianum Apoſtatam.*

BEDA cognomine *Venerabilis*, in *Britanniâ* ex *Anglo-Saxonum* genere oriundus, obijt A.C. 735. Quamvis autem is *latinè* ſcripſerit, citatur tamen in *Anonymi Commentario græco in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca*, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIImo.

BERNICIANVS; vide LVCIVS & BERNICIANVS.

C.

S. CÆLESTINVS, *primus ejus nominis Pontifex Romanus*, electus eſt A.C. 423, & obijt A. 432. *Epiſtolæ* ejus *quatuor*, ad *S. Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum*, ad *Neſtorium hæreſiarcham*, ad *Clerum & Populum Conſtantinopolitanum*, & ad *Ioannem Epiſcopum Antiochenum*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MSto-LXXVIImo.

S. CÆSARII, *Fratris S. Gregorij Nazianzeni*, qui A. C. 369 obijt, *Dialogi* citantur *in Scholijs marginalibus Orationum S. Gregorij Nazianzeni* in Codice LXXXImo.

CERVLARIVS; vide MICHAEL.

CHARISII *Preſbyteri Philadelphiæ Relatio ad S. Concilium Epheſinum Generale tertium contra Quartodecimanos*, & ejuſdem *Libellus eidem Concilio oblatus cum Expoſitione Symboli Nicani depravati*, extant in ſuprà enumeratorum centũ Codicum MStorum LXXVIImo.

CLEMENS cognomine *Stromateus, Alexandrinæ Eccleſiæ Preſbyter*, & *Magiſter Catecheſeωn*, floruit potiſſimùm initio tertij à Chriſto nato ſeculi ſub Imperatoribus *L. Septimio Severo* ejúſque filio *Antonino Caracallâ*. Citatur is in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo. Fragmentum ex ejuſdem *Clementis deperditâ quadam Oratione*, quàm inſcripſerat, Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, ſive, *Quis ſalve-*

ſalvetur dives, continens Narrationem inopinatæ Pœnitentiæ corruptiſſimi cujuſdam juvenis, à *S. Joanne Evangeliſtâ* miro modo converſi, extat in Codice XLIXno & Lmo.

S. CONCILIVM *Nicanum Oecumenicum* ſive *Generale primum* celebratum eſt in *Bithyniâ* præſente *Imp. Conſtantino Magno* A.C. 325. *Epiſtola* ejus *ad Eccleſiam Alexandrinam & fratres Ægyptum, Libyam ac Pentapolim incolentes, contra Ariū ejúſq; ſocios* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorū LVIImo. Ejuſdem *S. Concilij Nicani Symbolum* extat in eodē Codice LVIImo & in Codice LXXVIImo. In eodem Codice LXXVIImo extat etiam *Exemplum Expoſitionis Symboli Nicani depravati, unà cum Subinſcriptione eorum, qui decepti fuerant*. Ibidem quoque extat *Sanctorum trecentorum octodecim Patrum* ejuſdem *Sancti Concilij Expoſitio Fidei contra Paulum Samoſatenum*.

CONCILII *Alexandrini*, A.C. 339 celebrati, *Epiſtola pro S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

CONCILII *Sardicenſis*, A.C. 347 celebrati, *Epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam pro S. Athanaſio*, & altera ejuſdem *Epiſtola ad omnes Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos* itidem *pro S. Athanaſio*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

CONCILII *Hieroſolymitani*, A.C. 350 celebrati, *Epiſtola pro S. Athanaſio ad omnes in Ægypto & Libyis Epiſcopos, ut & ad Presbyteros, Diaconos & Populū Eccleſiæ Alexandrinæ*, extat in ſuprà enumeratorū centum Codicum MStorum LVIImo. Ibidem quoque extat *Fragmentum alterius Epiſtolæ ejuſdem Concilij Hieroſolymitani in eâdem S. Athanaſij causâ ad Eccleſiam Alexandrinam & ad omnes ubiq; Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos*: ut & alia quædam *Epiſtola ſynodica ad* eandem ſuprà memoratam *Eccleſiam Alexandrinam*.

CONCILII *Sirmienſis*, A. C. 357 celebrati, *Confeſſio Fidei coram Imp. Conſtantio* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

CONCILII *Ariminenſis*, A.C. 359 celebrati, *Epiſtola ſynodalis ad Imp. Conſtantium* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo. Ibidem quoque extat *ejuſdem Concilij Sententia contra Vrſacium & Valentem eorúmque ſocios*; ut & *ejuſdem Concilij Reſcriptum ad Imp. Conſtantium*.

S. CONCILIVM *Epheſinum Oecumenicum* ſive *Generale tertium* celebratum eſt ſub *Imperatoribus Theodoſio II* & *Valentiniano III* A.C. 431 contra *Hæreſiarcham Neſtorium Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum*, cujus varios errores & blaſphemias prolixè recen-

ſet *Gabriel Prateolus* in Elencho Alphabetico omnium Hæreſium. Jã memorati Concilij variæ Epiſtolæ & Diplomata extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo: nempe *Relatio ad Impp. Theodoſium II & Valentinianum IIItium de Neſtorij depoſitione; Epiſtola ad Clerum populúmq; CPnum de Neſtorij depoſitione; Relatio ad Impp. Theodoſium II & Valentinianum III contra Comitem Candidianum; Relatio ad eoſdem Imperatores de Conciliabulo Orientalium Epiſcoporum, à Joanne Epiſcopo Antiocheno contra S. Concilium Epheſinum collecto; Epiſtola ad Epiſcopos, Clerum & Populum ſingularum Provinciarum de Orientalibus; Relatio ad eoſdem ſuprà memoratos Imperatores de Epiſcopis & Presbyteris, qui ab Vrbe Româ venerant; Relatio ad eoſdem ſuprà memoratos Imperatores, quâ Sacræ Epiſtolæ Imperiali per Joannem Comitem lectæ reſpondetur; Epiſtola mandatoria ad Epiſcopos Conſtantinopolim miſſos.*

S. CONCILIVM *Chalcedonenſe Oecumenicum* ſive *Generale IVtum*, celebratum eſt A. C. 451 adverſus *hæreſin Eutychetis Archimandritæ* ſive *Abbatis* & *Dioſcori Patriarchæ Alexandrini. Relatio* jam memorati *Concilij ad Imp. Marcianum de Epiſtolâ S. Leonis, primi ejus nominis Pontificis Romani, ad Flavianum Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

Imp. CONSTANTINVS *Magnus* cœpit imperare poſt mortem Patris ſui Imp. *Conſtantij Chlori* A. C. 306; debellato *Maxentio* Tyranno, libertatem Religionis Chriſtianæ publicavit A. 312; S. *Concilio Nicæno* Oecumenico ſive Generali Imo interfuit A. 325; *Conſtantinopolim* dedicavit A. 330; obijt A. 337. *Epiſtolæ* ipſius extant *variæ* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo: nempe *Epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam; Epiſtola ad omnes Epiſcopos & Populos, quâ jubet, ut Ariani deinceps vocentur Porphyriani, & ſcripta Arij publicè comburantur, & ut morte multetur, ſi quis ea dolo malo occultaverit; Epiſtola ad Arium ejúſque ſocios; Epiſtola ad Eccleſiam Nicomedienſem contra Euſebium Nicomedienſem & Theognium; Epiſtola ad Theodotum; Fragmentum Epiſtolæ ad S. Athanaſium; Epiſtola prima ad Populum Eccleſiæ Alexandrinæ pro S. Athanaſio; Epiſtola ad S. Athanaſium pro ipſius innocentia; Epiſtola ad Joannem S. Athanaſij calumniatorem; Epiſtola pro S. Athanaſio ad Epiſcopos Tyri congregatos; Epiſtola ſecunda ad Populum Eccleſiæ Alexandrinæ pro S. Athanaſio.*

CONSTANTINI *Tarſitæ Epigrammata in laudem Libri S. Joannis Chryſoſtomi de Virginitate, & in laudem Pandectæ Sacræ Scripturæ S. Antiochi, Monachi Palæſtini Lauræ S. Sabæ*, extant in ſuprà enumeratorũ centũ Codicũ MStotum LXXIIItio. CON-

CONSTANTINOPOLITANORVM *Clericorum Conteſtatio publica contra Neſtorium hæreſiarcham* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo. In eodem Codice extat etiam *Conſtantinopolitani Cleri Epiſtola ad S. Concilium Epheſinum Generale IIItium;*

Imp. CONSTANTIVS, Imp. *Conſtantini Magni* filius, cœpit imperare poſt mortem Patris A. C. 337, & obijt A. 361. *Epiſtolæ* ejus *tres ad S. Athanaſium Archiepiſcopum Alexandrinum* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo. In eodem Codice extant etiam *aliæ* quædam ejuſdem *Imp. Conſtantij Epiſtolæ:* nempe *Epiſtola ad Epiſcopos & Preſbyteros Eccleſiæ Catholicæ pro S. Athanaſio; Epiſtola pro eodem S. Athanaſio ad Populum Alexandrinum; Epiſtola pro eodem S. Athanaſio ad Neſtorium, & eâdem formâ ad Auguſtamnicæ, & Thebaidis, & Libyarum Præſides; Epiſtola ad Neſtorium Præfectum Ægypti; Epiſtola ad S. Athanaſium,* diverſa à tribus ſuprà memoratis; *Epiſtola ad Concilium Ariminenſe; Epiſtola ad S. Athanaſium* diverſa à quatuor ſuperioribus; *Epiſtola ad Alexandrinos; Epiſtola contra Frumentium Epiſcopum Auxumeos ad Tyrannos ejus loci Aizanam & Sazagam.*

COSMAS *Hieroſolymitanus*, qui circa annum Chriſti 750 floruit, citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo. Ejuſdem Ἔκφρασις ſive *Enarratio ſingulorum Pſalmorum totius Pſalterij Davidici carmine Iambico* extat in codice LXmo.

S. CYRILLVS, *Archiepiſcopus Alexandrinus*, qui A. C. 431. *S. Concilio Epheſino* adverſus *Neſtorium hæreſiarcham* nomine *S. Cæleſtini Papæ* præfuit, & A. 444, vel ſecundùm alios 445, mortuus eſt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo, XIVto & XVto; item in *Catenâ in Eſaiam Prophetam* in Codice XXVIImo; & in *Commentario marginali in quatuor Evangeliſtas*, qui extat in Codice XXIXno; ut & in *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Ioannem* in Codice XLmo; & in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; item in *Homilijs in Actâ Apoſtolorum* in Codice XLVto; & in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto. Idem quoque citatur in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Ejuſdem *Commentariorum in Exodum Libri tres*, unà cum *Commentarijs in Leviticum, Numeros & Deuteronomium,* extant in Codice LVIImo. Ejuſdem notabi-

tabilis locus ex *Opere contra Imp. Iulianum Apoſtatã de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* extat in Codice LVIIIvo. Ejuſdem (1) *Quæſtiones & Reſponſiones de Fide orthodoxâ* extant in Codice LIXno. Idem citatur in *Commentario marginali in Prophetam Eſaiam* in Codice LXXIIdo. Ejuſdem *S. Cyrilli Epiſtolæ variæ* aliáque nonnulla *Opuſcula* ad *Concilium Epheſinum Oecumenicum* ſive *Generale tertium*, A. C. 431 celebratum, pertinentia, extant in Codice LXXVIImo: nempe *Epiſtolæ duæ ad Neſtorium hæreſiarcham*; *Epiſtola ad S Cæleſtinum, primum ejus nominis Pontificem Romanum*; *Epiſtola ad Monachos Conſtantinopolitanos*; *Epiſtolæ tres ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum, ad Iuvenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum, & ad Acacium Epiſcopum Berœenſem*; *Epiſtola ad Clericos Conſtantinopolitanos*; *Liber ad Imp. Theodoſium II ſive Iuniorem de rectâ in Chriſtum fide*; *Epiſtola ad Clerum Populúmq; Conſtantinopolitanum contra Neſtorium*; *Epiſtola ad Comarium & Potamonem Epiſcopos*; *Epiſtola ab Epheſo ad Patres monachorum*; *Epiſtolæ duæ, ad Clerum Populúmq; Conſtantinopolitanum, & ad Epiſcopos Theopemptum, Potamonem & Danielem*; *Homiliæ quinque contra Ioannem Epiſcopum Antiochenum & Neſtorium*; *Apologeticus ad Imp. Theodoſium Iuniorem*; *Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum & Synodum ibidem congregatam*; *Epiſtolæ quatuor ad Clerum & Populum Alexandrinum*; *Homilia de Paulo Epiſcopo Emeſeno & de Incarnatione Dominicâ*; *Epiſtola ad Euoptium contra Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis impugnationem duodecim Anathematiſmorum*; (2) *Anathematiſmi duodecim contra Neſtorium, eorúmq; Declaratio coram S. Concilio Epheſino, ut & eorundem Defenſio adverſus Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Reprehenſionem*; *Epiſtolæ quatuor, ad Valerianum Epiſcopum Iconij, ad Eulogium Presbyterum, ad Acacium Epiſcopum Melitenæ, & ad Succeſſum Epiſcopum Diocæſareæ Provinciæ Iſaurienſis*; *Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum cæteróſq; Epiſcopos Orientales de Pace*; *Teſtimonia quatuor de duabus in Chriſto naturis*, ex *Epiſtolis* ipſius *ad Neſtorium & Ioannem Epiſcopum Antiochenum* deſumpta; *Explicatio verborum Chriſti apud S. Matthæum, De die autem illo vel horâ nemo ſcit, neq; Angeli, neq; Filius, niſi Pater*; *Explicatio primi verſûs capitis ſecundi Cantici Canticorum, Ego flos campi & lilium convallium.* Eidem *S. Cyrillo* attribuitur *Expoſitio in Prophetam Eſaiam*, quæ extat in Codice LXXVIIIvo. Ejuſdem *Liber ſecundus de rectâ Fide ad Imperatrices*, *Oratio de Incarnatione Dei Verbi*, *Epiſtola ad Monachos Ægypti*, & *Epiſtola ad Neſtorium hæreſiarcham*, extant in Codice LXXXVIIIvo.

(1) *Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrũ, Pariſijs A. 1654 in folio editã, Tom. XV. pag. 677.*

(2) *Vide ſuprà pag. 96.*

S. CYRILLVS, *Archiepiſcopus Hieroſolymitanus*, qui A.C. 386 obijt

obijt, citatur aliquoties in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ,* quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo. Ejuſdem *Catecheſes tàm Extemporaneæ ad illuminatos, quàm Myſtagogicæ ad recens baptizatos,* extant in Codice LVto.

D.

DANIEL, *quartus ex quatuor Prophetis Majoribus,* floruit obijtque ſeculo ante Chriſtum ſexto. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo. *Sententiæ* quædam ex eâdem *prophetiâ* deſumptæ extant in Codice XXVto. *Canticum trium Puerorum*, ex *Prophetiæ* ejuſdem *capite tertio* deſumptum, extat ſeparatim in *Appendice Pſalterij Davidici* in Codice Imo; item in Codice XImo & XVto *cum Commentario;* ut & in Codice XIXno, XXmo, XXImo, XXIIdo, XXIIItio & XXIVto *ſine Commentario.*

DAVID, *Rex & Propheta Hebræorum*, floruit obijtque ſeculo ante Chriſtum *undecimo*, & reliquit *Pſalterium*, *centum quinquaginta* conſtans *Pſalmis* cum *uno ſupernumerario. Pſalterium nudum ſine ullâ Expoſitione* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo. *Pſalterium totum cum ampliſſimâ Catenâ* ſive *Commentario, ex variorum Sanctorum Patrum, aliorúmq; veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum Operibus collecto*, extat in Codice Xmo. *In Pſalterium totum ejúſq; Appendicem, varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra complectententem*, *Commentarius ampliſſimus Theodori Heracleæ in Thraciâ Epiſcopi*, extat in Codice XImo. *In Pſalterium Catena ex varijs antiquis Autoribus collecta*, extat in Codice XIImo. *Pſalterium cum anonymi cujuſdam Autoris Commentario marginali* extat in Codice XIIItio. *In Pſalterium Catena ex varijs antiquis Autoribus collecta*, extat in Codice XIVto. *In Pſalterium ejúſq; Appendicem, varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica Sacra complectentem, Catena ex varijs antiquis Autoribus collecta*, extat in Codice XVto. Collectorem hujus Catenæ credidit *Joannes Sambucus Nicetam Metropolitam Heracleenſem. Pſalterium cum Origenis Expoſitione ſingulis verſibus ſubjunctâ*, extat in Codice XVIto. *Pſalterium cum brevi Expoſitione ſingulis verſibus ſubjuncti*, extat in Codice XVIImo. Attribuitur ea ibi *Aquilæ Pontico* & *Symmacho Samaritano. Pſalterium* in *quinque Libellos* ſeu *Partes* diviſum, cum *brevi Expoſitione* ſingulis verſibus ſubjunctâ, extat in Codice XVIIIvo. *Pſalterium* in *viginti Sectiones*, Καθίσματα appellatas, diviſum extat in Codice XIXno. *Pſalterium* antiquis nonnullis *Picturis* exornatum extat in Codice XXmo. *Pſalterium* ſine ullâ Expoſitione extat in Codice XXImo. *Pſalteriū* ſine ullâ Expoſitione extat in Codice XXIIdo.

Pſalterium cum adjunctâ *verſione latinâ* extat in Codice XXIIItio. *Pſalterium* minutiſſimis literis ſcriptum, cum *verſione latinâ* è regione appoſitâ, extat in Codice XXIVto. *Sententiæ* quædam ex *Pſalterio* deſumptæ extant in Codice XXVIto. *Pſalterij Davidici novem Pſalmi priores* cum *Anonymi* cujuſdam Autoris *Commentario ampliſſimo* extant in Codidice XXVIImo. *Interpretatio difficiliorum quorundam vocabulorum & phraſium in Pſalterio Davidico* extat in Codice XLVto. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Præfatio in Pſalterium* extat in Codice XIVto; idem *alia* in Codice XIXno & XXmo.

S. DIADOCHVS, (1) *Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopus*, citatur in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca*, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIImo. Ejuſdem notabilis locus ex *Capitibus aſceticis de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* extat in Codice LVIIIvo.

(1) *Creditur is floruiſſe circa annũ Chriſti 390.*

DIDYMVS *Alexandrinus*, ab infantiâ licet cæcus, ob multa tamen, quæ conſcripſit, egregia Opera, & quòd *S. Hieronymum* in Ægypto habuerit diſcipulum, percelebris, qui circa A. C. 393 obijt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo & XVto; & in *Commentario marginali in quatuor Evangeliſtas*, qui extat in Codice XXIXno; ut & in *Homilijs in Acta Apoſtolorum* in Codice XLVto. Idem quoque citatur in *Commentario in Canticum Canticorum* in Codice LVIto.

DIODORVS *Epiſcopus Tarſenſis*, qui A. C. 370 adhuc vivebat, citatur in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenâ in Pſalterium* in Codice XVto.

S. DIONYSIVS *Areopagita*, qui *Athenis* A. C. 50 à *S. Paulo Apoſtolo* ad Chriſtianam religionem converſus, & *primus Vrbis Athenienſis Epiſcopus* creatus eſt, citatur aliquoties in *Catenâ in Pſalterium*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo; item in *Catenâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; & in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Ejuſdem *S. Dionyſij, Opera cum Scholijs S. Maximi*, nempe *Liber de Divinis Nominibus*, *Liber de Cæleſti Hierarchiâ*, *Liber de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ*, *Liber de Myſticâ Theologiâ*, & *Epiſtolæ decem*, extant in Codice XLIXno. Eadem *S. Dionyſij Opera* unà *cum* ijſdem *S. Maximi Scholijs* extant etiam in Codice Lmo.

Lmo. Ejuſdem *S. Dionyſij Libri duo de Cœleſti Hierarchiâ & de Divinis Nominibus*, nec non *Epiſtolæ decem*, unà *cum Scholijs S. Maximi*, extant in Codice LImo. In ejuſdem *S. Dionyſij Librum de Cœleſti Hierarchiâ* extant *Scholia S. Maximi* ſeparatim in Codice LIIdo, unà cum *variantibus Lectionibus* non ſolùm in jam memoratum Librũ, verùm etiã in reliqua *S. Dionyſij Opera*. In *laudẽ Operũ S. Dionyſij Areopagitæ Epigrammata quædam antiqua*, quorũ autor videtur eſſe *S. Maximus*, extant in Codice XLIXno & Lmo. *Anonymi* cujuſdã Autoris *Expoſitio græca difficiliorum quorundã vocabulorũ, ad Hierarchiã Eccleſiaſticã pertinentiũ*, quibus *S. Dionyſius Areopagita* in ſuis Scriptis utitur; ſimul & *Recenſio deperditorũ Operũ* ejuſdẽ *S. Dionyſij*, quorũ ipſe in Scriptis ſuis, quæ ad nos pervenere, meminit, extat in Codice XLIXno & Lmo. *Anonymi* cujuſdam Autoris notabile *Teſtimonium de S. Dionyſio Areopagitâ*, & de vetuſtiſſimis *Therapeutis* ſive *Monachis*, quorum idem meminit, extat in Codice Lmo. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Interpretatio alphabetica difficiliorum quorundam vocabulorum*, quibus *S. Dionyſius Areopagita* in Operibus ſuis utitur, extat in eodem Codice Lmo.

S. DIONYSIVS, *Corinthiorum Epiſcopus*, qui circa annum Chriſti 170 obijt, citatur in *Anonymi Teſtimonio de S. Dionyſio Areopagitâ*, quod extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Lmo.

S. DIONYSIVS *Archiepiſcopus Alexandrinus* obijt A. C. 265. *Epiſtolæ* ejus *duæ ad Theodoſium Monachum* & *Vrſenuphium Lectorem* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Vto, Ejuſdem *Epiſtola apologetica ad S. Dionyſium Pontificem Romanum*, extat in Codice LVIImo.

DIONYSII *Comitis Epiſtola ad Euſebianos in causâ S. Athanaſij* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

DOROTHEI cujuſdam, qui vulgò *Epiſcopus Tyri* appellatur, *Libellus de duodecim Chriſti Apoſtolis & alijs ſeptuaginta diſcipulis* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXIVto. Ejuſdem *Commentarius in Acta Apoſtolorum & reliquam Novi Teſtamenti partem uſque ad Apocalypſin* extat in eodem jam memorato Codice XXXIVto. Ejuſdem *Synopſis hiſtorica de duodecim Chriſti Apoſtolis alijſque ſeptuaginta ejuſdem diſcipulis, & de Prophetis Veteris Teſtamenti*, extat in Codice LXXVIImo. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Byzantinorum* à *S. Stachy* uſq; ad ſuã ætatem, unà cum *Continuatione ejuſdem Chronologiæ* per alium quendam *Anonymum* Autorem uſque ad Patriarcham *Coſmam*, qui anteà fuit *Hieroſolymitanus Monachus*.

DORO-

DOROTHEVS *Archimandrita* ſive *Abbas* citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo.

E.

S. EPHRÆM ſive EPHRAIM, cognomine (1) *Syrus*, *Niſibi* in *Meſopotamiâ* natus, *Edeſſæ* autem, quæ (2) ejuſdem Regionis Vrbs eſt, *Diaconus*, qui A.C. 378 obijt, citatur in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto. Ejuſdem *Precatio* extat in Codice XIXno. Idem citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo. *Vita S. Ephræmi* ab *Anonymo* quodam Autore compoſita extat in Codice LXmo. In eodem Codice extant etiam *varia S. Ephræmi Opera:* nempe *Sermones paranetici quinquaginta ad Monachos; Capita centum ad Monachos; Sermo de Divinâ retributione ad propriam animam; Sermo de exercitatione ſpirituali Vitæ religioſæ atque monaſticæ; Sermo exhortatorius ad Fratres; Sermo, quòd non ſit ridendum, ſed lugendum potiùs atque plorandum; Sermo in quotidiè peccantes, & quotidiè pœnitentes; Sermo de Renunciatione & de Beatitudinibus atque miſerijs; Sermo de Animâ tempore tentationis, quomodo nempe cum lachrymis ad Deum recurrere debeat; Sermo de Judicio extremo & de compunctione; Sermo de Patientiâ; Sermo de Beatitudine; Sermo de compunctione; Sermones duo in ſecundum Adventum Domini noſtri* J E S V *Chriſti; Sermo aſceticus; Sermo de Fide in illud, Qui in modico fidelis eſt, & in multo erit; Sermo de Virginitate, & quòd juvenes non debent bibere vinum; Sermo de Pœnitentiâ & Patientiâ; Sermo de Pœnitentiâ; Sermo ad correctionem eorum, qui vitiosè vivunt, & honores appetunt; Sermo de Virtutibus & Vitijs per oppoſitionem; Inſtitutio ſive Catecheſis ad Monachos; Precatio ad Deum; Sermo in Antichriſtum; Sermo de Pœnitentiâ; Sermo de compunctione & ſalute animæ; Inſtitutio per Interrogationem & Reſponſionem, nempe quomodo blaſphemetur Deus, & quid ſibi velit dictum S. Pauli; Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras, item de Abrenunciatione in ſacro Baptiſmate factâ, & de varijs locis ac generibus tormentorum Inferni; Sermo de Charitate & dilectione; Sermo de Pſalmis, & quòd non ſit citharizandum; Sermo de Jejunio; Sermo de his, quæ præſens hæc noſtra vita in ſe continet; Sermo de Timore animæ;* ac denique *Teſtamentum ejuſdem* S. *Ephræmi*.

(1) Meſopotamia *enim pars antiquitùs fuit* Syriæ.
(2) *Sita enim fuit ad lævam* Euphratis *ripam.*

S. EPIPHANIVS, *Conſtantiæ* ſive *Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopus*, floruit ab A. C. 361 uſque ad A.403, quo valdè ſenex obijt. Citatur is in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium* S. *Lucæ*, quæ extat in ſuprà

ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo; & in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca*, in Codice XLVIIImo. Ejuſdem *Explanatio Verborum Epiſtolæ primæ S. Pauli ad Corinthios, Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei*, ut & *Explicatio verborum Chriſti apud S. Matthæum, De die autem illo vel horâ nemo ſcit, neque Angeli, neque Filius, niſi Pater*, extant in Codice LXXVIImo. Ejuſdem *Recenſio viginti duorum Operum Hexaëmeri creationis Mundi* extat in Codice LXXXIXno. In eodem Codice extat etiam *Fragmentum ex* ejuſdem *S. Epiphanij Panario de S. Joſepho, Sponſo Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & de ejuſdem liberis*; item *Liber* ejuſdem *ſuppoſititius de Vitis Prophetarum, eorúmq; obitu & ſepulturâ.*

ESAIAS, *primus quatuor Prophetarum Majorum* floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo* ſub *Jothamo, Achabo* & *Ezechiâ Regibus Juda*, *ſeptimo* autem ante Chriſtum ſeculo juſſu Regis *Manaſſis* ſerrâ ligneâ in duas partes diſſectus eſt *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo; item in Codice XXVIto cum *Andreæ Presbyteri ampliſſimâ Catenâ ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collectâ.* Ejuſdem *Prophetiæ fragmentum* cum *Anonymi* cujuſdam Autoris *Catenâ marginali* extat in Codice XXVIImo. *Canticum* ejuſdem, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου &c, extat ſeparatim in *Appendice Pſalterij Davidici* in Codice Imo; item in Codice XImo & XVto *cum Commentario*; ut & in Codice XIXno, XXmo, XXImo, XXIIdo, XXIIItio & XXIVto *ſine Commentario. Anonymi* cujuſdam Autoris *Explicatio verborum Capitis octavi Prophetæ Eſaiæ*, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε, extat in Codice XIXno.

ESDRAS, *Sacerdos Legis divinæ peritiſſimus*, floruit ſeculo ante Chriſtum *quarto*, & ſcripſit *Libros duos*, qui extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

EVDOXIVS, *Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus Arianus*, qui (1) ſub *Imp. Conſtantio* A.C. 359 Sedem Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* per vim occupavit, citatur in *Catenâ in Pſalterium*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XVto. *Excerpta ex* ejuſdem *Oratione de Incarnatione Dei Verbi* extant in Codice LXXVIImo.

(1) *Vide ſuprà pag. 167 & Card. Baron Annal. Eccleſ. Tom. III an. 359.*

EVODII *Monachi ſcripta contra Saracenorum hæreſin* citantur (2) in ſuprà enumeratorum centũ Codicum MStorum LXXVIImo.

(2) *Vide ſuprà pag. 170.*

EVSEBIVS cognomine *Pamphili, Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopus Arianus*, qui A. C. 340 obijt, citatur aliquoties in *Catenâ in Pſal-*

terium, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo. Ejuſdem *Præfatiunculæ duæ in Pſalterium* extant in Codice XImo. Idem etiam citatur aliquoties in *Catenis in Pſalterium* in Codice XIVto & XVto. Ejuſdem *Hypotheſes* ſive *Argumenta Pſalmorum Pſalterij Davidici* extant in Codice XIXno. Ejuſdem *Præfatiuncula in Canticum Moyſis Exodi cap. 15* extat in Codice XIXno. Idem citatur aliquoties in *Catenâ in Eſaiam*, quæ extat in Codice XXVIImo; videntur autem *Fragmenta* illa deſumpta eſſe ex *Eclogarum* ejus *Propheticarum de Chriſto libris quatuor*. Ejuſdem *Epiſtola ad Carpianum & Canones decem de conſonantiâ quatuor Evangeliſtarum* extant in Codice XXIXno, XXXmo, XXXImo. Idem citatur aliquoties in *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Joannem* in Codice XLmo; & in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo, ubi inprimis notanda eſt mentio cujuſdam *Operis*, inſcripti Ἐυαγγελικὴ Θεοφάνεια. Idem etiam citatur in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto; & in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Ejuſdem *Libri quatuor Eclogarum Propheticarum de Chriſto, Arianiſmo infecti, & hactenùs inediti*, extant in Codice LVto. Ejuſdem *Opus adverſus Hæreſes atheas* citatur in eodem Codice LVto. Ejuſdem *Commentarius in Canticum Canticorum* extat in Codice LVIto. Ejuſdem *Epiſtola ad Eccleſiam Cæſareenſem*, cui *duplicem* inſeruit *Confeſſionem Fidei*, nempe *propriam* ſive *Arianam*, & *Nicænam* ſive *Catholicam*, extat in Codice LVIImo. Idem citatur in *Commentario marginali in Prophetam Eſaiam* in Codice LXXIIdo.

EVSEBIVS, *Emeſæ in Syriâ Epiſcopus Arianæ factionis*, qui circa A. C. 360 obijt, citatur in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto.

EVSEBIANORVM *ſeptem diverſæ Confeſſiones Fidei* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

EVSTATHIVS natione *Pamphylius*, patriâ *Sidetes*, primùm *Beroœenſis*, poſteà autem *Antiochenus Epiſcopus*, qui A C. 340 ab *Arianis* in exilium pulſus eſt, citatur in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto.

(1) Vide ſuprà pag. 124, 125. & 145. EVSTATHII, (1) *Sebaſtiæ, in Armeniâ Epiſcopi Ariani, Subſcriptio Confeſſionis Fidei orthodoxæ S. Baſilij Magni* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXIVto.

EVSTATHII, incertæ Sedis & ætatis *Metropolitæ, Conſideratio & Correctio Vitæ monaſticæ* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXVto.

S. EV-

S. EVSTRATIVS *Martyr*, qui ſub *Impp. Diocletiano & Maximiano* in *Armeniâ* exquiſitis tormentis cruciatus, & tandem in fornacem miſſus eſt, compoſuit ante conſummationem martyrij jam moribundus *Orationem ad Deum*, quæ extat in *Appendice Pſalterij Davidici* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo, inſcribitúrque ibi & incipit hoc modo: Προσευχὴ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Εὐστρατίου. Μεγαλύνων μεγαλυνῶ σὲ Κύριε, ὅτι ἐπεῖδες τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, &c. *Integra* hæc *Oratio* extat in antiquis *Actis Martyrij S. Euſtratij & Sociorum ejus*, ab *Euſebio Monacho Sebaſteno* græcè ſcriptis, quæ extant apud Laurentium Surium Tomo ſexto de probatis Sanctorum Hiſtorijs, die XIIItio Decembris, ſed tantùm *latinè*, & ſub falſo nomine *Symeonis Metaphraſtæ*. Vide etiam *Martyrologium Romanum* cum Notis *Card. Baronij*, d. 13 Decembris, atque inſuper conſule *Leonis Allatij Diatribam de Symeonum Scriptis* pag. 83.

EVTHALIVS, incertæ Eccleſiæ Græcæ *Diaconus*, qui ſcripſit *breviſſimum Compendium de Vitâ, Peregrinationibus & Martyrio S. Pauli Apoſtoli*, citatur in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIto.

EVTHYMIVS *Zigabenus*, *Monachus Græcus*, floruit initio ſeculi poſt Chriſtum *duodecimi*, & (1) juſſu *Imp. Alexij Comneni*, qui A.C. 1118 mortuus eſt, propter *Bogomilos* potiſſimùm compoſuit *Panopliam dogmaticam orthodoxæ Fidei adverſus diverſas hæreſes*, ex quâ *varia* extant *Excerpta* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *Panopliæ dogmaticæ Appendix*, hactenùs, quod ſciam, nondum edita, quâ continentur *Anathematiſmi quatuordecim contra Maſſalianorum & Bogomilorum hæreſin, & Triumphus de eorundem repreſſione per Imp. Alexium Comnenum, cujus juſſu Baſilius hæreſiarcha, profeſſione quidem Medicus, habitu autem Monachus, in Hippodromo Conſtantinopolitano vivus combuſtus eſt.*

(1) Vide ſuprà pag. 168.

EZECHIAS, *Rex Juda*, floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo*, & compoſuit *Orationem*, quæ incipit Ἐγὼ εἶπα ἐν τῷ ὕψει τῶν ἡμερῶν μου &c, & ex *Prophetæ Eſaiæ* capite 38 deſumpta, extat ſeparatim in *Appendice Pſalterij Davidici* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imó.

EZECHIEL, *tertius quatuor Prophetarum Majorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *ſexto*. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo. *Anonymi* cujuſdam Autoris

Interpretatio Gemmarum, quarum fit mentio apud *Ezechielem*, extat in Codice XXXIVto.

F.

FLAVIANI, *Epiſcopi Antiocheni*, *Teſtimonium de duabus in Chriſto naturis*, ex ipſius *Homiliâ in Theophania* deſumptum, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIIno.

FLAVIUS *Himerius*; vide HIMERIUS.

FLAVIUS JOSEPHUS, *Judæus Sacerdos*, ſectâ *Phariſæus*, *Hiſtoricus* celeberrimus, natus eſt A. C. 37, ſive anno primo *Imp. Caij Caligulæ*; captus eſt à *Romanis* in Caſtro *Jotapata* A. C. 68, cúmque *Veſpaſiano* mortem *Imp. Neronis* atque Imperium prædixiſſet, ductus eſt Romam, ibique perbenignè ac perhonorificè habitus, vixit ſcripſitq; uſq; ad interitum *Imp. Domitiani*, ſive, annum Chriſti 95. Citatur is aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enuemratorum centum Codicum MStorum IVto. Ejuſdem *Methodus compoſitionis Pſalterij Davidici, ex libris Antiquitatum Judaicarum deſumpta*, extat in Codice XIXno & XXmo. Idem citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; & in *Homilijs in Acta Apoſtolorum* in Codice XLVto; item in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo, ubi agitur de *S. Joanne Baptiſtâ*, & de *verâ cauſâ expugnationis Urbis Hieroſolymitanæ per Titum Imp. Veſpaſiani filium.*

G.

GAD & NATHAN *Prophetæ* floruerunt ſeculo ante Chriſtum *undecimo*, atque eodem ſeculo aliquot annis poſt mortem Regis *Davidis* obierunt. Continuârunt illi *Hiſtoriam Libri primi Regum* à principio Capitis *vigeſimi quinti*, ſive, à morte *Samuelis*, uſque ad Capitis *ſecundi* Libri *tertij* Regum verſum *undecimum*, ſive, uſque ad mortem Regis *Davidis*. Extat autem jam memorata *Continuatio Hiſtorica* in ſuprà enumeratorum centum Codicum manuſcriptorum Imo; item in Codice Vto cum *anonymi* cujuſdam Autoris *Expoſitione*, quam *Sebaſtianus Tengnagelius Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis* eſſe credidit.

GENNADIUS, *Patriarcha Conſtantinopolitanus*, qui A. C. 471 obijt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo & XIVto; & in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto.

GEORGIUS *Archiepiſcopus Alexandrinus*, qui A. C. 630 obijt, cita-

citatur aliquoties in *Catenis in Pſalterium*, quæ extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo & XIVto.

GEORGIVS *Pachymeres, Protecdicus & Dicæophylax Conſtantinopolitanus*, qui ſub *Imp. Michaele Palæologo*, ejuſque filio *Imp. Andronico Seniore* ac pronepote *Imp. Andronico Iuniore* floruit, & circa A. C. 1340 obijt, citatur in *Catenâ in Pſalterium*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo.

S. GERMANI, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui A. C. 730 ſub *Imp. Leone* III, cognomine *Conone* & *Iconomacho*, propter cultum ſacrarum Imaginũ ſponte abdicavit, & circa annum Chriſti 740 obijt, *Oratio in Magnum & Sanctum Sabbatum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXIVto.

GERMANI, *ſecundi* ejus nominis *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, & *Synodi* apud ipſum congregatæ, *Reſponſio ad Confeſſionem Fidei Papæ Gregorij Noni, & ab ipſo miſſos Fratres Minores ac reliquos de Proceſſione Spiritûs Sancti*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXIVto. In eodem Codice extat etiam *Synopſis Teſtimoniorum Sacræ Scripturæ & Sanctorum Patrum contra Latinorum hæreſes & errores de Proceſſione Spiritûs Sancti, Azymis & Baptiſmate, deſumptorum ex ſuprà memorati Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani, Niceæ reſidentis, Reſponſione ad epiſtolam Papæ Gregorij Noni.*

S. GREGORIVS, *Neocæſareæ in Ponto Epiſcopus*, cognomine *Thaumaturgus*, obijt A.C. 265. *Diſſertatio ejus de Animâ ad Tatianum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVto. Ejuſdem *Expoſitio Fidei, quam ſub principium ſuſcepti muneris Epiſcopalis per revelationem nocturnæ viſionis accepit a S. Ioanne Evangeliſtâ*, extat in Codice LIXno & LXXXIXno Ejuſdem *Metaphraſis in Eccleſiaſten*, extat in Codice LXXIXno, LXXXmo, LXXXIVto, ſed perperàm ibi attribuitur *S. Gregorio Nazianzeno.*

S. GREGORIVS, cognomine *Theologus*, *Nazianzenus*, ſive, *Nazianzi in Cappadociâ natus*, primùm quidem *Epiſcopus Saſimorum*, poſteà autem *Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus*, qui A. C. 389 obijt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo, XIVto & XVto. Ejuſdem *Precatio* extat in Codice XIXno. Idem citatur aliquoties in *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Ioannem* in Codice XLmo; & in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo. Ex ejuſdem Operibus *Excerpta de S. Trinitate* cum *Interpretatione Ni-*

ceta & *Scholijs Leontij Byzantini* extant in Codice XLVto. Idem citatur in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto; & in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Ejuſdem *Philocalia Origeniana* extat in Codice LIIItio. *Anonymi* cujuſdam Autoris, qui à *Nonno Panopolitâ diverſus eſt, Explicatio Hiſtoriarum ac Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Iulianum Apoſtatam Orationibus invectivis meminit*, extat in Codice LIXno. In eodem Codice extant etiam *S. Gregorij Nazianzeni* quædam *Carmina*. Ejuſdem *Sententiæ parænetica binis verſibus conſtantes* extant in Codice LXmo. Ejuſdem *Epiſtola ad Nicobulum* extat in Codice LXIIItio. In eodem Codice extant etiam ejuſdem *Epiſtolæ duæ ad S. Baſilium Magnum*. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epitome Scriptorum dogmaticorum S. Gregorij Nazianzeni* extat in Codice LXXVIto. Ejuſdem *S. Gregorij Teſtimonia duo de duabus in Chriſto naturis*, ex *Epiſtolâ primâ ad Cledonium* & ex *ſecundo Sermone de Filio* deſumpta, extat in Codice LXXVIImo. *Notarum marginalium*, in antiquis nonnullis Operum *S. Gregorij Nazianzeni* Codicibus MStis Græcis occurrentium, *Explicatio* extat in Codice LXXIXno. In eodem Codice LXXIXno extant *varia* ejuſdem *S. Gregorij Opera* cum *Anonymi* cujuſdam Autoris antiquis *Scholijs marginalibus*: nempe *Oratio in Sanctum Paſcha & in tarditatem*; *Magnus Sermo Apologeticus de fugâ in Pontum*; *Oratio ad eos, qui ipſum acciverant, & poſteà non venerant, cùm Presbyter factus eſſet*; *Oratio funebris in laudem fratris ſui Cæſarij*; *Oratio funebris in laudem ſororis ſuæ Gorgoniæ*; *Oratio prima de Pace poſt reconciliationem Monachorum*; *Oratio ſecunda de Pace*; *Oratio Apologetica ad patrem Gregorium præſente S. Baſilio Magno habita, cùm Epiſcopus Saſimorum creatus eſt*; *Oratio Apologetica ad patrem Gregorium & S. Baſilium Magnum poſt reditum ex fugâ*; *Oratio ad S. Gregorium Nyſſenum, cùm poſtridie illius diei, quo Epiſcopus creatus fuerat, veniſſet*; *Oratio ad Patrem Gregorium, cùm ipſi curam Eccleſiæ Nazianzenæ commiſiſſet*; *Oratio in patrem ſilentem ob plagam grandinis*; *Oratio funebris in laudem patris ſui Gregorij Epiſcopi Nazianzeni*; *Oratio de Sermonibus ſuis & ad Julianum tributorum exæquatorem*; *Oratio ad Cives Nazianzenos gravi timore perculſos & Præfectum iraſcentem*; *Oratio funebris in laudem S. Baſilij Magni*; *Oratio de alendis pauperibus, ſive, de amore pauperum*; *Oratio in laudem S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini*; *Oratio in laudem S. Cypriani Martyris*; *Oratio in laudem Maccabæorum*; *Oratio in laudem Heronis Philoſophi Alexandrini*; *Oratio in portu ad eos, qui ex Ægypto venerant*; *Oratio de dogmate & conſtitutione*

Epiſco-

Epiſcoporum; Oratio prima de Theologiâ, ſive, Præludium Diſputationis adverſus Eunomianos; Oratio ſecunda de Theologiâ; Oratio tertia de Theologiâ, ſive, prima de Filio; Oratio quarta de Theologiâ, ſive, ſecunda de Filio; Oratio quinta de Theologiâ, ſive, de Spiritu Sancto; Oratio in Sanctum Chriſti Nativitatem; Oratio in Sancta Lumina, ſive, in Feſtum Epiphaniæ; Oratio in Sanctum Baptiſma; Oratio ſecunda in S. Paſcha; Oratio in novam Dominicam & in S. Martyrem Mamantem; Oratio in Sanctam Pentecoſten; Oratio ad Arianos & de ſeipſo; Oratio tertia de Pace; Oratio de modeſtiâ in diſputationibus ſervandâ; Oratio cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Vrbem rediiſſet; Oratio ad eos, qui ipſum dixerunt affectare Cathedram Conſtantinopolitanam; Oratio in præſentiâ centum quinquaginta Epiſcoporum habita; Epiſtolæ duæ ad Cledonium Preſbyterum; Epiſtola ad Nectarium Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum; Orationes duæ invectivæ adverſus Imp. Iulianum Apoſtatam; Oratio in illud Evangelij S. Matthæi, Cùm conſummâſſet JEſus ſermones iſtos, migravit è Galilæa, &c; Oratio habita in electione Eulalij Doarenſium Epiſcopi; Carmen adhortatorium ad Virginem, quod ibi minùs rectè appellatur Oratio; Oratio dubia ad Evagrium Monachum de Divinitate; Oratio dubia in Prophetam Ezechielem; Metaphraſis in Eccleſiaſten, quæ perperàm attribuitur *S. Gregorio Nazianzeno*, re verâ autem *S. Gregorij Thaumaturgi* eſt. Ejuſdem *S. Gregorij varia Opera* cum *Anonymi* cujuſdam Autoris *Scholijs marginalibus*, & *Philæ Hypotheſibus* ſeu *Epigrammatibus Jambicis*, extant in Codice LXXXmo hoc ordine: *Magnus Sermo Apologeticus de fugâ in Pontum; Oratio ad eos, qui ipſum acciverant, nec tamen venerant; Oratio funebris in laudem Cæſarij fratris; Oratio ad patrem ſuum & S. Baſilium Magnum, cùm ipſum ordinaturi eſſent Epiſcopum Saſimorum; Oratio ad eoſdem, cùm jam ordinatus eſſet Epiſcopus Saſimorum; Oratio ad Patrem, cùm ipſi commiſit curam Eccleſiæ Nazianzenæ; Orationes tres de Pace; Oratio ad Cives Nazianzenos gravi timore perculſos & Præfectum iraſcentem; Oratio funebris in laudem Gorgoniæ ſororis; Oratio funebris in laudem Patris ſui Gregorij Epiſcopi Nazianzeni; Oratio prima de Theologiâ; Oratio tertia de Theologiâ, ſive, prima de Filio; Oratio quarta de Theologiâ, ſive, ſecunda de Filio; Oratio quinta de Theologiâ, ſive, de Spiritu Sancto; Oratio ad Arianos & de ſeipſo; Oratio in laudem Heronis Philoſophi Alexandrini; Oratio ad eos, qui ex Ægypto venerant; Oratio de dogmate & conſtitutione Epiſcoporum; Oratio ſecunda de Theologiâ; Oratio de modeſtiâ in diſputationibus ſervandâ; Oratio ad eos, qui ipſum dixerunt affectare Cathedram Conſtantinopolitanam; Oratio, cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Vrbem*

Vrbem rediiſſet; Epiſtola ad Nectarium Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum; Epiſtolæ duæ ad Cledonium Presbyterum; Orationes duæ Invectivæ adverſus Imp. Julianum Apoſtatam; Oratio de ordinatione Eulalij Epiſcopi Doarenſium; Carmen adhortatorium ad Virginem, quod ibi perperàm appellatur Oratio; Oratio in illud Evangelij S. Matthæi, Cùm conſummâſſet J E S V *ſermones iſtos, migravit &c; Oratio ad Evagrium Monachum de Divinitate; Oratio in Ezechielem; Metaphraſis in Eccleſiaſten*, quæ perperàm attribuitur *S. Gregorio Nazianzeno*, reverâ autem *S. Gregorij Thaumaturgi* eſt. Ejuſdem *S. Gregorij Orationes ſedecim* cum *Anonymi* cujuſdam Autoris *Scholijs marginalibus* extant in Codice LXXXImo hoc ordine: *Orationes duæ in Sanctum Paſcha; Oratio in Novam Dominicam & S. Martyrem Mamantem; Oratio in Sanctam Pentecoſten; Oratio in Maccabæos; Oratio in S. Cyprianum Martyrem; Oratio de Sermonibus ſuis & ad Julianum tributorum exæquatorem; Oratio in Sanctam Chriſti Nativitatem; Oratio funebris in laudem S. Baſilij Magni; Oratio in Sancta Lumina; Oratio in Sanctum Baptiſma; Oratio in laudem S. Athanaſij; Oratio ad S. Gregorium Nyſſenum; Oratio in præſentiâ centum quinquaginta* Epiſcoporum; *Oratio in plagam grandinis; Oratio in* Ezechielem. Ejuſdem *S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim* cum *Anonymi* cujuſdã Autoris *Scholijs marginalibus* extant in Codice LXXXIIdo hoc ordine: *Orationes duæ in Sanctum Paſcha; Oratio in Novam Dominicam; in* S. *Pentecoſten; in Maccabæos; in S. Cyprianum Martyrem; ad Julianum tributorum exæquatorem; in Sanctam Chriſti Nativitatem; in laudem* S. *Baſilij Magni; in* Sancta *Lumina; in* S. *Baptiſma; ad* S. *Gregorium Nyſſenum; in laudem* S. *Athanaſij; in præſentia* 150 Epiſcoporum; *de amore pauperum; in plagam grandinis.* Ejuſdem S. *Gregorij Orationes viginti quatuor* cum *Anonymi* cujuſdam Autoris *Scholijs marginalibus* extant in Codice LXXXIIItio hoc ordine: *Orationes duæ in* Sanctum *Paſcha; Oratio in Novam Dominicam; in S. Pentecoſten; in* S. *Cyprianum; in Maccabæos; ad Julianum tributorum exæquatorem; in Chriſti Nativitatem; in laudem* S. *Baſilij Magni; in ſancta Lumina; in* S. *Baptiſma; ad* S. *Gregorium Nyſſenum; in laudem* S. *Athanaſij; in præſentiâ* 150 Epiſcoporum; *de amore pauperum; in plagam grandinis; ſecunda, tertia, quarta; quinta & prima de Theologiâ; ad Arianos & de ſeipſo; ad eos, qui ipſum dixerunt affectare* Cathedram *Conſtantinopolitanam.* *In eodem* Codice LXXXIIItio extat etiam *Expoſitio τῶν Σημείων* ſive *Notarum marginalium*, cujus jam ſuprà in recenſione Codicis LXXIXni facta eſt mentio. Ejuſdem S. *Gregorij Nazianzeni varia Opera* extant in Codice LXXXIVto hoc ordine: *Oratio prima & ſecunda de pace; Apologetica*

getica ad patrem & S. Baſilium Magnum, quando Epiſcopus Saſimorum ordinatus eſt; Apologetica ad eoſdem poſt reditum ex fugâ; ad S. Gregorium Nyſſenum; ad Patrem, cùm ipſi commiſit Eccleſiam Nazianzenam; funebris in laudem patris; ad Julianum tributorum exæquatorem; ad Cives Nazianzenos; in Maccabæos; ad eos, qui ipſum vocaverant, & poſteà non venerant; funebris in laudem Cæſarij fratris; funebris in laudem Gorgoniæ ſororis; ad eos, qui ex Ægypto venerant; de dogmate & conſtitutione Epiſcoporum; ſecunda de Theologiâ; in laudem Heronis; prima de Theologiâ; tertia de Pace; de modeſtiâ in diſputationibus ſervandâ; cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, in Vrbem rediiſſet; Epiſtolæ duæ ad Cledonium; Epiſtola ad Nectarium; Oratio in illud S. Matthæi, Cùm conſummâſſet JESVS ſermones iſtos, &c.; de ordinatione Eulalij; Carmen adhortatorium ad Virginem; Oratio ad Evagrium de Divinitate; in Ezechielem; Metaphraſis in Eccleſiaſten, quæ perperàm attribuitur *S. Gregorio Nazianzeno*, reverà autem eſt *S. Gregorij Thaumaturgi.* Ejuſdem *S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim* extant in Codice LXXXVto hoc ordine: *Orationes duæ in S. Paſcha; Oratio in Novam Dominicam; in S. Pentecoſten; ad S. Gregorium Nyſſenum; ad Julianum tributorum exæquatorem; in S. Cyprianum; in S. Athanaſium; in præſentiâ 150 Epiſcoporum; in plagam grandinis; in Chriſti Nativitatem; in S. Baſilium Magnum; in Sancta Lumina; in S. Baptiſma; in Maccabæos; de amore pauperum.* Ejuſdem *S. Gregorij Nazianzeni varia Opera* extant in Codice LXXXVIto hoc ordine: *Orationes duæ in S. Paſcha; Oratio in Novam Dominicam; in S. Pentecoſten; in Maccabæos; in S. Cyprianum; ad Julianum tributorum exæquatorem; in Chriſti Nativitatem; in S. Baſilium Magnum; in Sancta Lumina; in S Baptiſma; ad S. Gregorium Nyſſenum; in S. Athanaſium; de ordinatione Eulalij; in præſentiâ 150 Epiſcoporum; Carmen adhortatorium ad Virginem; Epiſtola prima ad Cledonium.* Ejuſdem *S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim* extant in Codice LXXXVIImo hoc ordine: *Orationes duæ in S. Paſcha; Oratio in novam Dominicam; in S. Pentecoſten; in Maccabæos; in S. Cyprianum; ad Julianum tributorum exæquatorem; in Chriſti Nativitatem; in S. Baſilium Magnum; in Sancta Lumina; in S. Baptiſma; ad S. Gregorium Nyſſenum; in S. Athanaſium; in præſentiâ 150 Epiſcoporum; de amore pauperum; in plagam grandinis.* Ejuſdem *S. Gregorij varia Opera* extant in Codice LXXXVIIIvo hoc ordine: *Magna Oratio Apologetica de fugâ in Pontum; Oratio ad eos, qui ipſum vocaverant, & poſteà non venerunt; prima, ſecunda & tertia de Pace; Apologetica ad S. Baſilium Magnum de ordinatione ſuâ in Epiſcopum Saſimorum; Apologetica ad eoſdem poſt reditum ex fugâ;*

ad Patrem, cùm curam Eccleſiæ Nazianzenæ ipſi commiſit; ad Arianos & de ſe ipſo; ad eos, qui dixerunt ipſum affectare Cathedram Conſtantinopolitanam; cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Vrbem rediiſſet; de modeſtiâ in diſputationibus ſervandâ; funebris in laudem Patris; in laudem Heronis; Epiſtolæ duæ ad Cledonium; Oratio in illud S. Matthæi, Cùm conſummâſſet JESVS *ſermones iſtos, &c; Carmen adhortatorium ad Virginem; Epiſtola ad Nectarium; Oratio ad Evagrium de Divinitate; prima & ſecunda de Theologiâ; de dogmate & conſtitutione Epiſcoporum; tertia, quarta & quinta de Theologiâ.* Ejuſdem *Sancti Gregorij Nazianzeni Oratio in Sanctum Paſcha & in tarditatē* extat in Codice LXXXIXno. Ejuſdem *Orationes quinq;*, nempe *prima & ſecunda in S. Paſcha, in Novam Dominicā, in Chriſti Nativitatem*, & *in Sancta Lumina*, extant in Codice XCmo. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Commentarius* in eaſdem *S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim*, quas etiam (1) *Nicetas Serrarum & Heracleæ Metropolita* Commentario ſuo illuſtravit, extat in Codice XCVIImo. Reliqua ad *S. Gregorium Nazianzenum* pertinentia vide in literâ B, ubi agitur de BASILIO *Scholiaſte*; in lit. G, ubi agitur de GREGORIO *Presbytero Cæſareæ Cappadociæ*; in lit. M, ubi agitur de S, MAXIMO *Monacho & Martyre*; in lit. N, ubi agitur de NICETA *Serrarum & Heracleæ Metropolitâ*, & de NONNO *Panopolita*; & in lit. P, ubi agitur de PHILE.

(1) *Vide ſuprà pag.* 198, 199, 200 & 201.

S. GREGORIVS, *Nyſſæ in Cappadociâ Epiſcopus, S. Baſilij Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi frater natu minor*, qui A. C. 395 vel 396 obijt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo, XIVto & XVto. Ejuſdem *fragmentum de Diapſalmate Pſalterij Davidici* extat in Codice XIXno & XXmo. *Sententiæ* quædam ex ejuſdem *Scriptis* deſumptæ extant in Codice XXVto. Idem citatur aliquoties in *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrū in Evangelia ſecundùm S. Matthæum*, S. *Lucam* & S. *Joannē* in Codice XLmo; & *in Catenâ ampliſſimâ in Evangelium* S. *Lucæ* in Codice XLIIdo; item in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto; & in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Idem quoque citatur in *Commentario in Canticum Canticorum* in Codice LVIto. Ex S. *Gregorij Nyſſeni Epiſtolâ Canonicâ ad S. Letojum Epiſcopum Melitenæ in Cappadociâ Fragmentum de homine* extat in Codice LIXno. Ejuſdem S. *Gregorij Nyſſeni Liber de creatione & ſtructurâ hominis* extat in Codice LXIIdo. Ejuſdem *Homiliæ octo de octo Beatitudinis comparandæ rationibus, quarum ipſe Ser-*

vator

vator noſter Chriſtus apud S. *Matthæum cap.* 5 *meminit*, extat in eodem Codice LXIIdo. Ejuſdem *Homiliæ quinq; in Orationem Dominicam* extant in eodem Codice LXIIdo, Ejuſdem *Liber de creatione & ſtructurâ hominis* extat in Codice LXIIItio. Idem *Liber* extat etiã in Codice LXIVto. In eodem Codice LXIVto extant etiam ejuſdem *S. Gregorij Homiliæ octo in totidem Beatitudines Evangelicas apud* S. *Matthæum cap.* 5. Ejuſdem *Oratio in triduanam Chriſti ſepulturam* extat in Codice LXIVto. Ejuſdem *Homilia in illud, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, & ejuſdem *Liber de creatione & ſtructurâ hominis*, extant in Codice LXVto. Ejuſdem *Encomium in Meletium Epiſcopum Antiochenum* extat in Codice LXVIImo, ſed perperàm ibi attribuitur S. *Baſilio Magno*. Ex ejuſdem *Epiſtolâ Paſchali, ſeu Canonicâ ad* S. *Letojum Epiſcopum Melitenæ* extant *Excerpta* quædam in Codice LXXVIto. Ex ejuſdem *Oratione contra Apollinarem* extat *Fragmentum* aliquod, hactenùs, quod ſciam, nondum editum, in Codice LXXVIImo. Idem quoque citatur in *Scholijs marginalibus Orationum* S. *Gregorij Nazianzeni* in Codice LXXXImo.

GREGORIVS *Presbyter Cæſareæ Cappadociæ*, qui (1) circa annum Chriſti 940 floruit, ſcripſit *Vitam* S. *Gregorij Nazianzeni*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXIXno & LXXXIVto. (1) *Vide Ger Ioan. Voſſ. de Hiſtor Græcis lib 4 cap. 19.*

GREGORIVS, *Nonus ejus nominis Pontifex Romanus*, electus eſt A. C. 1227, obijt autem A. 1241. *Expoſitio Confeſſionis Fidei Eccleſiæ Occidentalis de Proceſſione Spiritûs Sancti à Patre & Filio, conſcripta à Papâ Gregorio Nono, & miſſa ad Germanum, ſecundum ejus nominis Patriarcham Conſtantinopolitanum, cum ſubſcriptione Apocriſiariorum ſive Legatorum Romanæ Eccleſiæ*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXIVto.

H.

HABACVC, *octavus duodecim Prophetarum Minorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo*. *Prophetia* ejus integra extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo: *Canticum* autem ejuſdem, Κύριε εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, &c, extat ſeparatim in *Appendice Pſalterij Davidici* in Codice Imo; item in Codice XImo & XVto *cum Commentario*: ut & in Codice XIXno, XXmo, XXImo, XXIIdo, XXIIItio & XXIVto *ſine Commentario*.

HAGGÆVS, *decimus duodecim Prophetarum Minorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *quinto*. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

HANNA *Propheteſſa, mater Samuelis*, floruit ſeculo ante Chri-

 ſtum

ſtum *duodecimo*, & compoſuit *Canticum lib.* 1 *Reg. cap.* 2 Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου &c; quod extat in *Appendice Pſalterij Davidici* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo; item in Codice XImo & XVto *cum Commentario*; ut & in Codice XIXno, XXmo, XXImo, XXIIddo, XXIIItio & XXIVto *ſine Commentario*.

HESYCHIVS, *Presbyter Hieroſolymitanus*, citatur in *Catenis in Pſalterium*, quæ extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo, XIVto & XVto. *Sententiæ* quædam ex ejuſdem *Scriptis* deſumptæ extant in Codice XXVto.

HIMERII, *Exactoris Mareotæ*, *Epiſtola ad Colluthum in cauſâ* S. *Athanaſij* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

S. HIPPOLYTVS *Martyr*, *Clementis Alexandrini diſcipulus*, & *Portuenſis in Italiâ prope Romam Epiſcopus*, qui circa annum Chriſti 230 ſub *Imp. Alexandro Severo* paſſus eſt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo.

HIPPOLYTVS *Thebanus*, claruit ſæculi poſt Chiſtum *decimi* poſteriori parte dimidiâ; utpote qui *Symeone Metaphraſte*, quem ſub *Imperatoribus Conſtantinopolitanis Leone Sapiente*, *Conſtantino Porphyrogenito*, & *duobus Romanis Primo ac Secundo* conſtat floruiſſe, tanquam ab ipſo citato, paulò eſt *Junior*. *Fragmentum de Genealogiâ Chriſti* & *beatiſſimæ Matris ipſius Mariæ*, ex *Opere* ejus *Chronologico* deſumptum, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXIXno. Ejuſdem *Expoſitio, quantum temporis Dominus noſter* Jesus *Chriſtus habitaverit in Mundo poſt aſſumptionem humanæ naturæ*, ex eodem ſuprà memorato *Opere Chronologico* deſumpta, extat in Codice LIXno.

HOSIVS, (1) *in Bæticâ Hiſpaniæ Provinciâ Epiſcopus Cordubenſis*, præfuit S. *Concilio Nicæno Oecumenico* ſive *Generali primo* A.C. 325, & valdè ſenex obijt circa annum Chriſti 359. *Epiſtola* ejus *ad Imp. Conſtantium pro S. Athanaſio* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

I.

S. JACOBUS *Apoſtolus*, cognomine *Minor* & *Frater Domini*, *primus Hieroſolymitanorum Epiſcopus*, trucidatus eſt fuſte fullonis A.C. 61 aut 62. *Epiſtola* ejus, quæ una eſt de *ſeptem Catholicis*, extat

(1) *Quod nomen hoc proprium* Hoſius *cum aſpiratione, non autem* Oſius *ſine aſpiratione ſcribendum ſit, ſatis manifeſtè indicat* S. Athanaſius *Archiepiſcopus Alexandrinus*, *dum* Epiſtolæ *ejus ad* Imp, Conſtantium *ſubjungit hæc verba*: Ταῦτα μὲν ὁ Ἀβραμιαῖος γέρων ὁ ἀληθῶς ὍΣΙΟΣ ἐφρόνησέ τε καὶ ἔγραψεν· *hoc eſt*: Hæc Abrahamicus ille Senex, verè HOSIVS ſive SANCTVS, & ſenſit & ſcripſit.

extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo; item in Codice XXXIVto *cum Commentario marginali*, & in Codice XXXVto *cum antiquis nonnullis Scholijs*; ut & in Codice XXXVIto & XXXVIImo, ſed *ſine Commentario & Scholijs*.

JEREMIAS, *ſecundus quatuor Prophetarum Majorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *ſeptimo*, & cœpit vaticinari anno *decimo tertio Joſiæ* Regis Juda. *Prophetia* ejus, & *Threni* ſive *Lamentationes*, & *Epiſtola*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

JESUS *filius Sirach* floruit ſeculo ante Chriſtum *tertio*, & ex *Hebraicâ* in *Græcam* linguam tranſtulit *Librum avi ſui*, qui inſcribitur *Eccleſiaſticus* & *Sapientia JEſu filij Sirach*. Extat is in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo, VIto, VIImo. *Sententiæ* quædam ex eo deſumptæ extant in Codice XXVto.

S. IGNATIVS *Martyr*, *Epiſcopus Antiochenus*, qui A. C. 108 *Romæ* in Amphitheatro à beſtijs diſcerptus eſt, citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo.

S. JOANNES, *Apoſtolus* & *Evangeliſta* obijt *Epheſi* A. C. 99. *Evangelium* ejus, & *Epiſtolæ tres Catholicæ*, & *Apocalypſis*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo & XXVIIIvo. ejuſdem *Evangelium* extat ſeparatim in Codice XXIXno *cum Commentario*; in Codice autem XXXmo, XXXImo, XXXIIdo & XXXIIItio *ſine Commentario*. *Epiſtolæ tres* & *Apocalypſis* extant in Codice XXXIVto *cum Commentario marginali*. *Epiſtolæ* ſolæ ſine *Apocalypſi* extant in Codice XXXVto cum antiquis nonnullis *Scholijs*; item in Codice XXXVIto & XXXVIImo, ſed *ſine Commentario* & *Scholijs*. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Interpretatio Hebraicorum aliorúmque peregrinorum Nominum, in Apocalypſi occurrentium*, extat in Codice XXXIVto. Ejuſdem vel alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Commentariolus de viginti quatuor Gemmis*, quarum in *Apocalypſi* fit mentio, extat in eodem Codice XXXIVto. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Commentarius ampliſſimus in Evangelium S. Joannis* extat in Codice XXXVIIIvo & XXXIXno. Alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Epitome Expoſitionis variorum Sanctorum Patrum aliorúmque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum in idem Evangelium* extat in Codice XLmo.

JOANNIS, *Epiſcopi Antiocheni, Epiſtola ad Neſtorium hæreſiarcham* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *Ioannis Libellus S. Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino à Paulo Epiſcopo Emeſeno oblatus*.

S. JOANNES, cognomine *Chryſoſtomus*, natus eſt *Antiochiæ* A. C. 354 vel 355; Presbyter ordinatus eſt à *Meletio Patriarchâ Antiocheno* A. 386; *Patriarcha Conſtantinopolitanus poſt Nectarium* creatus eſt A. 398, qui fuit *Imp. Arcadij* annus quartus ab obitu *Imp. Theodoſij Magni* ſive *Senioris*; *Patriarchatu Conſtantinopolitano* primùm depulſus eſt A. 403 conſpiratione *Eudoxiæ Auguſtæ, Theophili Alexandrini* aliorùmque Epiſcoporum, atque iterùm A. 404, quo *Cucuſũ Armeniæ Vrbem* deportatus eſt; obijt demùm in ſecundo hoc exilio *Comanis V*rbe Ponti A. 407. Citatur is aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo, XIVto & XVto. Ejuſdem *Hypotheſes* ſive *Argumenta Pſalmorum Pſalterij Davidici* extant in Codice XIXno. Idem citatur aliquoties in *Commentario marginali in quatuor Evangeliſtas*, qui extat in Codice XXIXno; item in *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Joannem* in Codice XLmo; & in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; ut & in *Homilijs in acta Apoſtolorum* in Codice XLVto; item in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos*, & in *Interpretatione prima ejuſdem Epiſtolæ ad Corinthios*, in Codice XLVIto. Idem quoque citatur in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Ejuſdem notabilis locus ex *Homiliâ in Chananæam de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* extat in Codice LVIIIvo. Ejuſdem *Homiliæ tres in Evangelium S. Matthæi*, nempe *ſeptima, octava* & *nona*, extant in Codice LXVIIIvo. Idem citatur in *Commentario marginali in Prophetam Eſaiam* in Codice LXXIIdo. Ejuſdem *Liber de Virginitate, in Capita octoginta quatuor diviſus*, extat in Codice LXXIIItio. In eodem Codice extant etiam alia quædam ejuſdem *S. Ioannis Chryſoſtomi Opera*: nempe *Oratio, quòd fœminæ regulares non debent cohabitare viris; Orationes duæ ad viduam Juniorem*, & *Epiſtolæ ſeptendecim ad Olympiadem Diaconiſſam*. Ejuſdem *Teſtimonia duo de duabus in Chriſto naturis*, ex ipſius *Homilijs in Evangelia S. Matthæi & S. Joannis* deſumpta, extant in Codice LXXVIImo. Idem quoque citatur in *Scholijs marginalibus Orationum S. Gregorij Nazianzeni* in Codice LXXXImo. Ejuſdem *Epiſtolæ duæ Parænecticæ ad Theodorum lapſum* extant in Codice LXXXIXno.

JOANNES (1) cognomine *Philoponus*, *Alexandrinus Grammaticus & Philoſophus*, ſcripſit *Libros ſeptem in Hexaëmeron*, ſive, in

(1) *Vide* Ger. Joan. Voſſ. *de* Philoſophorum Sectis *Cap.* XVII § 18, *ubi aſſerit, Ioannem* Philoponum *non vixiſſe ſub* Imp. Phocâ, *hoc eſt, circa annum Chriſti* ſexcenteſimum, *ſed tanquam* Simplicio æqualem. *floruiſſe ſub* Imp. Juſtiniano I *ſive* Magno, *qui A. C.* 527 *cæpit imperare & A.* 565. *obiit. Conſule etiam* Joan. Jonſij *cap.* 18. *lib.* 3. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ.

in Caput primum Geneſeos de Creatione Mundi, qui extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVto. Ibidem quoque extat ejuſdem *Diſputatio de tempore celebrandi Paſchatis*. *Recenſio & Refutatio variorum errorum & Librorum hæreticorum ejuſdem Ioannis Philoponi* extat in Codice LXXVIImo.

JOANNES cognomine *Climacus*, *Abbas in monte Sinai*, qui circa annum Chriſti 580 obijt, citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo; item in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto. Ex ejuſdem *Opere aſcetico*, inſcripto *Climax* ſive *Scala Paradiſi* extat *Caput vigeſimum tertium de Blaſphemiâ* in Codice LXXIIItio.

JOANNIS, *Quarti ejus nominis Pontificis Romani*, qui A.C. 640 electus eſt, & A. 642 obijt, *Teſtimonium de approbatione Opuſculi Dorothei*, qui vulgò *Epiſcopus Tyri* appellatur, *de duodecim Chriſti Apoſtolis & alijs ſeptuaginta diſcipulis*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXXIVto.

S. JOANNES *Damaſcenus*, ſtrenuus Catholicæ Fidei propugnator & defenſor adverſus *Imp. Leonem Iſaurum* ejúſque filium *Imp. Conſtantinum Copronymum*, & alios *hæreticos Iconoclaſtas*, obijt circa annum Chriſti 750. *Precatio* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno. Ejuſdem *Canones* ſive *Cantica Eccleſiaſtica* cum *Expoſitione Joannis Zonaræ* & *Nicetæ Metropolitæ Theſſalonicenſis* extant in Codice XXVto. Idem citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; & in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto; item in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Ejuſdem *Liber contra Neſtorianam hæreſin* extat in Codice LVIImo. Ejuſdem *Editio accurata orthodoxæ Fidei* extat in Codice LIXno. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *Fragmentum* aliquod *de Sanctiſſimâ Trinitate*. Ex ejuſdem *Opere de Orthodoxâ Fide* extant *Capita quædã de Sanctiſſimâ Trinitate* in Codice LXIVto.

JOANNES *Zonaras*, ex Aulæ Imperialis Conſtantinopolitanæ *Magno Drungario Vigiliæ & Protoſecretario Aſceta* ſive *Monachus*, floruit circa annum Chriſti 1120. *Commentarius* ejus *in Canones* ſive *Cantica Eccleſiaſtica S. Joannis Damaſceni* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXVto.

JOANNIS, (1) *Patriarchæ Hieroſolymitani, Diſputatio de Azymis*, quam is in Vrbe *Hieroſolymitanâ* cũ *Philoſopho* quodã *latino* habuit, extat in ſuprà enumeratorũ centum Codicũ MStorũ XLVIto.

JOB, natus in terrâ *Hus*, qui à nonnullis creditur autor eſſe *Libri*

(1) *Vide ſuprà pag.* 65. *ubi recenſentur* tres alij *ejuſdem nominis, ſed antiquiores* Patriarchæ Hieroſolymitani.

bri Jobi, quo ejus lucta cum Diabolo & varij cum amicis ſermones exponuntur, floruit præcipuè ſeculis ante Chriſtum *decimo ſexto* & *decimo quinto*, obijtque *quinquennio* ante exitum *Iſraelitarum* ex *Ægypto*. Quâ de *ætate* ipſius, ut & de ejuſdem *Genealogiâ* & *Libro*, videſis prolixam Diſſertationem, quæ inſerta eſt *Capiti primo Libri ſecundi Hiſtoriæ meæ Literariæ*; ubi cum *Card. Bellarmino* aſſero ac probo, *verum Libri Jobi autorem eſſe Moyſen*. Extat autem jam memoratus *Liber Jobi* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo; item in Codice VIto cum *Anonymi* cujuſdam Autoris *Commentario marginali*; in Codice VIImo cum *ampliſſimâ Catenâ marginali, ex varijs antiquis Scriptoribus Eccleſiaſticis collectâ*; in Codice VIIIvo *ſine ullâ diviſione in Capita*; in Codice IXno cum *Annotationibus nonnullis marginalibus*.

JOEL, *quartus duodecim Prophetarum Minorum*, floruit *octavo* ante Chriſtum ſeculo. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

JONAS, *ſextus duodecim Prophetarum Minorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo*, vel, ſecundùm alios, *nono*. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo. *Canticum* ejuſdem, Ἐβόησα ἐν θλίψει μου &c, extat ſeparatim in *Appendice Pſalterij Davidici* in Codice Imo; item in Codice XImo *cum Commentario*; ut & in Codice XIXno, XXmo, XXImo, XXIIdo, XXIIItio & XXIVto *ſine Commentario*.

JOSEPHVS *Judæus*; vide FLAVIVS JOSEPHVS.

JOSVE, *miniſter & ſucceſſor Moyſis*, floruit ſeculo ante Chriſtum *decimo quinto*, utpote quo *Populum Iſraeliticum* introduxit in terram *Canaan*, eâque ſubjugatâ, & in undecim tribus diſtributâ, mortuus eſt. Quâ de re, ut & de autore *Libri Joſue*, quem ego *ipſum Joſue* eſſe exiſtimo, videſis plura *Capite ſecundo Libri ſecundi Hiſtoriæ meæ Literariæ*. Extat autem jam memoratus *Liber Joſue* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo & IIItio. Ejuſdem *Joſue* ſive *Jeſu filij Nave Eulogia* extat in Codice XXXIVto.

Imp. JOVIANI, qui A.C. 363 cœpit imperare, & A. 364 obijt, *Epiſtola ad S. Athanaſium* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

S. IRENÆVS, *Epiſcopus Lugdunenſis in Galliâ*, qui cum omni ferè civitatis ſuæ populo ſub *Imp. L. Septimio Severo* martyrio coronatus eſt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto. *Sententiæ* quædam ex ejuſdem *Scriptis* deſumptæ extant in Codice XXVto. Idem citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo.

ISA-

ISAIAS; vide ESAIAS.

ISCHYRÆ cujuſdam *Epiſtola deprecatoria ad S. Athanaſium ob falſas de ipſo criminationes* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

ISIDORVS *Peluſiota*, *Presbyter* vel *Abbas Ægyptius* & *S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulus*, qui ſub *Imp. Arcadio* ejúſq; filio *Imp. Theodoſio Juniore* floruit, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo & XIVto; ut & in *Anonymi* cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum*, *S. Lucam* & *S. Ioannem* in Codice XLmo; & in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; item in *Homilijs in Acta Apoſtolorum* in Codice XLVto; & in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto. Ejuſdem notabilis locus ex *Capitibus aſceticis de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* extat in Codice LVIIIvo.

S. JVDAS *Apoſtolus*, *S. Jacobi Minoris frater*, in *Perſide* mortem pro Chriſto oppetijſſe dicitur A.C. 61 aut 62. *Epiſtola* ejus, quæ una eſt de *ſeptem Catholicis*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo; item in Codice XXXIVto *cum Commentario marginali*, & in Codice XXXVto *cum antiquis nonnullis Scholijs*; ut & in Codice XXXVIto & XXXVIImo, ſed *ſine Commentario* & *Scholijs*.

JVLIVS *Africanus*; vide SEXTVS *Julius Africanus*.

S. JVLIVS, *primus ejus nominis Pontifex Romanus*, electus eſt A.C. 336, & A. 352 obijt. *Epiſtola* ejus *ad Daniū, Flacillum, aliósque nonnullos Epiſcopos orientales pro S. Athanaſio* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *S. Julij Epiſtola ad Presbyteros, Diaconos & Populum Eccleſiæ Alexandrinæ pro S. Athanaſio*.

S. JVSTINVS, *Philoſophus Chriſtianus* & *Martyr*, qui A. C. 161 vel 163 cruentum pro Chriſto martyrium ſubijt, citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo; & in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo.

L.

S. LEO, *primus ejus nominis Pontifex Romanus*, electus eſt A. C. 440, & obijt A. 461. *Epiſtolæ* ejus *duæ ad Flavianum Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum contra Eutychen Hæreſiarcham*, & *ad*

Imperatorem Conſtantinopolitanum Leonem I, cognomine *Thracem*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

LEONTIUS *Byzantinus*, *Lauræ S. Sabæ prope Urbem Hieroſolymitanam Monachus*, floruit ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* ſub *Impp. Juſtino II* ſive *Juniore*, *Tiberio Thrace* & *Mauricio*. *Scholia* ejus excepta *ex ore* (1) *Theodori Abbatis & Philoſophi de diverſis contra S. Trinitatem hæreſibus* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVto.

(1) *Vide etiam infrà ubi T. ubi agitur de* THEODORO Abbate *& Philoſopho*.

LEONIS *Deſpotæ Precatio* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno.

LIBERII, *Pontificis Romani*, qui A. C. 352 electus eſt, & A. 367 obijt, *Epiſtola ad S. Athanaſium Archiepiſcopum Alexandrinum, quòd Deus Verbum perfectum hominem aſſumpſerit*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

S. LUCAS, *Medicus Antiochenus* atque *Evangeliſta*, & *itinerum S. Pauli Comes*, obijt circa annum Chriſti 70. *Evangelium* ejus & *Acta Apoſtolorum* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo. *Fragmenta duo Capitis vigeſimi quarti ejuſdem Evangelij, in membranâ purpureâ aureis & argenteis literis majuſculis abſq; accentibus ante mille & trecentos annos exarata*, extant in eorundem jam memoratorum Codicum MStorum IIdo. Idem *Evangelium* & *Acta Apoſtolorum* extant conjunctim in Codice XXVIIIvo. Idem *Evangelium* extat ſeparatim in Codice XXIXno *cum Commentario*; in Codice autem XXXmo, XXXImo, XXXIIdo & XXXIIItio *ſine Commentario*. *Acta Apoſtolorum* extant in Codice XXXIVto *cum Commentario marginali*, qui in *Vaticanâ Bibliothecâ Dorotheo* dubitanter attribuitur. Eadem *Acta* extant etiam in Codice XXXVto *cum antiquis nonnullis Scholijs marginalibus*; ut & in Codice XXXVIto & XXXVIImo, ſed *ſine Commentario* & *Scholijs*. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Interpretatio Hebraicorũ aliorúmq; peregrinorũ Nominum*, quæ occurrunt in *Actis Apoſtolorum*, extat in Codice XXXIVto. Ejuſdem vel alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Proœmium in Acta Apoſtolorum* extat in eodem Codice XXXIVto. *Anonymi* cujuſdam *Commentarius ampliſſimus in Evangelium S. Lucæ* extat in Codice XXXVIIIvo & XXXIXno. Alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Epitome Expoſitionis variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum in idem Evangelium* extat in Codice XLmo. Alterius cujuſdam Anonymi Autoris *Catena ampliſſima in idem Evangelium* extat in Codice XLIIdo. Alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *quinquaginta quatuor breves Homiliæ in Acta Apoſtolorum* extant in Codice XLVto.

LV-

LVCII & BERNICIANI *aliorúmq; quorundam Arianorum irrita quatuor contra S. Athanaſium cum Imp. Joviano Colloquia* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

M.

S. MACARIVS, *Abbas Ægyptius*, citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLIIdo. Precatio ejuſdem extat in Codice LXXVIto.

S. MACRINA, *Sanctorum Baſilij Magni & Gregorij Epiſcopi Nyſſeni ſoror*, obijt A. C. 378. *Precatio* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno.

MALACHIAS, *ultimus duodecim Prophetarum Minorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *quinto*. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

MANASSES, *Rex Juda*, floruit ſeculo ante Chriſtum *ſeptimo*, & compoſuit *Orationem Pœnitentialem*, quæ incipit Κύριε παντοκράτωρ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν &c, & extat in *Appendice Pſalterij Davidici* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo & XXmo.

S. MARCVS, *diſcipulus S. Petri & Evangeliſta*, paſſus eſt A. C. 61 aut 62. *Evangelium* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo, XXVIIIvo, XXXmo, XXXImo, XXXIIdo & XXXIIItio *ſine Commentario*; in Codice autẽ XXIXno *cum Commentario*. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Commentarius ampliſſimus in idem Evangelium* extat in Codice XXXVIIIvo & XXXIXno.

MARCI cognomine *Diadochi* ſive *Succeſſoris, Epiſcopi Ægyptiaci*, ab Arianis in Exilium pulſi, cujus (1) *S. Athanaſius* Archiepiſcopus Alexandrinus tanquam æqualis ſui meminit, *Oratio contra Arianos* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicũ MStorum LVIImo.

(1) *Vide ſuprà p. 83 & 84.*

MAREOTICORVM *Preſbyterorum & Diaconorum Epiſtola pro S. Athanaſio ad Sanctam Synodum Epiſcoporum Catholicorum*, ut & *eorundem Epiſtola ad Curioſum & Philagrium Præfectum Ægypti*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

MARIA, *Virgo Deipara*, compoſuit *Canticum*, Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον &c, quod ex *capite primo Evangelij S. Lucæ* deſumptum extat ſeparatim in *Appendice Pſalterij Davidici* in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo; item in Codice XImo & XVto *cum Commentario*; ut & in Codice XIXno, XXmo, XXImo, XXIIdo, XXIIItio & XXIVto *ſine Commentario*.

S. MATTHÆVS, *ex Publicano Apoſtolus & Evangeliſta*, paſſus eſt circa annum Æræ Chriſtianæ *ſexageſimum*. *Evangelium* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo, XXVIIIvo, XXXmo, XXXImo, XXXIIdo & XXXIIItio *ſine Commentario*; in Codice autem XXIXno *cum Commentario*. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Commentarius ampliſſimus in idem Evangelium* extat in Codice XXXVIIIvo & XXXIXno. Alterius cujuſdam *Anonymi* Autoris *Epitome Expoſitionis variorum Sanctorum Patrum aliorúmque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum in idem Evangelium* extat in Codice XLmo. Alterius cujuſdam *Anonymi Commentarius in idem Evangelium*, in principio atque fine mutilus, extat in Codice XLImo.

MAXIMIANI, in locum *Neſtorij hæreſiarchæ* ſubrogati *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, *Epiſtola ad S. Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

S. MAXIMVS, *Monachus & Martyr*, qui A. C. 662 obijt, citatur aliquoties in *Catenis in Pſalterium*, quæ extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo & XVto; item in *Catenâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; & in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto. Ejuſdem *S. Maximi Prologus & Scholia in Opera S. Dionyſij Areopagitæ* extant in Codice XLIXno, Lmo, LImo & LIIdo. Idem *S. Maximus* videtur autor eſſe *Epigrammatum in honorem & laudem S. Dionyſij Areopagitæ*, quæ extant in Codice XLIXno & Lmo. Fragmentum ex ipſius *Expoſitione Orationis Dominicæ* extat in Codice LXXVIImo. Ejuſdem *S. Maximi Tractatus de duabus Chriſti Naturis, in decem capita diviſus*, quem primus *Joannes Meurſius* ſub falſo *Timothei Presbyteri Conſtantinopolitani* nomine in lucem edidit, extat in eodem Codice LXXVIImo. Ejuſdem *S. Maximi Scholia in S. Gregorij Nazianzeni Orationes* extant in Codice XCVIIIvo.

MELETII *Epiſcopi Ægyptiaci Breve*, ſive, *Recenſio compendiaria Epiſcoporum Ægyptiacorum unà cum Presbyteris & Diaconis tàm Alexandrinis, quàm Ruralibus, data S. Alexandro Archiepiſcopo Alexandrino*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LVIImo.

S. METHODIVS *Martyr*, primùm quidem *Olympi* vel *Patarorum in Lyciâ*, poſteà autem *Tyri in Phœniciâ Epiſcopus*, qui A. C. 202 vel 203 ſub *Impp. Diocletiano & Maximiano* paſſus eſt, citatur in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStotum XLVIto. Ejuſdem *Liber* περὶ τοῦ αὐτεξουσίου ſive *de Libero Arbitrio* extat in Codice LIVto.

ME-

METROPHANIS, *Metropolitæ Smyrnæi,* qui *Photio Patriarchæ Conſtantinopolitano* fuit æqualis, *Fragmentum ſchiſmaticum de Proceſſione Spiritûs Sancti à ſolo Patre* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXmo.

MICHÆAS, *tertius duodecim Prophetarum Minorum,* floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo*. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo. *Sententiæ* quædam ex eâdem *Prophetiâ* deſumptæ extant in Codice XXVto.

MICHAELIS *Cerularij,* qui (1) ſub *Imp. Conſtantino Monomacho* A.C. 1043 vel 1044 *Patriarcha Conſtantinopolitanus* creatus eſt, *ad Petrum Patriarcham Antiochenum Epiſtolæ duæ adverſus Latinos, varijs mendacijs atque calumnijs refertæ* extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo. In eodem Codice extat etiam ejuſdem *Michaelis Cerularij Relatio calumnioſa & virulenta, quomodo ipſe cum ſequacibus ſuis ab Apocriſiarijs ſive Legatis S. Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Conſtantinopoli in ipsâ Magnâ Eccleſiâ S. Sophiæ anathematizatus atque excommunicatus ſit.* Inſertum quoque eſt huic Relationi *Exemplar Formulæ excommunicatoriæ.*

(1) *Vide ſuprà pag.* 120. & 160, & Card Barō. *Annal. Eccleſ. Tom.* XI *an.* 1043 & 1058.

MICHAEL *Pſellus*, qui circa annum Chriſti 1078 obijt, citatur in *Catenis in Pſalterium*, quæ extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Xmo & XIVto. Ejuſdem *Explanatio Cantici Canticorum verſibus, ut vocant, politicis, cum Præfatione ſimili ad Imp. Conſtantinopolitanum Nicephorum Botaniatam,* extat in Codice LVIto. *Pſelli Jambi in Virtutes & Vitia*, extant in Codice LXmo. *Fragmentum Pſelli de Sanctiſſimâ Trinitate, & de differentiâ inter Ὑπόστασιν & ἐνυπόστατον,* extat in Codice LXXVIImo. *Excerpta ex Michaelis Pſelli Scholijs in Philippi Solitarij Dioptram ſive Regulam & Amuſſim Rei Chriſtianæ* extant in eodem Codice LXXVIImo.

MICHAELIS *Sacerdotis & Syncelli Profeſſio Fidei* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

MOYSES, *Propheta & Legislator Hebræorum,* natus eſt ſeculo ante Chriſtum *decimo ſexto,* floruit autem potiſſimùm ſeculo *decimo quinto,* utpote quo & *Iſraelitas* per *Mare rubrum* ex *Ægypto* eduxit, & paulo ante ingreſſum eorum in terram *Canaan* mortuus eſt. Quâ de re vide plura *Capite primo & ſecundo Libri ſecundi Hiſtoriæ meæ Literariæ*; ubi prætereà etiam prolixè agitur *de Scriptis Moyſis,* in *tres Claſſes* diviſis, quarum *prima* complectitur ea, quæ ſine controverſiâ *Moyſis* ſunt, & inter *canonica Veteris Teſtamenti ſcripta* etiam nunc extant; *ſecunda* verò continet ea, quæ inter *canonica* quidem *Veteris Teſtamenti ſcripta* etiam nunc extant, ſed non ſine controverſiâ *Moyſi* attribuuntur; *tertia* denique comprehendit ea, quæ

 nun-

nunquam inter *canonica Veteris Teſtamenti* ſcripta locum obtinuere, ſed ſine controverſiâ *ſuppoſititia* ſunt. *Pentateuchus Moſaicus* integer cum *antiquis nonnullis Annotationibus marginalibus*, ſive, *Libri quinq;*, Græcè inſcripti *Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri* & *Deuteronomium*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo & IIItio. *Geneſis*, ſive, *Liber primus Pentateuchi Moſaici, in membranâ purpureâ, aureis & argenteis literis majuſculis ante mille & trecentos annos ſcriptus, & quadraginta octo æquè vetuſtis picturis exornatus*, extat in Codice IIdo. *Geneſis*, ſive, *Liber primus Pentateuchi Moſaici* cum *ampliſſimâ doctiſſimâq; Catenâ*, ſive *Commentario, ab anonymo quodam Autore ex varijs pervetuſtis Autoribus collecto*, extat in Codice IVto. Eidem Moyſi attribuitur à nonnullis *Liber Jobi*, de quo vide plura in litera I ſub titulo JOB. Eidem *Moyſi* attribuuntur quoque à *S. Hieronymo Pſalterij Davidici Pſalmi undecim*, de quibus vide plura in literâ D ſub titulo DAVID. *Canticum Moyſis Exodi cap. 15*, Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, &c, extat in *Appendice Pſalterij Davidici* in Codice Imo; item in Codice XImo, XIIItio & XVto *cum Commentario*; ut & in Codice XIXno, XXmo, XXImo, XXIIdo, XXIIItio, XXIVto *ſine Commentario*. *Canticum Moyſis Deuteronomij cap. 32*, Πρόσεχε οὐρανὲ, &c, extat in *Appendice Pſalterij Davidici* in Codice Imo; item in Codice XImo XIIItio & XVto *cum Commentario*; ut & in Codice XIXno, XXmo, XXImo, XXIIdo, XXIIItio & XXIVto *ſine Commentario*. *Sententiæ* quædam ex ejuſdem *Scriptis* deſumptæ extant in Codice XXVto. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Præfatiuncula in Canticum Moyſis ex Exodi cap. 15* extat in Codice XIXno. *Anonymi* cujuſdam Autoris *Interpretatio Gemmarum*, quarum fit mentio in *Exodo*, extat in Codice XXXIVto.

N.

NAHVM, *ſeptimus duodecim Prophetarum Minorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo*. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

NATHAN; vide GAD.

NEHEMIAS, *Sacerdos & in Captivitate Pincerna Regis Artaxerxis*, floruit ſeculo ante Chriſtum *quarto*, & ſcripſit *Librum*, qui vulgò annumeratur *Libris Eſdræ*, & extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

NESTORII *Hæreſiarchæ*, *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, adverſus quem A. C. 431 *Concilium Epheſinum Oecumenicum* ſive *Generale IIItium* celebratum eſt, *Epiſtola reſponſoria ad S. Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum* extat in ſuprà enumeratorum centum Codi-

Codicum MStorum LXXVIImo. In eodem Codice extant etiam *Librorum Neſtorij Capitula quædam hæretica & blaſphema, in Concilio Epheſino publicè lecta & condemnata.* Ejuſdem *Epiſtola reſponſoria ad S. Cyrillum* extat in Codice LXXXVIIIvo.

NICEPHORVS, *Calliſti filius*, cognomine *Xanthopulus*, floruit initio ſeculi poſt Chriſtum *decimi quarti*, utpote qui *Hiſtoriam* ſuam *Eccleſiaſticam* dedicavit *Imp. Andronico Palæologo Seniori*, qui à nepote ſuo *Andronico II ſive Juniore* abdicare coactus eſt A.C. 1327, & A. 1332 obijt. *Precatio* (1) *Nicephori ad Beatiſſimam Virginem* DEIPARAM extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIto.

NICETAS, *primùm quidem Serrarum in Macedoniâ primâ, poſteà autem Heracleæ in Thraciâ Metropolita*, creditus eſt à Joanne *Sambuco* autor *Catenæ in Pſalterium*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XVto. Idem videtur autor eſſe *Hypotheſeos & recenſionis Capitum Evangelij S. Matthæi*, ut & *Vitæ ejuſdem Evangeliſtæ*, quæ extat in Codice XXIXno. Ejuſdem *Interpretatio Excerptorũ quorundam ex S. Gregorij Nazianzeni Operibus de S. Trinitate* extat in Codice XLVto. Ejuſdem *Scholion de Septem Orbis Miraculis* extat in eodem Codice XLVto. Ejuſdem *Commentarius in S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim* extat in Codice XCImo, XCIIdo & XCIIItio. Orationes autem illæ ſunt hæ: *Oratio Ima in S. Paſcha & in tarditatem*; IIda *itidem in S. Paſcha*; IIItia *in Novam Dominicam & in S. Martyrem Mamantem*; IVta *in Pentecoſten*; Vta *in Maccabæos*; VIta *in S. Cyprianum Martyrem*; VII *ad Julianum tributorum exæquatorem*; VIIIva *in Sanctam Chriſti Nativitatem*; IXna *funebris in laudem S. Baſilij Magni*; Xma *in Sancta Lumina, ſive, in Feſtum Epiphaniæ*; XIma *in Sanctum Baptiſma*; XIIma *ad S. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum*; XIIItia *in laudem S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini*; XIVta *in præſentiâ centum quinquaginta Epiſcoporum*; XVta *de amore erga pauperes*; XVIta *in plagam grandinis*. Idem *Nicetæ Commentarius in eaſdem jam enumeratas S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim* extat etiam in Codice XCVto & XCVIto, ſed mutilus atque imperfectus.

(1) *Alia ejuſdẽ* Nicephori Precatio ad Deum, *quæ inſcribitur* Εὐχὴ ἐξομολογήσεως, *extat in fine* Synopſeos metricæ Sacrorũ Bibliorum, *ab eodem* Nicephoro *compoſita, quæ cum* Theodori Prodromi, Joannis Pſelli, Philæ *&* Callichr Epigrãmatibus *ab* Hieronymo Guntio Caſtoropolitã græcè *edita eſt Baſileæ apud Ioannem Bebelium A. 1536 in 8vo.*

NICETÆ, *Archidiaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & Chartophylacis, Capita de Fide orthodoxâ*, ſive, *Anathematiſmi undecim contra Joannem Philoponum*, extant in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXVIImo.

NICETÆ, *Metropolitæ Theſſalonicenſis, Commentarius in S. Joannis Damaſceni Canones* ſive *Cantica Eccleſiaſtica* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XXVto.

NICO-

NICOLAVS citatur in *Catenâ in Pſalterium*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XVto.

NICOLAI, *quinti ejus nominis Pontificis Romani*, qui A. C. 1447 electus eſt, & A. 1455 obijt, *Epiſtola ad ultimum Imperatorem Conſtantinopolitanum Conſtantinum Palæologum, è latinâ in græcam linguam à Theodoro Gazâ Theſſalonicenſi translata*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXVIto.

S. NICONIS, *Monachi Armenij*, cujus memoria in Martyrologio Romano celebratur die 26 Novembris, *Precatio* extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XIXno.

S. NILVS, *ex Præfecto Vrbis Conſtantinopolitanæ Monachus*, obijt circa annum Chriſti 440. *Sententiæ* quædam ex ejus *Scriptis* deſumptæ extant in ſuprà enumeratorũ centum Codicum MStorum XXVto. Ejuſdẽ *Opus* περὶ Φιλοσοφίας citatur in *Catenâ ampliſſimâ in Evangeliũ S. Lucæ* in Codice XLIIdo. Ejuſdẽ locus notabilis *de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* extat in Codice LVIIIvo.

NONNI *Panopolitæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub Imp. *Theodoſio Juniore* floruit, *Enarratio Hiſtoriarum profanarum, ac Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri in laudem S. Baſilij Magni*, ut & *in Oratione in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ*, & *in* (1) *duabus Orationibus Invectivis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam, meminit*, extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum LXXIXno. Ejuſdem *Nonni Expoſitio Hiſtoriarum profanarum ac Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam Orationibus invectivis meminit*, extat etiam in Codice XCIXno & Cmo.

(1) *Vide ſuprà pag.* 99.

O.

OLYMPIODORVS, incertæ ætatis Autor, citatur frequenter in *Catenâ marginali in Jobum*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum VIImo; item in *Catenâ in Pſalterium* in Codice XVto.

ORIGENES *Adamantius, Presbyter Alexandrinus, & poſt præceptorem ſuum Clementem Alexandrinum Magiſter Catecheſeωn*, qui A. C. 254 *Tyri in Palæſtinâ* obijt, citatur aliquoties in *Catenâ in Geneſin*, quæ extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum IVto; item in *Catenis in Pſalterium* in Codice Xmo, XIV & XVto. Ejuſdem *Expoſitio in Pſalterium, ſingulis Pſalmorum verſibus ſubjuncta*, extat in Codice XVIto. Ejuſdem *Hypotheſes* ſive *Argumenta Pſalmorum Pſalterij Davidici* extant in Codice XIXno. Idem quoque videtur autor eſſe *brevis Expoſitionis Orationis Dominicæ*,

væ, quæ extat in eodem Codice XIXno. Idem citatur aliquoties in *Commentario marginali in quatuor Evangeliſtas*, qui extat in Codice XXIXno; item in *Anonymi* cujuſdã Autoris *Epitome Expoſitionis variorum veterum Patrum in Evangelia ſecundùm S. Matthæum, S. Lucam & S. Joannem* in Codice XLmo; & in *Catenâ ampliſſimâ in Evangelium S. Lucæ* in Codice XLIIdo; ut & in *Interpretatione Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* in Codice XLVIto. Idem quoque citatur in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca* in Codice XLVIImo. Ejuſdem *Origenis Philocalia*, ſive, *Commentarius de Sacræ Scripturæ Autoritate, Stylo & Interpretatione, à S. Baſilio Magno & S. Gregorio Nazianzeno ex diverſis Origenis Operibus collectus*, extat in Codice LIIItio.

OSEAS, *primus duodecim Prophetarum Minorum*, floruit ſeculo ante Chriſtum *octavo*. *Prophetia* ejus extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum Imo.

OSIVS; vide HOSIVS.

P.

PACHYMERES; vide GEORGIVS.

PALLADIVS, *Helenopoleos in Cappadociâ Epiſcopus*, qui circa annum Chriſti 410 vel 418 obijt, citatur in *Anonymi Commentario in præcipua Veteris & Novi Teſtamenti loca*, qui extat in ſuprà enumeratorum centum Codicum MStorum XLVIImo.

S. *Anaſtaſij* Sinaitæ Opus adverſus Acephalos, 'Οδηγὸς ſive Dux viæ inſcriptum, & à R. P. Jacobo Gretſero editum, illuſtratur, corrigitur & ſuppletur p. 64, 65, 164. 165, 197.
Andreas Conterarius, Nobilis Venetus, ejúſq; Inſignia gentilitia; p. 41.
Andreæ Darmarij Codex MStus Theologicus Græcus; p. 110.
Angelus cuſtos Joſephi Patriarchæ; p. 9.
Ad *Angelum* Cuſtodem Precatio; p. 152.
Annæ Comnenæ Hiſtoria, inſcripta Alexias, illuſtratur p. 170, 171, 172.
Annorum Mundi ſupputatio ſecundùm Eccleſiã Conſtantinopolitanã; p. 40.
Antiochenorum Epiſcoporum & Patriarcharum Chronologia; p. 57.
Antiochenum Conciliabulum ſive Pſeudo-Synodus contra S. Concilium Epheſinum Generale; p. 155, 157.
Antipodes oppugnati & defenſi, p. 21, 22.
Antonij Poſſevini Apparatus Sacer corrigitur p. 21, 25, 104, 199.
Apocriſiarij, Legati S. Romanæ & Apoſtolicæ Sedis; p. 160.
SS. *Apoſtolorum* duodecim ordo; p. 50.
Aquila Ponticus, Interpres græcus Veteris Teſtamenti; p. 16, 28, 29.
Archangelorum & Angelorum Nomina; p. 55.
Arintbæus Conſul A.C. 372; p. 142.
Armeniorum hæreſis; p. 65, 169.
Arſenij, Archiepiſcopi Monembaſiæ, Codices manuſcripti Theologici Græci, de quibus in Libro tertio horum Commentariorum agitur, ſunt XXXIVtus & XCIIItius.
Aſeneth uxor Joſephi Patriarchæ; p. 13.
S. *Athanaſij* Archiepiſcopi Alexandrini dies natalis; p. 79.
S. *Athanaſij* Archiepiſcopi Alexandrini Opera, Pariſijs græcè & latinè edita, illuſtrantur, ſupplentur & emendantur, p. 33, 34, 78, 79, 80, 84, 85, 90. 92, 94, 97, 98.
Auberti Miræi Bibliotheca Eccleſiaſtica corrigitur p. 25.
Aubertus Miræus perperàm confundit duos diverſos Dorotheos; p. 49.
Augerij Busbeckij Codices manuſcripti Theologici Græci, de quibus in Libro tertio horum Commentariorum agitur, ſunt Imus, Vtus, VItus, VIImus, IXnus, Xmus, XImus, XIImus, XIIItius, XXImus, XXIVtus, XXXmus, XXXVItus, XXXVIImus, XXXVIIIvus, XXXIXnus, XLIIdus, XLVItus, XLVIImus, XLIXnus, Lmus, LVtus, LVIImus, LXIVtus, LXVIImus, LXVIIIvus, LXXmus, LXXIIItius, LXXIVtus, LXXVIImus, LXXIXnus, LXXXmus, LXXXVtus, LXXXVIIIvus, LXXXIXnus, XCIVtus, XCVIImus.
Augerij Busbeckij formula ſolẽnis, quæ in antiquis ejus Codicibus MStis Græcis etiam nunc cernitur; p. 1.
Augerij Busbeckij liberalitas in comparandis antiquis Codicibus MStis Græcis; p. 23.
De *Azymis* diſputatio; p. 65, 119, 120, 121.

B.

B*althaſaris* Corderij Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos quomodo poſſit augeri; p. 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29.
Baptiſma SS. duodecim Apoſtolorum & beatiſſimæ Virginis Deiparæ; p. 52, 53.
Card. *Baronius* perperàm confundit duos diverſos Dorotheos; p. 49. Bogomilos perperàm appellat Bongomilos; p. 170. Error ejuſdem circa tempus combuſtionis Baſilij hæreſiarchæ; p. 172.
S. *Baſilij* Magni Opera græcè & latinè Pariſijs edita, illuſtrantur, ſupplentur & emendantur; p. 111, 113, 114, 115, 116, 122, 123, 128, 129, 130, 131, 135, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 149, 194, 195, 199.
Baſilius, Scholiaſtes Orationum S. Gre-

gorij Nazianzeni, perperàm confundi tur cum S. Baſilio Magno, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo; p. 204, 205, 206.
Baſilius hæreſiarcha & coryphæus Bogomilorum, profeſſione quidem Medicus, ſed habitu Monachus, vivus Conſtantinopoli combuſtus eſt; p. 170, 172.
Baſilius Metropolita Theſſalonicenſis, qui ſcripſit contra Latinos; p. 204.
Beniamini adventus ad fratrem ſuum Joſephum in Ægyptum; p. 12.
Beſſarionis Bibliotheca; vide *Bibliotheca*.
Biblia Sacra Veteris & Novi Teſtamenti cum antiquis Annotationibus marginalibus; pag. 1.
Bibliorum Sacrorum Veteris Teſtamenti Verſio græca per Septuaginta duos Interpretes; p. 14, 16.
Bibliorum Sacrorum Veteris Teſtamenti ſeptem diverſæ Interpretationes & editiones græcæ; p. 16.
Bibliorum Sacrorum ex Hebraico in Græcum translatorum obſcuritas, ejúſque cauſæ; p. 18.
Bibliotheca Eminentiſſimi Card. Franciſci Barberini; pag. 23, 24.
Bibliotheca Budenſis, Regis Hungariæ Matthiæ Corvini Codices manuſcripti Theologici Græci, de quibus in Libro tertio horum Commentariorum agitur, ſunt XXIXnus, XXXIIItius, LXVItus.
Bibliotheca Vaticana; pag. 23, 24, 121.
Bibliotheca Veneta Cardinalis Beſſarionis; p. 61.
Bibliotheca Magna Veterum Patrum, Pariſijs A. 1654 edita, corrigitur & ſuppletur; p. 139, 172.
Bog Bulgaricâ linguâ ſignificat Deum; p. 170.
Bogomilorum hæreſis; p. 170, 171, 172.
Budenſis Bibliotheca; vide *Bibliotheca*.
Busbeckius; vide *Augerius*.
Byzantina Hiſtoria; vide *Conſtantinopolitana* Hiſtoria.

C.

Callictis Poemata; p. 104.
Caniſius; vide *Henricus*.
Canones ſive Cantica Eccleſiaſtica græca cum Anonymi Explicatione; p. 98, 99, 110; item cum antiquis Notis Muſicis; p. 138, 201, 207.
Canones catanyctici & paracletici; p. 150, 151.
Canones tres Paſchales antiqui; p. 34, 35, 36, 40.
Cantici Canticorum diviſio in quindecim λόγους; p. 21.
Cantica Eccleſiaſtica; vide *Canones*.
Capitolium; p. 63.
Carrha, Vrbs Meſopotamiæ; p. 145.
Catena, Commentarij ex variorum Autorum fragmentis conflati; p. 16.
Catenæ in quatuor Evangeliſtas à RR. PP. Balthaſare Corderio & Petro Poſſino editæ; p. 43, 61, 62.
Cerularius Patriarcha Conſtantinopolitanus; vide *Michael*.
Chodorlahomor, vel, ſecundùm lectionem Hebraicam, *Chedorlahomer*; p. 3.
Chriſti actio Theandrica; p. 124.
Chriſti Genealogia; p. 45, 46, 47, 52, 62, 197.
Ejuſdem tempus Nativitatis, Baptiſmi & Mortis; p. 100. Periodi viginti duæ p. 101.
Chriſti crucifixi Imago; p. 37.
Chriſti crucifixi Imago ſecundùm S. Anaſtaſij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, delineationem; p. 165.
Chriſti Imago Beryti ad imitationem Paſſionis Dominicæ à Judæis crucifixa; p. 97.
Chriſtianus, Decanus Eccleſiæ S. Gereonis Coloniæ Agrippinæ; p. 37.
Chronologia diverſæ; p. 55, 56, 57.
Claudij Salmaſij editio Opuſculorum Barlaami & Nili contra Primatum Papæ; p. 194, 204.
Cæli rotunditas ſphærica oppugnata & defenſa p. 21, 22.

Collutbus; p. 92.
Colonia Agrippinæ Eccleſia, S. Gereoni Martyri dicata; p. 36.
Combeſis; vide *Franciſcus.*
Concilium Gangrenſe; vide *Gangrenſe.*
Concilij Laodiceni tempus; p. 30.
Concilium Sidetanũm contra Maſſalianos; p. 171.
Conciliorum Generalium editio græcolatina Vaticana illuſtratur, ſuppletur & emendatur p. 154, 155, 156, 193.
Confeſſionalis abſolutionis Formula antiqua; p. 124.
Conſtantini Tarſitæ Στίχοι ſive verſus; p. 136, 137.
Conſtantinopolitanum Templum S. Sophiæ; p. 26.
Conſtantinopolitana Eccleſiæ Supputatio annorum Mundi; p. 40.
Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum & Patriarcharum Chronologiæ diverſæ; p. 55, 56, 174.
Conſtantinopolitana Eccleſiæ Ephemeris ſive Calendarium Lectionum Novi Teſtamenti & memoriæ Sanctorum totius anni; p. 47, 49, 58, 59.
Conſtantinopolitanæ Vrbis liberatio à diverſorum hoſtium oppugnationibus; p. 125, 126.
Conſtantinopolitanæ ſive Byzantinæ Hiſtoriæ Corpus, peculiari Supplemento poſthac augendum; p. 56, 126, 172, 173, 174.
Conſtantinopolitanum Conciliabulum ſive Pſeudo-Synodus ſub Patriarchâ Germano Juniore; p. 118.
Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Hymnus acathiſtus in honorem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ; p. 150.
Conterarìa Familia Veneta nobilis; p. 41.
Corderius; vide *Balthaſar.*

D.

Adoes hæreſiarcha; p. 171.
Davidis Regis & Prophetæ Imago; p. 37.
Davidis Pſalmi deperditi; p. 33.
Davidis Pſalterium; vide *Pſalterium.*
Deboræ, nutricis Rebeccæ, obitus; p. 8.
Dei præſentia repræſentata per Manum in nubibus; pag. 2, 3.
Diapſalma; p. 32.
Diluvii univerſale & Arca Noæ; p. 2. 3.
S. *Dionyſij* Areopagitæ Theologia Symbolica, & alia quædam Opera deperdita; p. 67, 68, 69.
S. *Dionyſii* Areopagitæ Epiſtola ad S. Timotheum de morte SS. Apoſtolorum Petri & Pauli; p. 68.
S. *Dionyſij* Areopagitæ Operum Codices antiqui latini MSti in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ; p. 67.
S. *Dionyſij* Areopagitæ Opera, Pariſijs græcè & latinè edita, ſupplentur p. 67, 68, 72.
Diptycha ſacra; p. 118, 119, 120.
Dorotheus Imp. Diocletiani Eunuchus, & poſteà Presbyter Antiochenus p. 49.
S. *Dorotheus* Presbyter, qui ſub Imp. Juliano Apoſtatâ venerandam ſenectam ſuâ martyrio honeſtavit; p. 49, 50.
Dorotheus, qui vulgò appellatur Epiſcopus Tyri; p. 49, 50. Libellus ejus de duodecim Chriſti Apoſtolis & alijs ſeptuaginta diſcipulis illuſtratur, ſuppletur, corrigitur & emendatur p. 50, 51, 52.
Dorothei tres diverſi perperàm à nonnullis confunduntur; p. 49.

E.

Elia & Eliſæi vita & miracula; p. 194, 198.
Elia Metropolitæ Cretenſis notabile teſtimonium de antiquis Græcis Explanatoribus Orationum S. Gregorij Nazianzeni; p. 202, 203, 204.
Emmaus, Caſtellum à Jeruſalem fuit diſſitum ſtadia ſexaginta, non autem centum ſexaginta; p. 15.
Encratitarum hæreſis; p. 171.
Enthuſiaſtarum hæreſis; p. 171.
Epictetus Epiſcopus Corinthiorũ; p. 58.

S. *Epi-*

S. *Epiphanij* Opera, Pariſijs græcè & latinè edita, illuſtrantur p. 197, 198.
Epiſtolicarum ſalutationũ ſolennes formulæ χαίρειν vel εὐπράττειν; p. 195.
Eſau vendit Jacobo fratri primogenita; p. 6.
Evangelia Dominicalia cum Explicatione; p. 62, 63.
Euchitarum hæreſis; p. 170, 171.
Eunuchorum elegantiſſima deſcriptio; p. 132, 133.
Evodij, ſanctorum Apoſtolorum Succeſſoris, Epiſtola inſcripta φῶς ſive Lumen; p. 52.
Evodius Monachus; p. 170.
Euſebij Pamphili Hiſtoria Eccleſiaſtica illuſtratur, ſuppletur & emendatur; p. 61, 69, 70, 71.
Euſtathius, Clericus Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. Sophiæ; p. 26.
Euſtathius Præpoſitus Monaſterij Attalini Vrbis Ancyræ in Galatiâ; p. 138.
Eutactus, Monachus Armenus tempore Imp. Conſtantij, & ſub umbrâ ſanctitatis vitæ ſolitariæ hæreticus atque impoſtor; p. 124, 125.
Exactores tributorum & fiſcalium debitorum; p. 92.
Excommunicatoria Formula S. Romanæ & Apoſtolicæ Sedis contra Patriarcham Conſtantinopolitanũ; p. 160.
Ezechielis Prophetæ liber unus deperditus, p. 34.

F.

F*Aſciatio* mortuorum & lintea ſepulchralia apud Hebræos; p. 8.
Ferrarius; vide *Octavianus.*
Ferrarius; vide *Octavius.*
Franciſcus Combefis, monachus Pariſinus Ordinis Prædicatorum; p. 126.
Fratres Minores Ordinis S. Franciſci, Φρεμενόριοι & Φραμενοραῖοι: p. 118.
Friſius; vide *Joannes* Jacobus.
Fulvius Vrſinus; p. 201.

G.

G*Angrenſe* Concilium; p. 125.
Gemmæ, quarum fit mentio in Exodo, apud Ezechielem & in Apocalypſi S. Joannis; p. 55.
Gemmæ duodecim in Pectorali Summi Sacerdotis Hebræorum; p. 54.
Geneſis, ſive, Liber primus Pentateuchi Moſaici, quadraginta octo vetuſtiſſimis Picturis exornatus; pag. 2 & deinceps uſque ad pag. 13.
Genius fontis, & Genius Numinis fontis; p. 5.
Gentiani Herveti translatio latina corrigitur p. 30.
Georgius Corinthius; p. 134.
Georgij Pachymeræ Procemium & Paraphraſis in Opera S. Dionyſij Areopagitæ; p. 67, 68.
S. *Gereonis* Martyris Imago; p. 36.
Gomer Hebræorum; p. 54.
S. *Gregorius* Nazianzenus non fuit Epiſcopus Nazianzenus, etſi à S. Hieronymo, Rufino, Socrate, Sozomeno, Suidâ & alijs falsò ita appelletur; p. 176.
S. *Gregorij* Nazianzeni Opera, Pariſijs græcè & latinè edita, illuſtrantur, corriguntur & ſupplentur p. 175, 176, 177, 178, 179, 181, 182, 183, 184, 189, 192.
Gregorius, antiquus græcus Explanator Orationum S. Gregorij Nazianzeni; p. 202, 203.
S. *Gregorij* Epiſcopi Nyſſeni Opera, Pariſijs græcè & latinè edita, ſupplentur p. 167.
Gynacea veterum & lanificium; p. 9.

H.

H*Adrianus*; vide *Adrianus.*
Hæretica non ſunt omnia, quæ hæretici ſcribunt; p. 44, 45.
De *Hæreticorum* Scriptis in Catenis Patrum Græcorum citatis notabilis locus; p. 44, 45.
Harpocrationis Lexicon in decem Rhetores

tores illuſtratur p. 103.
Hebræorum præcipuæ clades undecim; p. 16.
Hebræorum Gomer & Siclus, & Summus Sacerdos, ejúſque Pectorale; p. 54.
Hebræorum Reipublicæ Chronologia; p. 57.
Hebraicum Alphabetũ cum explicatione Græcâ; p. 55.
Heliezer, ſervus Abrahami; p. 3.
Henrici Caniſij Lectiones Antiquæ corriguntur & ſupplentur; p. 46, 53, 99, 161.
Hermas hæreſiarcha; p. 171.
Hexaëmeri creationis Mundi viginti duo Opera; p. 101, 196.
S. *Hieronymi* Præfatio in Jobum illuſtratur; p. 15.
S. *Hieronymi* Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis illuſtratur p. 24, 25, 69, 71: corrigitur p. 176.
Hieroſolymitanum Templum τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως ſive Sanctæ Reſurrectionis; p. 35.
Hieroſolymitanorum Epiſcoporum & Patriarcharum Chronologia; p. 57.
Hippolyti Commentarius in Canticũ Canticorum; pag. 197.
Humbertus vel *Vbertus* S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Epiſcopus; p. 160.
Hymnus Angelicus Gloria in excelſis; p. 37.
Hymnus acathiſtus; p. 150.

I.

J*Acob* emit à fratre ſuo Eſaū primogenita; p. 6.
Jacobi pactum cum Labano; p. 6.
Jacobi Patriarchæ legatio ad fratrem Eſau; p. 7.
Jacobi Patriarchæ lucta cum Angelo; p. 7, 8.
Jacobus Patriarcha defodit idola apud familiam ſuam inventa; p. 8.
Jacobus Patriarcha donat filio ſuo Joſepho tunicam polymitam; p. 8.
Jacobus Patriarcha benedicit duobus nepotibus ſuis Ephraim & Manaſſe; p. 13.
Jacobi Patriarchæ obitus & ſepultura; p. 13.
Janitores ad oſtium & velum cubiculi regij cum baculis; p. 11.
Iconomachorum hæreſis; p. 169.
Jehu Prophetæ Scripta deperdita; p. 33.
Imagines Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli; p. 41.
Imagines quatuor Evangeliſtarum; p. 41, 42, 47.
Imagines antiquiſſimi Codicis manuſcripti Geneſeos; à pag. 2 uſque ad pag. 13. Quales illæ ſint; p. 14.
Imagines antiqui Pſalterij Davidici MSti; p. 36, 37.
Imagines Romæ ſubterraneæ; p. 2, 14.
Imago Chriſti crucifixi; p. 37.
Item alia ſecundùm delineationem S. Anaſtaſij Sinaitæ; p 165.
Imago Beatiſſimæ Virginis Deiparæ; p. 36.
Imago Regis Davidis; p. 37.
Imago S. Gereonis Martyris; p. 36.
Imago S. Lucæ Evangeliſtæ, Acta Apoſtolorum ſuper genua in volumine exarantis; p. 54.
Imago S. Prochori; p. 41.
Imperatorum Romanorum Chronologia; p. 57.
Joanna Papiſſæ fabula refutatur p. 118, 119.
S. *Joannis* Damaſceni Opera, Pariſijs edita, illuſtrantur, ſupplentur & emendantur, p. 98, 117.
Joannes Diaconus Methymnenſis tempore Imp. Manuelis Comneni, ſcriptor Codicis LImi; p. 72.
Joannis Jacobi Friſij Bibliotheca Univerſalis corrigitur p. 21, 28, 103, 104, 199.
Joannis Philoponi ſcripta & errores hæretici; p. 75, 165, 166.
Joannis Pſelli Poemata; p. 104.
Joannis Sambuci Codices manuſcripti Theologici Græci, de quibus in Libro tertio horũ Commentariorum agitur, ſunt XVtus, XVIImus XIXnus, XXIIdus, XXVIImus, XXXIIdus,

IIdus, XXXIVtus, XXXVtus, XLmus, XLVIIIvus, LIVtus, LVIIIvus, LIXnus, LXImus, LXVtus, LXVItus, LXIXnus, LXXImus, LXXIIdus, LXXXImus, LXXXIIdus, LXXXIIItius, LXXXVItus, XCIIdus, XCIIItius, XCVItus XCVIIIvus, XCIXnus, Cmus.
Joannis Tarini Andegavi editio Philocaliæ Origenianæ corrigitur; p. 73, 74.
Joannes de Thuringiâ, Canonicus Eccleſiæ S. Gereonis Coloniæ Agrippinæ; p. 37.
Joannis Trithemij Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis corrigitur p. 25.
Joannis Zonaræ Commentarius in Concilium Laodicenum illuſtratur; p. 20.
Joſephi Patriarchæ hiſtoria; p. 8, 9, 10, 11, 12, 13.
Joſephi ſomnia duo de manipulis, & de Sole & Lunâ & undecim ſtellis ſe adorantibus; p. 9.
Joſephus ab uxore Potipharis ad adulterium provocatur; & falsò accuſatur; p. 9, 10.
Joſephus interpres ſomniorum; p. 10, 11.
Joſephi ficta duritia erga fratres ſuos; p. 11, 12, 13.
S. *Joſephi* filiæ tres, Eſther, Thamar & Salome; p. 53.
Iris poſt Diluvium univerſale; p. 3.
Iſaacus Abrahami filius; p. 4, 6.
Iſaaci Patriarchæ obitus; p. 8.
Italica Philoſophia eadem atque Pythagorica; p. 166.
Julianæ Aniciæ Codex Dioſcoridianus MStus; p. 14.

K.

Κῦρ@ græco-barbarè pro Κύρι@ p. 63, 149.

L.

Laban, frater Rebeccæ; p. 5.
Labanus perſequens Jacobum; p. 7.
Labbæus; vide *Philippus*.
Laura pro Cœnobio ſive Monaſterio; p. 138.
Laura ſive Monaſterium S. Sabæ, ſtadia octoginta ab Vrbe Hieroſolymitanâ diſſitum; p. 140.
Legumlatores antiqui præcipui diverſorum Græciæ Populorum; p. 66.
Leonis Allatij Opuſculum de Libris Eccleſiaſticis Græcorum corrigitur; p. 30.
S. *Letojus* Melitenæ in Cappadociâ Epiſcopus; p. 101, 133.
Libri veteres in membranis purpureis auro argentóque uncialibus literis pulchrè quidem, ſed non ſatis emendatè deſcripti; p. 15.
Λόγιον ſive Rationale Summi Sacerdotis Hebræorum; p. 54.
Loti eductio per Angelos ex Sodomis, & ejuſdem ebrietas; p. 4.
S. *Lucæ* Evangeliſtæ Imago; p. 54.
S. *Lucianus*, Presbyter Antiochenus & Martyr, Interpres græcus Veteris Teſtamenti; p. 16.
Lycopetrianorum hæreſis; p. 171.
Lyco-Petrus, primus fundator hæreſeos Maſſalianorum; p. 171.

M.

M*anaſſis* Regis Oratio miræ efficaciæ; p. 39.
Manus Dei in nubibus; p. 2, 3.
Marcioniſtarum hæreſis; p. 171.
Marcus Epiſcopus Ægyptiacus Philarum ſive Philææ Vrbis; p. 84.
Marcus Epiſcopus Ægyptiacus Zygrorum ſive Zygrenæ Vrbis proximè Libyam; p. 84.
Marcus Mamunas Cretenſis; p. 122, 134, 190.
Marcus Phlanges natione Græcus; p. 62.
Mareotes, Ager Vrbis Alexandrinæ p. 92.
Mariæ, beatiſſimæ Virginis Deiparæ, Imago; p. 36.
Genealogia; p. 45, 46, 47, 52.
Baptiſma; p. 52, 53.
Maſſalianorum ſeu potiùs Maſſalianorum

rum hæreſis; p. 170, 171, 172.
S. *Matthæi* Evangelium falſatum à Tychico hæreſiarchâ; p. 171.
Matthiæ Corvini, Regis Hungariæ, Bibliotheca; vide *Bibliotheca*.
Medoſaga, vicus Galatiæ, patria S. Antiochi, Monachi Palæſtini Lauræ S. Sabæ; p. 140.
Melitene, Provincia & Vrbs Cappadociæ; p. 101, 133.
Menſium apud diverſas gentes Nomina & ordo; p. 55.
Methonenſis Eccleſia; p. 37.
Methymna, Vrbs Inſulæ Lesbi, patria Arionis; p. 72.
Michaelis Cerularij Patriarchæ Conſtantinopolitani ætas & ſcripta; p. p. 20, 160.
Miniaturæ; p. 14.
Miræus; vide *Aubertus*.
Monachi antiquiſſimi Θεραπευταὶ dicti; p. 71.
Monembaſia, Malvaſia, Vrbs Peloponneſi; p. 48.
Monophyſitarum hæreſis; p. 44.
Monotheletarum hæreſis; p. 168.
Muſculus; vide *Wolfgangus*.
Muſica Notæ antiquæ Canonum ſive Canticorum Eccleſiaſticorum Græcorum; p. 138, 201, 207.
Myſticus, Præſes Conſilij ſecretioris ſive intimi in Aulâ Conſtantinopolitanâ; p. 56.
Μῦθ☉ interdum ſignificat quamcunq; narrationem ſive veram, ſive falſam, interdum autem fabulam ſive figmentum; p. 69.

N.

N*Athanis* Prophetæ Scripta deperdita; p. 33.
Nazaræi Judæorum; p. 71.
Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani Chronographia; p. 56, 57.
Nicephori Calliſti Hiſtoria Eccleſiaſtica illuſtratur, corrigitur & ſuppletur; p. 45, 46, 47, 52.
Nicephorus Calliſtus perperàm confundit S. Hippolytum Martyrem & Epiſcopum Portuenſem cum longè recentiori Hippolyto Thebano; p. 45.
Nicephori Calliſti Poemata; p. 104.
Nicolai, tertij ejus nominis Patriarchæ Conſtantinopolitani, obitus; p. 172.
Nicolaus Patrinus; p. 112.
Nilus Archiep. Theſſalonicenſis Libri duo contra Primatum Papæ; p. 194.
Noe exitus ex Arcâ, & ejuſdem ebrietas; p. 3.
Notæ Muſicæ antiquæ Græcorum; vide *Muſica Notæ*.
Notarum marginalium, in antiquis nonnullis Codicibus MStis Theologicis Græcis frequenter occurentium, Explicatio; p. 175, 176, 189.
Nympha ſeminuda ad originē fōtis; p. 5.
Nyſa pro *Nyſſa*. p. 109.

O.

O*Ctavij* Ferrarij Opus de Re veſtiariâ; p. 10.
Octavianus Ferrarius Mediolanenſis; p. 57.
Oratio Dominica; p. 35, 37.
Orationis Dominicæ clauſula, Quia tuum eſt Regnum &c, deeſt in nonnullis vetuſtiſſimis Novi Teſtamenti Codicibus græcis MStis; p. 45.
Origenis brevis Expoſitio Orationis Dominicæ; p. 35.
Origenis errores varij; p. 168.
Ortelius; vide *Abrahamus*.

P.

P*Achymeres*; vide *Georgius*.
S. *Pambo*, Abbas Ægyptiacus; p. 34.
Paradiſus & fluviorum ejus nomina; p. 55.
Paſchales Canones; vide *Canones*.
Paulicianorum hæreſis; p. 169.
Pergâ Vrbs Pamphyliæ; p. 111.
S. *Petrus* Apoſtolus ſolus à Chriſto proprijs manibus baptizatus eſt; p. 52.
Petrus S. Gregorij Nyſſeni frater, Epiſcopus Sebaſtenus in Armeniâ; p. 110, 111.

Petrus ſive Lyco-Petrus, primus fundator hæreſeos Maſſalianorũ; p. 171.
Pharaonis ſomnium cum interpretatione Joſephi; p. 11.
Phila Poemata; p. 104.
Philæ Vrbs Ægypti ad Nilum paulò ſupra Cataractas minores; p. 84.
Philippi Labbæi Bibliotheca Chronologica Scriptorum Eccleſiaſticorum corrigitur; p. 25, 101. & ſuppletur p. 39.
Philonis Judæi Opera, Pariſijs græcè & latinè edita, ſupplentur; pag. 76.
Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani Bibliotheca illuſtratur, corrigitur, ſuppletur p. 74, 171.
Photij, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Epiſtolæ, à Richardo Montacutio editæ, illuſtrantur, corriguntur & ſupplentur p. 161, 162, 163.
Phundaitarum vel Phundajatarum hæreſis; p. 170, 171.
Φύσις ſive Natura vocabulum eſt multiplicis ſignificationis; p. 54.
S. *Polycarpi* Martyris Epiſtolæ variæ; p. 71.
Pontificum Romanorum Chronologia; p. 56, 57.
Poſſevinus; vide *Antonius*.
Primus horum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum Liber ſuppletur & emendatur, p. 75, 76.
Procopij Gazæi Commentarius in Prophetam Eſaiam; p. 175.
Protoſpaltes, Primicerius Scholæ Cantorum; p. 28.
Pſalterij Davidici compoſitio & interpretes; p. 31, 32. 33, 36.
Pſalmorum totius Pſalterij Hypotheſes ſive Argumenta; p. 35.
Pſalmi ἰδιωτικοὶ ſive Privati in Eccleſiâ prohibiti; p. 20.
In *Pſalterium* Præfationes variorum veterũ Autorum; p. 24, 27, 31, 32.
Pſalterij diviſio in quinque libellos ſeu partes; p. 29.
Pſalterij diviſio in viginti Καθίσματα ſive Seſſiones; p. 30, 31.
Pſalterij Davidici Appendix; p. 24, 26, 34, 37, 38.
Vide etiam Libri hujus tertij Additamentum, ad pag. 1 pertinens.
Pſellus; vide *Joannes*.
Puteus Juramenti; p. 4.
Pythagorica Philoſophia olim fuit appellata Italica; p. 166.

R.

Rachelis, uxoris Patriarchæ Jacobi, obitus; p. 8.
Rebecca præbet aquam ad bibendum ſervo Abrahami & ejus camelis; p. 5.
Recapitulare pro ἀνακεφαλαιοῦν, verbum à Tertulliano uſurpatum; p. 291.
Roberti Stephani editio Græca Novi Teſtamenti & Epiſtolæ Euſebij Pamphili ad Carpianum ſuppletur p. 42, 43.
Rogerus, Scholaſticus Eccleſiæ S. Gereonis Coloniæ Agrippinæ; p. 37.
Romæ ſubterraneæ Imagines; pag. 2, 14.
Romanorum Pontificum Chronologia; p. 56, 57. Eorundem notabilis Recenſio; p. 118. 119, 120.
Rota flammea cum Cherubim ante portam Paradiſi; p. 2.
Ruffini Hiſtoria Eccleſiaſtica corrigitur p. 176.

S.

Sabana lintea balnearia, Badgewand; p. 132.
Sabas hæreſiarcha; p. 171.
Salmaſius; vide *Claudius*.
Salomonis Proverbiorum diviſio in duas claſſes; p. 19, 20.
Salomonis Proverbia & cantica deperdita; p. 33, 34.
Sambucus; vide *Ioannes*.
Sanctorum Sanctarúmque Encomia & Vitæ: nempe
S. *Anna*, matris Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, p. 207;
S. *Antiochi*, Monachi Palæſtini, p. 138, 140;
S. *Antonij*, Abbatis & Patris multorũ monachorũ in Thebaide, p. 151;

S. *Atha-*

S. *Athanaſij*, Archiepiſcopi Alexandrini, p. 79, 178, 188, 189, 191, 192, 199, 200, 201, 202, 203;
S. *Barlaami* Martyris, p. 113, 129, 134, 140;
S. *Baſilij* Magni, Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, p. 178, 188, 189, 191, 192, 199, 200, 201, 202, 203;
S. *Cæſarij*, fratris S. Gregorij Nazianzeni, p. 177, 184, 190, 205;
S. *Cypriani* Martyris p. 178, 188, 189, 191, 192, 199, 200, 201, 202, 203;
S. *Dionyſij* Areopagitæ, p. 67, 68, 71;
S. *Ephrami* Syri p. 104;
S. *Eucbariſti* p. 139;
S. *Euphroſyni*, coqui cœnobialis, p. 138;
S. *Gereonis* Martyris, p. 36, 37;
S. *Gordij* Martyris, p. 113, 129, 134, 141;
S. *Gorgoniæ*, ſororis S. Gregorij Nazianzeni, p. 177, 185, 190, 205;
S. *Gregorij* Nazianzeni, p. 182, 183, 184;
S. *Joachimi*, patris Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, p. 207;
S. *Joannis* Evangeliſtæ, p. 69, 100;
S. *Joſephi*, Sponſi Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, p. 53, 197;
S. *Julitta* Martyris, p. 129, 133, 134, 141;
Maccabæorum, p. 178, 188, 189, 190, 191, 192, 199, 200, 201, 202, 203;
S. *Mamantis* Martyris, p. 130, 135, 180, 188, 189, 191, 192, 198, 199, 200, 201, 202, 203;
S. *Matthæi* Evangeliſtæ, p. 43;
S. *Meletij* Epiſcopi Antiocheni, p. 129;
S. *Onuphrij* Anachoretæ, p. 152;
S. *Pâbonis* Abbatis Ægyptiaci, p. 34;
SS. *Petri* & *Pauli*, p. 68;
SS. *Quadraginta* Martyrum, p. 113, 129, 134, 140, 201.
Sanctorum Ephemeris ſive Calendariũ ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; p. 47, 59.
Saracenorum hæreſis; p. 170.
Satellites armati ante lectum regium; p. 11.
Sebaſtiani Tengnagelij Codices manuſcripti Theologici Græci, de quibus in Libro tertio horum Commentariorum agitur; ſunt IIItius, IVtus, XIVtus, XXIVtus, XXXIVtus, XLIIItius, XLIVtus, LXIIdus, LXXVtus, LXXXImus, XCIXnus.
Secundus horum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Liber ſuppletur & emendatur; p. 56.
Σημεῖα, Notæ marginales; p. 175, 176, 189.
Semei Prophetæ Scripta deperdita; p. 33.
Sententiæ miſcellaneæ ex varijs Autoribus ſacris & profanis; p. 39.
Septem Orbis Miracula; p. 63.
Septuaginta duo Interpretes; p. 14, 16.
Septuaginta diſcipulorum Chriſti Nomina & Ordo; p. 51, 52.
Sepulchrales fornices Hebræorum; p. 8.
Sepulchrales Speluncæ; p. 8.
Serapis, Sarapis; Serapion, Sarapion; p. 82.
Sergij Patriarchæ Conſtantinopolitani ætas; p. 119, 120.
Serræ Vrbs Macedoniæ primæ; p. 198.
Severi Epiſcopi Antiocheni ætas, hæreſis, varia fortuna & ſcripta; p. 43, 44.
Siclus Hebræorum; p. 54.
Simplicia hæretica; p. 132, 135.
Sixti Senenſis Bibliotheca Sancta corrigitur p. 25.
Socratis Hiſtoria Eccleſiaſtica illuſtratur, ſuppletur & corrigitur; p. 87, 176.
Sozomeni Hiſtoria Eccleſiaſtica corrigitur; p. 124, 125, 176.
De *Spiritûs* Sancti Proceſſione controverſia inter Græcos & Latinos; p. 104, 117, 118, 119, 120, 121, 161.
Stadiorum Græcorum cum Milliaribus Romanorum comparatio; p. 140.
Stephanus; vide *Robertus*.
Στιχηρὸν, Canticum ſacrum; p. 149.
Suidæ Lexicon illuſtratur, ſuppletur & corrigitur; p. 71, 103. 176.
Symeonis Cyrenæi martyrium & crucifixio; p. 52.

Symeon Antiochenſis Anachoreta; p. 154.
Symeonis τ̃ Θεολόγου Oratio; p. 37.
Symeon hæreſi archa; p. 171.
Symmachus Samaritànus, Interpres græcus Veteris Teſtamenti; p. 16, 28, 29.

T.

T*Engnagelius*; vide *Sebaſtianus*.
Terentius Comes, ad quem ſcripſit S. Baſilius; p. 116, 144.
Theodori Balſamonis Explicatio Concilij Laodiceni illuſtratur; p. 30.
Theodori Prodromi Poemata; p. 104.
Theodotion Epheſius, Interpres græcus Veteris Teſtamenti; p. 16.
Τόμος pro Epiſtola; p. 85.
Tritbemius; vide *Joannes*.
Troparia, Cantica ſacra; p. 34.
Tychicus, Lycopetri hæreſiarchæ diſcipulus; p. 171

V.

V*Bertus*; vide *Humbertus*.
Venetarum Familiarum illuſtrium Inſignia gentilitia; p. 41.
Vitæ Patrum à R.P. Heriberto Roſweydo editæ illuſtrantur & ſuppleutur; p. 139, 196.
Vniviratus, Monandria; p. 137.
Vnivira ſeu Vniviria mulier; ibid.
Vrſinus; vide *Fulvius*.

W.

W*olſgangi* Muſculi Tranſlatio latina Synopſeos Sacræ Scripturæ S. Athanaſij corrigitur. p. 33.

Z.

Z*Onaras*; vide *Joannes*.
Zygra Vrbs Ægypti; p. 84.

INDICIS TERTII LIBRI TERTII COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI FINIS.



LIBRI TERTII COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

APPENDIX,

QVA CONTINENTVR VARIA ADDITAMENTA, NON SOLVM AD JAM MEMORATVM LIBRVM TERTIVM, VERVM ETIAM AD PRIORES DVOS, PRIMVM VIDELICET ATQVE SECVNDVM, PERTINENTIA.

ADDITAMENTVM I,

pertinens ad Libri *primi Titulum æri inciſum* cum *Inſcriptione* ΨΥΧΗΣ ἸΑΤΡΕΙΟΝ.

PRimum & præcipuum in hoc *Titulo* obtinet locum Sacratiſſimus Potentiſſimúſque Imperator Romanorum ac Dominus noſter LEOPOLDVS I, ſedens in *Solio Imperiali* tanquam ad utrumque tempus, & *bellorum* & *pacis*, æquè præparatus. *Secundum* obtinet locum PALLAS, *Sapientiæ & Armorum Præſes*, quæ S. CÆSAREÆ MAIESTATI genuflexa offert *Primitias* ſive *Librum primum Commentariorum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* cum *Inſcriptione* ΨΥΧΗΣ ἸΑΤΡΕΙΟΝ, hoc eſt, (1) MEDICINA ANIMÆ, ſive ANIMÆ OFFICINA MEDICA. Deſumpta autem ea eſt ex *Diodori Siculi* Bibliothecæ Hiſtoricæ libro primo, (2), quippe ubi is refert *Oſymandyen*, inter antiquiſſimos Ægyptiorũ Reges celeberrimum, primum omnium *Bibliothecam ſuam* Inſcriptione ſuprà memoratâ inſigniviſſe. *Tertium* obtinent locum *duæ* illæ *Perſonæ*, dextro ſiniſtróque CÆSARIS lateri adſtantes, per quas alludi-

(1) Medicina *pro* Officinâ *&* Tabernâ Medicâ, *quã vulgò vocant* Apothecam, *legitur apud* Plautum *in* Amphitruone *Act.* 4 *Scen.* 1, *in* Epidico *Act* 2 *Scen.* 2, *& in* Menechmis *Act.* 5 *Scen.* 7 *Vſurpat quoque hanc vocem eodem ſenſu* Macrobius. (2) *Pag.* 45 *editionis Hanov. Wechel. græco-latinæ A.* 1604 *in fol.*

ditur ad *Symbolum Cæſareum* CONSILIO ET INDUSTRIA. *Senex* enim ille *togatus*, per quem ſignificatur CONSILIUM, annititur CÆSARI perſuadere, ut oblatas à *Pallade Commentariorum Primitias* clementiſſimè accipiat: *Fœmina* autem cum *Horologio arenario*, per quam ſignificatur INDUSTRIA, pollicetur *diligentiſſimam* inchoati Operis *continuationem*, ſed ſimul etiam *non exiguum tempus* ad illud accuratè elaborandum & rectè abſolvendum opus eſſe indicat. *Quartum* obtinet locum FAMA, quæ cum *clangore tubæ* ex *nubibus* devolat, tanquam S. CÆSAREÆ MAJESTATIS *Capiti* impoſitura *Coronam immortalis Gloriæ* ob *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ* jam demortuæ & ſqualore ac ſitu ſepultæ novam *vitam*, novam *celebritatem* & novum *uſum*. *Quintum* obtinent locum *Cupidines*, juxta *Solij Imperialis baſin* varijs *Mathematicis exercitijs* ſe oblectantes, per quos S. CÆSAREÆ MAJESTATIS ſingularis amor erga eaſdem *Scientias*, ut & cætera ejuſdem *univerſalis Philomathia* qualitercunque innuitur.

ADDITAMENTVM II,

pertinens ad Libri *primi* pag. 23 & 27, ubi fit mentio *ſelectiſſimæ Bibliothecæ meæ, viginti annorum ſpatio in Germaniâ, Galliâ & Italiâ collectæ*, quâ olim *Hamburgi* in publicis privatiſque ſtudijs uſus ſum.

BIbliotheca illa mea, *ter mille* plus minùs conſtans *Voluminibus*, magnâ diligentiâ accuratóque delectu, nec minori rei familiaris detrimento, per integros *viginti annos* in *Germaniâ, Galliâ atq; Italiâ* collectis; & eleganter *compactis*, pars nunc eſt *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*; quippe quam S. CÆSAREA MAJESTAS A. 1667 d. 7 Februarij clementiſſimè à me emit *bis mille & trecentis Imperialibus*, & *viginti* ciſtis incluſam, ſuis porrò (1) ſumptibus curavit *Hamburgo* transferri *Vindobonam*, quò ejuſdem anni die 29 Aprilis feliciter pervecta eſt. Præter *Libros* autem *impreſſos* continuit eadem *Bibliotheca* plus quàm *ducentos* perutiles & raros *Codices manuſcriptos Græcos*, *Latinos* & *Germanicos*, partim *membranaceos*, partim *chartaceos*; qui poſthac, volente DEO, nominatim & exactè recenſebuntur in *Catalogo Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, utpote cui illi, æquè ac Libri impreſſi, debitis locis jam inſerti ſunt. Interim verò conſulendus eſt *peculiaris* eorundem Librorum tàm impreſſorum, quàm manuſcriptorum *Catalogus*, *Hamburgi* A. 1661 à me compoſitus, & ſecundùm differentiam formarum in foilo, quarto, octavo & duodecimo, *Tomis quatuor in folio* propriâ manu

(1) Nempe ducentis ſeptuaginta octo Imperialibus.

manu meâ deſcriptus, qui itidẽ nunc in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* ad perpetuam tanti incrementi memoriam ac fidem haud immeritò ſtudioſè adſervatur.

ADDITAMENTVM III,

pertinens ad Libri *primi* pag. 25, ubi legitur, *literam B* in ἀχειροποιήτῳ ſive *non-manufactâ Inſcriptione admirandæ Pateræ Cimeliarchij Cæſarei*, ex unâ orientali *Achate* artificioſiſſimè fabrefactæ, rectè explicari poſſe per vocem *BEATVS*, quemadmodum *Dij* à Græcis & Latinis Scriptoribus paſſim Μάκαρες ſive *Beati* appellantur.

HVc pertinet inſignis ille maximéque notabilis *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis* locus, qui extat in principio *Catenæ* ſive *Expoſitionis Patrum Græcorum in Pſalmos*, (1) à R.P. *Balthaſare Corderio* (1) *Vide ſuprà pag.* 22.
Soc. JESV græcè & latinè editæ, his verbis: Τὸ ΜΑΚΑΡΙΟΣ ὄνομα θεία ὑπάρχει προσηγορία, καὶ μάρτυς τούτου ὁ θεῖος Ἀπόστολος βοῶν· Ὁ ΜΑΚΑΡΙΟΣ, καὶ μόνος δυνάστης, Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων. Μετέδωκε δὲ καὶ τούτου τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ὁ δεσπότης Θεός. Τὸ οὖν ΜΑΚΑΡΙΟΣ ὄνομα τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος ὑπάρχει καρπός. Hoc eſt: *Nomen BEATVS titulus eſt divinus, atque hujus rei teſtis eſt divinus Apoſtolus Paulus, Epiſtolæ primæ ad Timotheum capite ſexto exclamans: BEATVS, & ſolus potens Rex regum & Dominus dominantium. Deus autem fecit homines, ut aliarum appellationum, ſic etiam hujus nominis participes. Hoc nomen igitur BEATVS eſt fructus, qui ex perfectione virtutis percipitur.*

ADDITAMENTVM IV,

pertinens ad Libri *primi* pag. 39, 40 & 46, ubi varijs *argumentis* atque *teſtimonijs* probatur, *Hugoni Blotio Præfecturam Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* fuiſſe commiſſam ab *Imp. Maximiliano II* A. 1575.

ALiud ejuſdem rei inſigne teſtimonium extat in *hactenùs ineditis Augerij Busbeckij ad Hugonem Blotium Epiſtolis*, quarum unam *Lutetiæ Pariſiorum* A. 1575 poſtridie Cal. Auguſti ſcriptam, quâ ipſi de *Bibliothecariatu recens ſuſcepto* gratulatur, integram hîc exhibeo.

Amice honoratiſſime:

GRatiſſimæ mihi fuerunt literæ tuæ, quas eodem tempore binas accepi, unas datas 28 Junij, alteras 4 Julij, cùm alijs de cauſis, tùm

quòd te nonnullâ ex parte voti compotem factum nunciabant. In quo meas aliquid tibi profuiſſe literas, magnæ mihi lætitiæ fuit, quanquam & ſine illis non dubito, quin eum locum, quem virtus tua merebatur, ſemper fueris obtenturus. Quod animum tuum erga me memorem & gratum declaras, eſt id quidem mihi minimè novum, ſed dolendum potiùs non eſſe hujuſmodi beneficium, quod tantam gratiam mereatur. Quæ de varijs rebus mihi ſcripſiſti, ea ſcito mihi accidiſſe gratiſſima; quo in officio ut perſeveres te etiam atq; etiam valdè oro. Nihil enim mihi potes ex rebus omnibus facere, quod ſit futurum gratius. Eſſe nonnullos qui tibi obtrectent non miror, tuúmque in illis ulciſcendis propoſitum laudo, nimirùm ut eos officijs tibi concilies atque adjungas; quo inſtituto nihil eſt præclarius. Sed non ero longior; neq; enim te longas à me literas expectare puto, homine cùm adſcribendum pigro, tùm plus ſatis occupato. Tuas tamen quàm longiſſimas quaſq; literas mihi gratiſſimas eſſe ſcito; in quo ſi non tibi reſpondebo, ſatis habebis, ſi tibi amore & benevolentiâ reſpondebo, vel te etiam ſuperabo. Benè vale. Lutetiæ poſtridie Calend. Auguſti A. 1575.

Tui ſtudioſiſſimus Amicus

Augerius à Busbecke.

Inſcriptio harum literarum externa:

Ornatiſſimo Viro, Domino Hugoni Blotio, S. Cæſ. Majeſtatis Bibliothecario.

Quod ſupereſt, ne & hoc ignoretur, qualis illa fuerit *Augerij Busbeckij* commendatio, quæ, ut ex ſuperiori Epiſtolâ videre eſt, *Hugoni Blotio* ad adipiſcendum *Bibliothecariatum Cæſareum* valdè profuit, ſubjungo hîc ejus rei causâ aliam quandam hactenùs ineditam *Busbeckianam* Epiſtolam.

NOn ero, mi Bloti, longus in reſpondendo tuis literis. Feci, quod à me poſtulâſti; commendavi te Cæſ. Majeſtati quàm potui diligentiſſimè; feci idem cum ſupremo Magiſtro Curiæ Domino (1) Trautzæmio. Vbi iſtuc rediero, ſi commendationem renovare erit opus, faciam libenter, ut & in reliquis omnibus, ubi uſui tibi eſſe potero, cupidè gratificabor. Spero quidem commendationes iſtas tibi fructum aliquem laturas. Quid tamen tibi reſponſum ſit, gratum erit mihi ex tuis literis cognoſcere. Variæ occupationes, quibus diſtineor, me plura ſcribere non patiuntur. Velim tibi omnia ſuccedere, quemadmodum mereris, & ego cupio. Vale Lutetiæ 7 Januarij A. 1571.

Amantiſſimus tui

Augerius de Busbecke.

EPI-

(1) *Ita hoc nomen ibi ſcriptum eſt: nempe* Trautzæm *ſive* Trautzheim, *non autẽ, ut vulgò pronunciatur ac ſcribitur* Trautſon. *Intelligitur autẽ hoc loco Excellentiſſimus atque illuſtriſſimus Dominus* Joannes à Trautzheim *ſeu* Trautſon, *ad quem tanquam* Supremum Aulæ Cæſareæ Præfectum, *Epiſtola quædam* Hugonis Blotij, *A.* 1576 *d.* 3 *Ianuarij ſcripta, etiam nunc in* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ *adſervatur.*

ADDITAMENTVM V,

pertinens ad Libri *primi* pag. 46, ubi citantur *principia & inſcriptiones externæ duarum Joannis Sambuci Epiſtolarum ad Hugonem Blotium.*

Epiſtolæ i*llæ duæ*, quas certam ob cauſam nunc cenſeo publicandas hîc eſſe integras, ſunt hæ:

EPISTOLA PRIMA.

Hugoni Blotio Joannes Sambucus ſalutem:

AD recenſionem librorum ſi teſtimonium oculorum Sambuci ſex menſibus adhibitum velis, parum te, vel quid, elucubrem, aut ocij ſuperſit, videre dixerim. Sæpè ego Cæſaris libros vidi; ſi, qui vel probi ſint, vel ſuperflui, vel ſubſtituendi meliores, vel aggregandi rariores, meum judicium accieritis, libenter faciam, idq́ commodo temporum, meæq́ ruſticationis. Sunt, mi Bloti, alij, qui Indicem deſcripſerint, & paucioribus menſibus. Hâc igitur moleſtiâ, ſi me ſpontè involveris, exiguam feres gratiam, præſertim iſtâ tuâ ſuſpicione & querelâ, multos libros ſubtractos deſiderari. Si Cæſaris literæ tuo judicio venerint, idem ſentiam, & uberiùs perſcribam, nec citra cauſas. Onus alienum, niſi fiat privatim & familiariter, nunquam libenter ſuſtinui; præcipuè vulgare, cujus generis fuerit iſta annotatio nuda ſine epicriſi ſive Judicio. Vale, & ſi me amas, tali onere expedi ſpontè; potero majoribus tibi adeſſe & ſatisfacere. Dabam 30 *Auguſti A.* 1575 *ex Villullâ Mannersdorffienſi raptim.*

Inſcriptio harum literarum externa:

Clariſſimo Domino, Dn. Hugoni Blotio J Cto & Bibliothecæ Cæſareæ Præfecto, Amico meo ſingulari.

EPISTOLA SECVNDA.

Hugoni Blotio Joannes Sambucus ſalutem:

IVdicium Cæſaris de conficiendo Indice nudo librorum, inq́ alium tranſlato onere, per mihi honorificum duco, quippe cujus Majeſtas optimè nôrit, mihi ſatis negotij cum meis ſupereſſe. Tuas autem cogitationes de ordine & loco Bibliothecæ Principi adeo placere lætor, idq́ inſtitutum tuas virtutes illuſtrabit. Quòd verò, mi Bloti, μεμψιμοίρως de nonnullorum invidiâ, fictisq́ ſenſibus, & ad rem præſentem compoſitis, ſolicitè commemoras, ad noſtram neceſſitudinem nihil pertinere puto. Dij malè faciant ſuſpicioſis & malevolis, qui nec ingenium æſtimant tuum rectè, nec amicitiæ leges verè, ſed tantùm προσχήματα

 ſequun-

ſequuntur. De tot tantiſq; Patronis, quos intra paucos mēſes doctrina & opinio induſtriæ nō vulgaris tibi adjūxit, cur nō cōgratuler? me graviùs etiā accuſem, qui meā me (1) ἁπλότητι menſus, intráq; parietes & latibula conjiciens, decurſu viginti duorū annorū nullū ferè præter (2) Weberum ex Intimo Senatu vel compellârim, vel ad menſam eorū fuerim; iſtâq; animi contentione ineptè mihi (3) nocuerim: nunc ubi ruri ago, præcipuè rei familiaris moleſtijs prorſus deteror. Equidem nullius virtutibus & progreſſibus honorem unquam invidi; ut verò ſimilium tui & doctiſſimorum veſtigijs inſiſterem, vel cum tenuitate dignitatum, mea me natura contentum eſſe juſſit. Vbi ad Vrbem acceſſero, ſi quid tot annis collecta induſtriola tenet, libenter tecum communicabo; nec modò ſperes, ſed quoque credas omninò, initijs & auſpicijs amoris noſtri profectus reſponſuros, rerúmq; & commodorum Blotij me ſtudioſum fore apertè. Eâ enim ſum animi inductione & amore erga te, ut nullam offenſam illabi à me ad animum tuum ſis paſſurus; ſin aliter mentem Sambuci acceperis, ingratè feceris, inq; diſciplinam Chriſti, bonos mores, exempla amicitiæ, doctores denique Philoſophos tuos iniquè commiſeris. Vale & me, qui te amo, carúmque habeo, nec leviter contra amicos impellor, redama; mutuum reddam omnibus officijs. De libris manuſcriptis vetuſtis meis coràm, quid animi habeam. Ἔῤῥωσο. *Dabam Mannersdorffij d. 10 Septembris A. 1575 raptim.*

Plethonis de Peloponneſo Commentariolum edidi, & alia; neſcio, an videris. Quid prætereà autem præ manibus habeam, poſteri, ſi non præſentes, docebuntur.

Inſcriptio harum literarum externa:

Doctiſſimo Viro, Domino D. Hugoni Blotio, Cæſareæ Bibliothecæ Præfecto, Amico ſingulari.

(1) Simplicitate.
(2) *Locus notabilis de Dn. Joanne Baptiſtâ Webero, I.V D. S. Cæſ. Majeſtatis Cōſiliario Intimo, & S. Romani Imperij Vice-Cancellario, qui A.C. 1584 obijt, & Vindobonæ in Templo Auguſtinianorum ſepultus eſt.*
(3) *Idem quoque alibi alijs non paucis doctiſſimis Viris accidit, quia partim propter cōtinua ſtudia, partim ob naturalem quandam à Magnatum epulis abhorrentiam, nec voluerunt, nec potuerunt eſſe Τρεχέδειπνοι ſive* Curriprandij.

ADDITAMENTVM VI,

pertinens ad Libri *primi* pag. 72 & 73, inter quas inſertum eſt *Diagramma Synopticum, generalem exhibens delineationem præſentis ſtatûs Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.*

QVandoquidem *Diagramma* illud *Synopticum* eo tantùm fine ibi inſerui, ut qualitercunque inde appareret, quomodo *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea* partim reſpectu *ædificij* in *octo* diverſa *Conclavia*, partim reſpectu *Theologiæ, Juriſprudentiæ, Medicinæ, Philoſophiæ propriè dictæ, Hiſtoriæ* & *Philologiæ* in *ſex primarias Claſſes* diviſa ſit, neceſſarium nunc certis de cauſis arbitror, ut ejuſdem *Diagram-*

grammatis ſupplendi ergô rudi quadam *Sciagraphia* ſive adumbratione hîc indicem, quo pacto *unaquæq;* ſuprà memoratarum *ſex Claſſium* porrò ſit diviſa in præcipuas ſuas *Materias* & unicuique Materiæ ſubjectos *Titulos*, ac demùm quo ordine *ſingula Volumina*, ad unumquemque *Titulum* pertinentia, ſecundùm differentiam *editionum* diſpoſita & collocata ſint. Nolim tamen hoc ita accipi, quaſi Recenſionem illam ordinis *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, quam hîc exhibiturus ſum, vel venditare vel obtrudere cuiquam cupiam pro *Ideâ* ſeu *Exemplo*, ad cujus imitationem quælibet aliæ Bibliothecæ diſponi & ordinari debeant. Ordinent enim alij Bibliothecas ſuas ut lubebit, & ſua cuique *Methodus* videatur optima, dummodo mihi quoque eadem concedatùr libertas, nec temerè aut inſolenter exprobretur, ſi quid in meâ *Methodo* alijs diſplicuerit. Et certè, ut verum fatear, nondum ipſe mihi omninò ſatis feci; ſed quicquid primâ vice per ſummam feſtinationem, & nimiam loci anguſtiam, aliáque varia impedimenta, minùs rectè ordinatum vel omninò omiſſum eſt, id, volente Deo, corrigetur ac ſupplebitur per *abſolutiſſimum omnium totius Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Librorum impreſſorum Catalogum*, qui *Catalogo omnium Codicum manuſcriptorum* ſuo deinceps tempore ſubjungetur. Præſens igitur Ordo eſt talis:

AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA
CÆSAREA VINDOBONENSIS
diviſa eſt

in

MANVSCRIPTAM,

quæ in præſens complectitur *pluſquàm* DECEM MILLIA *Voluminum*, quorum Catalogus à *primo Codice MSto Theologico Græco* uſque ad *centeſimum* tertio horum Commentariorum Libro continetur, eodémque modo deinceps còntinuabitur; ut ſuprà in *Prolegomenis*, jam memorati Catalogi principio præfixis, prolixiùs à me indicatum & promiſſum eſt.

IMPRESSAM,

quæ in præſens complectitur *pluſquàm* NONAGINTA MILLIA *Voluminum*, &, itidem ac *Bibliotheca Manuſcripta*, diviſa eſt in SEX primarias CLASSES; nempe

1. THEOLOGICAM,
2. JVRIDICAM,
3. MEDICAM,
4. PHILOSOPHICAM *propriè dictam*,
5. HISTORICAM,
6. PHILOLOGICAM.

BIBLIOTHECÆ IMPRESSÆ PRIMA CLASSIS PRIMARIA, nempe THEOLOGICA,

ordinata eſt ſecundùm præcipuas MATERIAS ſuas, & unicuique Materiæ ſubjectos TITVLOS, hoc modo:

BIBLIA SACRA HEBRAICA *Veteris Teſtamenti*, partim *nuda*, ſive ſine ullâ *Verſione* & *Explicatione*, partim autem cum *Verſione* quidem *Chaldaicâ*, *Arabicâ*, *Perſicâ*, aliarúmque *Linguarum Orientalium*, ut & cum variorum *Rabbinorum Commentarijs* & *Maſorâ* ſive *Criticâ ſacrâ*, ſed *literis* tantùm *Hebraicis*, & ſine ullâ *Verſione Linguarum Occidentalium*. Quod porrò ad formam & ætatem *editionum* attinet, notandum eſt, quemadmodum in reliquâ totâ *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ*, ita etiam hic, omnes cujúſque *Materiæ* & *Tituli editiones* in folio, in quarto, in octavo, in duodecimo, in decimo ſexto, in decimo octavo, & in vigeſimo quarto, conjunctim eſſe collocatas; & quidem ſecundùm *annos editionum* ſive *impreſſionum*: ſic videlicet, ut *antiquiſſima* quæque editio *primum*, *recentiſſima* verò *ultimum locum* obtineat. Hoc igitur generaliter & in univerſum hîc indico, ne deinceps cum tædio ubivis ſingulatim repetendum ſit.

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* POLYGLOTTA ſive *multarum Linguarum* tàm *Orientalium*, quàm *Occidentalium*: cujuſmodi ſunt *Biblia Regia Antverpienſia Plantiniana Hebraicè, Chaldaicè, Græcè & Latinè*, novem Voluminibus in folio: *Biblia Regia Pariſina Hebraicè, Chaldaicè, Samaritanè, Arabicè, Syriacè, Græcè & Latinè*, decem Voluminibus in folio; *Biblia Londinenſia Briani Waltoni Hebraicè, Chaldaicè, Samaritanè, Arabicè, Syriacè, Perſicè, Æthiopicè, Græcè & Latinè*, ſex Voluminibus in folio; *Biblia Norimbergenſia Eliæ Hutteri Hebraicè, Chaldaicè, Syriacè, Græcè, Latinè, Italicè, Hiſpanicè, Gallicè, Germanicè, Anglicè, Danicè, Bohemicè & Polonicè* in folio; &c.

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti partim* GRÆCE tantùm, partim cum *Verſione Latinâ*.

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* LATINE tantùm, partim ſecundùm *ſolam antiquam Verſionem* VULGATAM, partim autē ſecundùm *antiquam* quidem *Verſionem Vulgatā*, ſed unà cum *alijs varijs Translationibus* itidē *Latinis*; cujuſmodi inprimis ſunt *Biblia Maxima Pariſina decem Voluminibus in folio*; partim deniq; ſecundùm *recentiores Translationes Latinas* ſine *antiqua Verſione Vulgata*.

BI-

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* ITALICE tantùm.

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* HISPANICE tantùm.

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* GALLICE tantùm.

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* GERMANICE tantùm, & quidem diviſa in *duas Claſſes* reſpectu editionum (1) *ante* & *poſt Lutheri hæreſin.*

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* HVNGARICE tantùm.

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* BOHEMICE tantùm.

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* DALMATICE & CROATICE tantùm, & quidem partim *literis Latinis*, partim *Cyrillicis* ſive *Glagoliticis.*

BIBLIA SACRA *Veteris & Novi Teſtamenti* POLONICE tantùm.

BIBLIORVM SACRORVM *Veteris & Novi Teſtamenti* CONCORDANTIÆ *Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ, Latinæ* & *Germanicæ;* item alia *Lexica* atque *Onomaſtica Biblica*; ut & *Loci Communes*, & *Interpretationes Phraſium* atque *Allegoriarum*, ordine alphabetico.

BIBLIORVM SACRORVM *Veteris & Novi Teſtamenti Iſagogæ, Synopſes, Enchiridia, Analyſes, Gnomologiæ, Imagines æri vel ligno inciſæ*; ut & *Eorundem legendorum, interpretandorum, explicandorum & conciliandorum Regulæ* ac *Methodi.*

(1) *Cujuſmodi ſunt* Biblia vetuſtiſſima *in folio regali ſine anno & loco*, Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ Inſignib. gentilitijs *decorata;* Biblia Norimbergenſia *A.* 1483 *duobus Voluminibus in folio:* Biblia Lubecenſia *A.* 1494 *in folio; &c.*

BIBLIORVM SACRORVM *Veteris & Novi Teſtamenti* INTERPRETES ſive EXPLICATORES VNIVERSALES; cujuſmodi ſunt *Hugo Cardinalis*, *Nicolaus Lyranus*, *Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis*, *Cornelius à Lapide è Soc. Jeſu*, &c.

BIBLIORVM SACRORVM *Veteris & Novi Teſtamenti* INTERPRETES ſive EXPLICATORES PARTICVLARES ſecundùm Ordinem Librorum in *Veteri & Vulgatâ editione latinâ*: nempe interpretes *Pentateuchi*, Interpretes *Libri Joſue*, Interpretes *Libri Judicum*, & ſic deinceps uſque ad *S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ Apocalypſin.* Notandum autem eſt, cujuſque Libri *Interpretes* ſive *Explicatores* in folio, in quarto, in octavo & in duodecimo, conjunctim quidem eſſe collocatos, ita tamen, ut reſpectu linguarum *Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, accuratè diſtincti ſint, primúmque locum *Latini*, ultimum verò *Germanici* obtineant.

Con-

CONCIONATORES SACRI in folio, quarto, octavo, & duodecimo, ſecundùm *Materias Concionum* & *differentiã Linguarum* accuratiſſimè diſtincti; ita videlicet, ut *Conciones in Teſtamentum Vetus, Conciones in Teſtamentum Novum, Conciones Dominicales & Feſtales totius anni, Conciones tantùm Quadrageſimales, Conciones Marianæ ſive de Beatiſſimâ Virgine Deiparâ, Conciones de reliquis Sanctis, Conciones dedicatoriæ, Conciones nuptiales, Conciones funebres*, aliæq; *variæ Conciones extraordinariæ*, peculiaribus ſuis continEantur Claſſibus, & porrò etiam reſpectu *linguarum* in *Latinas, Italicas, Hiſpanicas, Gallicas, Germanicas*, &c, diviſæ ſint.

CONCIONATORIÆ ARTIS *Inſtitutiones, Regulæ, Methodi* & *Progymnaſinata*.

CATECHETICÆ *Inſtitutiones*, & SYMBOLA *Fidei Catholicæ cum variorum Autorum Expoſitionibus*. Libri autem ad hanc *Materiam* pertinentes, eodem modo ſecundùm *ætatem, formam* & *linguas* diſpoſiti & diſtincti ſunt, ut illi, qui ad *præcedentes materias* pertinent.

RITVALIA & CÆREMONIALIA ECCLESIASTICA: nempe *Miſſalia, Breviaria, Antiphonaria, Officia Beatiſſimæ Virginis*, aliorúmq; *Sanctorũ*, & *pro defunctis*; item *Hymni ſacri, Litaniæ*, aliæq; variæ *Precationes* & *Benedictiones ſolennes*, ſecundùm diverſas Rerum ſacrarum adminiſtrationes & functiones Eccleſiaſticas.

SANCTI PATRES, alijque VETERES SCRIPTORES ECCLESIASTICI DOGMATICI GRÆCI, facilioris inventionis cauſâ ſecundùm *Nomina propria ordine alphabetico* ita collocati ac diſpoſiti, ut uniuſcujuſq; *Opera* in folio, quarto, octavo & duodecimo, unà cum variorũ *Commentarijs, Notis* & *Tranſlationibus* eò pertinentibus, *peculiari* ſuâ contineantur *Claſſe*, & *antiquiſſima* quæque editio *primum, recentiſſima* autem *ultimum locum* obtineat.

SANCTI PATRES, alijque VETERES SCRIPTORES ECCLESIASTICI DOGMATICI LATINI, eodem ordine ac modo collocati & diſpoſiti, ut proximè præcedentes GRÆCI.

VARIORVM SANCTORVM PATRVM, aliorúmq; VETERVM SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM DOGMATICORVM, tàm GRÆCORVM, quàm LATINORVM, *Opuſcula varia*, conjunctim edita, & *collectitijs* quibuſdam comprehenſa *Syſtematibus*: cujuſmodi inprimis eſt *Magna Bibliotheca Veterum*

Patrum

Patrumgræco-latina, Lutetiæ Pariſiorum A. 1654 ſeptendecim Tomis in folio edita. Huc etiam maximâ ex parte pertinent *Henrici Caniſij Noviomagenſis*, J. V. D. & SS. Canonum in Academiâ Ingolſtadienſi Profeſſoris ordinarij, *Tomi ſex Antiquæ Lectionis*, unà cum *Petri Stevartij Leodij Auctario* ſive *Tomo ſeptimo*, & ſimilibus aliorum Collectorum *Farraginibus*.

THEOLOGIÆ SCHOLASTICÆ SYNTAGMATA ET COMPENDIA VNIVERSALIA, vulgò SVMMÆ dicta; cujuſmodi præcipuè ſunt PETRI LOMBARDI, *Epiſcopi Pariſienſis*, qui vulgò MAGISTER SENTENTIARVM appellatur, *Sententiarum Libri quatuor*, cum variorum Autorum *Commentarijs*, *Declarationibus* & *Apologijs*.

ALBERTI MAGNI, natione *Suevi*, OPERA, quæ extant, omnia, cum variorum Autorũ *Commentarijs*, *Declarationibus* & *Apologijs*.

S. THOMÆ AQVINATIS OPERA, quæ extant, omnia, cum variorum Autorum *Commentarijs*, *Declarationibus* & *Apologijs*.

JOANNIS DVNS, natione *Scoti*, qui vulgò *Doctor ſubtilis* appellatur, OPERA, quæ extant, omnia, cum variorum Autorum *Commentarijs*, *Declarationibus* & *Apologijs*.

THEOLOGIÆ SCHOLASTICÆ varij variorum Autorum TRACTATVS PARTICVLARES, ſecundùm ordinem ac methodum *Magiſtri Sententiarum* collocati & diſpoſiti.

De CASIBVS CONSCIENTIÆ varij variorum Autorum *Tractatus*, primò quidem *univerſales*, poſteà autem *particulares*.

THEOLOGIA POLEMICA ſive HÆRETICOMACHICA, primùm quidem VNIVERSALIS pro *totâ Chriſtianâ Religione Catholicâ* contra *Atheos*, *Gentiles*, *Judæos*, *Muhammedanos*, & *omnes Hæreticos Chriſtianos*, poſteà autem PARTICVLARIS contra *ſingulas Hæreſes Chriſtianas*, & pro *ſingulis Fidei Catholicæ articulis*, ſecundùm methodum ac ordinẽ, quo Eminentiſſimus Cardinalis *Robertus Bellarminus* in ſuis *Controverſiarũ Libris* uſus eſt, diviſa & diſpoſita.

THEOLOGIA ASCETICA, *affectum in Deum provocans*, *vel dirigens*; nec ſolùm ſecundùm varietatem *Exercitationum*, *Meditationum* atq; *Precationum ſpiritualium*, verùm etiam ſecundùm *differentiam linguarum* diviſa & diſpoſita.

THEOLOGIA METHODICA, ſive, THEOLOGICI STVDII VNIVERSALIS *rectè inſtituendi Conſilia*, *Regulæ* & *Methodi*: item

Syntagmata, *Enchiridia*, *Loci Communes* & *Lexica Theologica univerſalia.*

THEOLOGIA PROHIBITA JUDAICA ſive RABBINICA, quâ continetur VTRVMQVE TALMVD, nempe HIEROSOLYMITANVM *uno volumine in folio*, & BABYLONICVM *ſedecim Voluminibus in folio*: item *Epitome totius Talmudis* à *R. Moyſe Majemonide* compoſita, & aliorum complurium *Rabbinorum Commentaria* & *Expoſitiones* in idem Opus Talmudicum; prætereà etiam CABBALA & *Libri Cabbaliſtici*; nec non *Conciones*, & *Libri rituales*, *Precationes ſacræ*, ut & *Diſputationes contra Chriſtianos*. Notandum quoque eſt, *Libris* illis *Hebraicis* non paucos eſſe permixtos, qui licet *Hebraicis literis* impreſſi ſint, re verâ tamen ſunt *Germanici*.

THEOLOGIA PROHIBITA MUHAMMEDANA, quâ continetur *Pſeudo-Prophetæ Muhammedis* ALCORANVM *Arabicum* cum *Tranſlatione Latinâ*, *Gallicâ* & *Germanicâ*, & quidem partim *ſimpliciter*, partim cum *Expoſitione refutatoriâ.*

THEOLOGIA PROHIBITA CHRISTIANA HÆRETICORVM NOSTRI TEMPORIS, nempe LVTHERANORVM, CALVINIANORVM, ANABAPTISTARVM aliorúmque complurium *Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ hoſtium*; quorum Scripta licet tanquam *venenata* & *contagioſa* in *peculiari* quodam, & quidem omnium ultimo, *conclavi* ſeparatim adſerventur, eodem tamen modo, ut ſuprà memorata *Catholicorum Scripta Theologica*, tàm ſecundùm præcipuas *Materias* ſuas, & unicuique Materiæ ſubjectos *Titulos*, quàm ſecundùm *varietatem linguarum* & *differentiam ætatis* ac *formæ editionum*, diligenter ordinata & diviſa ſunt.

SECVNDA CLASSIS PRIMARIA,
nempe
JVRIDICA,
ordinata eſt ſecundùm præcipuas MATERIAS ſuas, & unicuiq; Materiæ ſubjectos TITVLOS, hoc modo:

JVRISPRVDENTIA ROMANA PRO-JVSTINIANEA, continens *Legum Regiarum*, *Duodecim Tabularum*, *aliarúmque Legum & Senatuſconſultorum Reliquias*; item *Fragmenta reſidua* ex *Edicto Perpetuo Salvij Juliani*, & ex *Papiniani*, *Vlpiani*, *Julij Pauli*, *Modeſtini*, *aliorúmque veterum Juriſconſultorum deperditis Operibus*; nec non ex *Codicibus Gregoriano*, *Hermogeniano* & *Theodoſiano*.

Huc

Huc quoque pertinent *antiqui Finium regundorum Autores*, & *Incerti Autoris Collatio Legum Moſaicarum atque Romanarum*, ex ſuprà memoratorum veterum Juriſconſultorum Libris adhuc integris deſumpta; aliáque varia ejuſdem generis *Collectanea*.

JVRISPRVDENTIA ROMANA JVSTINIANEA, continens CORPORIS JVRIS CIVILIS JVSTINIANEI *Editiones varias* in folio, quarto, octavo & duodecimo, partim *Gloſſatas* & *cum variorum Autorum Notis marginalibus*, partim autem *nudas*, ſive *abſque ullâ Explicatione*.

JVRISPRVDENTIA POST-JVSTINIANEA ORIENTALIS ſive GRÆCO-ROMANA; cujuſmodi ſunt: *Jus Græco-Romanum à Marquardo Frebero græcè & latinè duobus Tomis in folio editum; Baſilica Juris Impp. Baſilij Macedonis & Leonis Sapientis; Baſilicorum Synopſes; Theophili Paraphraſis Græca in Inſtitutiones Juſtinianeas; Conſtantini Harmenopuli Enchiridion Juris; Anonymi Gloſſæ veteres Juridicæ Græcæ*, atque alia ejuſdem generis.

JVRISPRVDENTIA OCCIDENTALIS ROMANO-BARBARA; cujuſmodi ſunt *Leges Wiſigothorum, Burgundionum, Francorum, Alamannorum, Bajoariorum, Ripuariorum, Saxonum, Angliorum, Werinorum, Friſionum & Longobardorum*, quæ primùm quidem à *Baſilio Joanne Heroldo* & *Petro Pithœo*, poſteà autem à *Friderico Lindenbrogio* in *Codice Legum antiquarum*, unà cum *Impp. Caroli Magni & Ludovici Pij Capitulis* conjunctim editæ ſunt. Huc quoque pertinent *Marculphi* & *alterius cujuſdam anonymi Autoris antiquæ Formulæ publicorum privatorúmque negotiorum*, ab *Hieronymo Bignonio* & eodem jam memorato *Lindenbrogio* editæ.

HISTORIÆ JVRIS ROMANI *Syntagmata univerſalia* & *Chronologiæ*: ſimul etiam *Tractatus particulares* pertinentes ad *Titulum de Origine Juris*, ad *Antiquitates Fori Romani*, ad *Vitas & Scripta veterum & recentium Juriſconſultorum*, ad *Vitam & mores Imp. Juſtiniani*, ad *Juris Juſtinianei deſuetudinem & inſtaurationem*, & ad ejuſdem generis complura alia.

STVDII JVRIDICI *rectè inſtituendi & in* ARTEM *redigendi Conſilia, Regulæ & Methodi*.

JVRIS JVSTINIANEI *univerſi Iſagogæ, Syntagmata, Synopſes, Enchiridia, Analyſes, Conciliationes, Reformationes & novæ Methodi, Diſcrepantiæ à Jure Canonico*, & ejuſdem generis complura alia.

REGVLÆ, *Sententiæ, Opiniones communes & Axiomata Juris*, partim ſecundùm ordinem Tituli de REGVLIS JVRIS, partim *ordine alphabetico*, & partim *cū Expoſitione*, partim *abſq; Expoſitione*.

LEXICA, & INDICES JURIS, & *Obſervationes de* VERBORUM SIGNIFICATIONIBUS, partim ſecundùm ordinem *Tituli de Verborum ſignificationibus*, partim *ſerie alphabeticâ.*

INTERPRETES JURIS CIVILIS UNIVERSALES, ſive OPERA INTEGRA *magnorum Juriſconſultorum* BARTOLI, BALDI, & aliorum ejus generis complurium.

INSTITUTIONUM JUSTINIANEARUM *Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim.*

DIGESTORUM ſive PANDECTARUM *Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim.*

CODICIS JUSTINIANEI *Repetitæ Prælectionis Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim.*

AUTHENTICARUM ſeu NOVELLARUM CONSTITUTIONUM *Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim.*

JUS FEUDALE, ejúſq; *Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim.*

TRACTATUS TRACTATUUM ſive *Tractatus Univerſi Juris*, ductu & auſpicio *Papæ Gregorij XIII* in unum congeſti, & in *octodecim Materias* ſive *Tomos* diviſi, atque *Venetijs* A. 1584 editi *viginti quinque Voluminibus* in folio: item *Index* eorundẽ Tractatuum Univerſi Juris, in *quatuor Partes* diviſus, & *Venetijs* A. 1585 editus *duobus Voluminibus* in folio. Huc quoque ſeparatim accedunt alij nonnulli ejuſdem magni Operis *Indices minores*; ut & alia quædam *variorum Tractatuum Syntagmata miſcellanea.*

TRACTATUS JURIS CIVILIS SINGULARES, facilioris inventionis causâ *ordine alphabetico* diſpoſiti ſecundùm cujuſque *Tractatûs materiam.*

LEGUM *præcipuarum Juris Civilis* REPETITIONES & *Expoſitiones* SINGULARES, à *Pompejo Limpio* collectæ, & *Venetijs* A. 1608 editæ *octo Voluminibus* in folio: item *Index alphabeticus* ampliſſimus ejuſdem magni Operis, itidem *Venetijs* A. 1608 editus *uno* peculiari *Volumine* in folio. Huc quoque accedunt alij complures *Autores*, qui ſcripſerunt, vel collegerunt & ediderunt *Repetitiones varias.*

DISPUTATIONES & THESES *Juridicæ*; item *Quæſtiones* & *Controverſiæ illuſtres*; nec non *Obſervationes ſingulares theoreticæ* atque *practicæ.*

CONSILIA & RESPONSA *Juridica*, facilioris inventionis causâ *ordine alphabetico* diſpoſita ſecundùm *cognomina Autorum.*

DECISIONES & RESOLUTIONES *Juridicæ*, facilioris inventionis causâ *ordine alphabetico* diſpoſitæ ſecundùm *cognomina Autorum.*

PRO-

PROCESSVS *ſive Ordo Judiciarius* COMMVNIS, diviſus in CIVILEM & CRIMINALEM.

PROCESSVS *ſive Ordo Judiciarius* CAMERÆ IMPERIALIS *Spirenſis*, cum adjunctis *Diſſertationibus* de ejuſdem Tribunalis *Origine*, *Autoritate* & *Privilegijs*.

Ars NOTARIATVS, & varia ad eundem pertinentia FORMVLARIA partim *Latina*, partim *Germanica*.

CONSTITVTIONES, ORDINATIONES, & CONSVETVDINES *ſpeciales Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ*, aliarúmque *variarum Regionum*, partim *cum Interpretatione & Commentarijs*, partim *ſine Interpretatione & Commentarijs*; & quidem *ſecundùm diverſas cujuſq; Regionis Provincias & Ditiones* in minores Claſſes ita diviſæ ac diſpoſitæ, ut ſingularum quoque Civitatum JVRA MVNICIPALIA facilè queant inveniri.

JVRIVM *diverſarum Nationum & Provinciarum* HARMONIÆ & DIFFERENTIÆ, partim *inter ſe*, partim *reſpectu Juris Civilis Romani*.

CORPORIS JVRIS CANONICI *Editiones variæ* in folio, quarto, octavo & duodecimo, partim *Gloſſatæ* & *cum variorum Autorum Notis marginalibus*, partim autem *nudæ* ſive *abſque ullâ Explicatione*.

JVRIS CANONICI INSTITVTIONES, *Summæ, Enchiridia, Analyſes, Methodi*, & ejuſdem generis alia.

JVRIS CANONICI REGVLÆ, *Sententiæ* & *Axiomata*; item LEXICA, *Indices*, & *Obſervationes* de VERBORVM SIGNIFICATIONIBVS.

INTERPRETES JVRIS CANONICI VNIVERSALES ſive OPERA INTEGRA *magnorum Juriſconſultorum*, qui *Jus Canonicum* præ cæteris ex profeſſo pertractârunt.

DECRETI GRATIANI *Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim*.

DECRETALIVM *Papæ Gregorij IXni Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim*.

SEXTI *Libri* DECRETALIVM *Papæ Bonifacij VIIIvi Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim*.

CLEMENTINARVM ſive *Papæ Clementis Vti Conſtitutionum Interpretes ſpeciales*, & quidem *ſummatim* ac *particulatim*.

EXTRAVAGANTIVM *Conſtitutionum Papæ Joannis XXIIdi*, & EXTRAVAGANTIVM *Communium*, *Interpre-*

tes ſpeciales, & quidem *ſummatim* ac *particulatim*.

TRACTATVS JVRIS CANONICI SINGVLARES, facilioris inventionis cauſâ *ordine alphabetico* diſpoſiti ſecundùm cujuſque *Tractatûs materiam*.

DISPVTATIONES & THESES *Juris Canonici*; item *Quæſtiones* & *Controverſiæ illuſtres*; nec non *Obſervationes ſingulares theoreticæ* atque *practicæ*.

CONSILIA & RESPONSA *Juris Canonici*, facilioris inventionis cauſà *ordine alphabetico* diſpoſita ſecundùm *cognomina Autorum*.

DECISIONES & RESOLVTIONES *Juris Canonici*, facilioris inventionis cauſâ *ordine alphabetico* diſpoſitæ ſecundùm *cognomina Autorum*.

PROCESSVS ſive *Ordo Judiciarius Juris Canonici*, partim quidem *generaliter*, partim autem *reſpectu* CVRIÆ ROMANÆ *ſpecialiter*.

JVS PVBLICVM VNIVERSALE, continens varios variorum Autorum *Tractatus de* JVRE NATVRALI & de JVRE GENTIVM, atque inde deductâ *generali Juſtitiâ* & *Ratione Status cujuſque Imperij ac Reipublicæ*.

JVS PVBLICVM SACRI IMPERII ROMANO-GERMANICI, ita diſpoſitũ, ut primo loco collocata ſint CONSTITVTIONES, ORDINATIONES, RECESSVS, CAPITVLATIONES, RESCRIPTA, aliáque ejus generis MONVMENTA, in *publicis S. Imperij Comitijs* promulgata aut confirmata, & vel publicâ autoritate, vel privatim collecta atque in unum Corpus redacta: ſecundò, AVREA BVLLA, CAPITVLATIONES, aliáque nonnulla *publica Monumenta Imperialia* ſeparatim edita, & *variorum Autorum Commentarijs atque Notis* illuſtrata: tertiò, *Juris Publici S. Imperij Romano-Germanici* INSTITVTIONES, SYNOPSES & COMPENDIA VNIVERSALIA: quartò, *Juris Publici S. Imperij Romano-Germanici* TRACTATVS SINGVLARES *de unâ aliquâ materiâ ſeparatâ*; ut puta de *Imperatore & Rege Romanorum*, de *Vicarijs Imperij*, de *Diviſione Imperij in decem Circulos*, de *Electoribus Eccleſiaſticis & Secularibus alijſque Principibus Imperij*, de *Nobilibus immediatis*, de *Liberis Imperij Civitatibus*, de *Comitijs*, de *Pace Religioſa*, &c.

TER-

TERTIA CLASSIS PRIMARIA,

nempe

MEDICA,

ordinata eſt ſecundùm præcipuas MATERIAS ſuas, & unicuique Materiæ ſubjectos TITVLOS, hoc modo:

MEDICI ANTIQVI GRÆCI, ordine alphabetico ſecundùm *Nomina propria* ita diſpoſiti, ut uniuſcujuſq; *variæ Editiones, Commentarij, Notæ, Indices, Loci Communes* & *Translationes in alias linguas*; peculiari ſuâ cõtineantur Claſſe, & à reliquis ſeparatæ ſint.

VARIORVM VETERVM MEDICORVM GRÆCORVM *Opuſcula varia*, collectitijs quibuſdam *Syſtematibus* conjunctim edita.

MEDICI ANTIQVI LATINI ordine alphabetico ſecundùm *Nomina propria* ita diſpoſiti, ut uniuſcujuſque *variæ Editiones, Commentarij, Notæ, Indices, Loci Communes* & *Translationes in alias linguas*, peculiari ſuâ contineantur Claſſe, & à reliquis ſeparatæ ſint.

VARIORVM VETERVM MEDICORVM LATINORVM *Opuſcula varia*, collectitijs quibuſdam *Syſtematibus* conjunctim edita.

REI CVLINARIÆ ſive ARTIS COQVINARIÆ AVTORES ANTIQVI LATINI cum variorum *Commentarijs* & *Annotationibus*.

MEDICINÆ VETERINARIÆ, ſive, *Medicinæ animalium ad vecturam idoneorum*, AVTORES ANTIQVI GRÆCI & LATINI cum variorum *Commentarijs, Notis* & *Translationibus in alias linguas*.

REI RVSTICÆ AVTORES ANTIQVI GRÆCI & LATINI cum variorum *Commentarijs, Notis* & *Translationibus in alias linguas*.

VARIORVM VETERVM REI RVSTICÆ AVTORVM LATINORVM *Opuſcula varia*, collectitijs quibusdam *Syſtematibus* conjunctim edita.

NATVRALIS HISTORIÆ C. PLINII SECVNDI *variæ Editiones* cum variorum *Commentarijs, Notis, Epitomis* & *Translationibus in alias linguas*.

MEDICI ANTIQVI ARABES, ordine alphabetico ſecundùm *Nomina* ſua ita diſpoſiti, ut uniuſcujuſque Autoris *variæ Editiones, Commentarij, Notæ, Indices* & *Translationes in alias linguas*

guas, peculiari ſuâ contineantur Claſſe, & à reliquis ſeparatæ ſint.

VARIORVM VETERVM MEDICORVM ARABVM *Opuſcula varia*, collectitijs quibuſdam *Syſtematibus* conjunctim edita.

HISTORIA MEDICA, ſive, de *Origine, Incremento* & *Diviſione Medicinæ*, ejuſdémque *multiplici ratione & uſu apud diverſos Populos*, ut & de *Vitis, Scriptis, Inventionibus* & *Sectis veterum & recentium Medicorum*, varij variorum Autorum TRACTATVS, partim VNIVERSALES, partim SPECIALES ſeu SINGVLARES.

LEXICA MEDICA, varijque *Rerum & Verborum Indices, Definitiones & Expoſitiones* ordine alphabetico.

INSTITVTIONES; EPITOMÆ & SYNOPSES MEDICINÆ VNIVERSALES; ut & *Studij Medici rectè inſtituendi & exercendi Conſilia, Regulæ & Methodi*.

MEDICORVM *quorundam recentium* OPERA INTEGRA, ſecundùm *Cognomina Autorum* ordine alphabetico ita diſpoſita, ut ſimul etiam reſpectu linguarum *Latinæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, Germanicæ*, &c, à ſe invicem diſtincta ſint.

MEDICINA SYNTERETICA, PROPHYLACTICA, DIÆTETICA, GYMNASTICA & COSMETICA, ſive, variorum Autorum *Tractatus* de *conſervandâ Sanitate*, de *præcavendis Morbis*, de *Ratione Victûs*, de *Exercitatione corporis* & de *Pulchritudine*, ita diſpoſiti, ut reſpectu linguarum *Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c, à ſe invicem diſtincti ſint.

HISTORIA ANIMALIVM, in *duas Claſſes* diviſa: quarum *primâ* continentur varij variorum Autorum *Tractatus* de *Principijs Corporis humani*, & de *Generatione Hominis* ac *Partu*; *ſecundâ* autem varia variorum Autorum *Opera* de *reliquis Animalibus*, partim *Univerſalia*, partim *Specialia*, & quidem reſpectu differentiæ linguarum *Latinæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, Germanicæ*, &c, eodem modo diſpoſita, ut ſuprà in alijs Materijs jam aliquoties indicatum eſt. Id enim etiam nunc generaliter hîc repeto, ne deinceps cum tædio ubivis ſingulatim inculcandum ſit.

ANATOMIA, in *duas Claſſes* diviſa, quarum primâ continentur varij variorum Autorum *Tractatus* de *Partium Corporis humani ſtructurâ, actionibus & uſu*, partim *Univerſales*, partim *Speciales* ſeu *Singulares*; ſecundâ autem *Obſervationes Anatomicæ*, pertinentes ad quævis *alia Animalia*.

BOTANICA, ſive, varia variorum Autorum Opera & Tractatus de *Re Herbariâ*.

DE

De RE RVSTICA ET CVLTVRA HORTORVM Opera varia & Tractatus *Autorum recentiorum.*

De RE CVLINARIA ſive ARTE COQVINARIA Opera varia & Tractatus *Autorum recentiorum.*

De RE METALLICA & MVNDO SVBTERRANEO varij variorum Autorum Tractatus.

De GEMMIS & LAPIDIBVS PRETIOSIS varij variorum Autorum *Tractatus* partim *generales*, partim *ſpeciales*.

De AQVIS, THERMIS & BALNEIS varij variorum Autorum Tractatus; item de DESTILLATIONE.

De VENENIS, eorúmque *Præcautionibus* & *Remedijs*, varij variorum Autorum *Tractatus* partim *generales*, partim *ſpeciales*.

MVSEA & GAZOPHYLACIA VARIORVM ADMIRANDORVM NATVRALIVM, & quidem præcipuè ad *Medicinam* pertinentium.

Variorum Autorum DISPVTATIONES & CONTROVERSIÆ MEDICÆ; item CONSILIA MEDICA, EPISTOLÆ MEDICINALES, OBSERVATIONES MISCELLANEÆ, & SECRETA MEDICA.

De METHODIS MEDENDI & CVRATIONIBVS MORBORVM varij variorum Autorum TRACTATVS partim GENERALES, partim SPECIALES; qui quidem *poſteriores* facilioris inventionis causâ *ordine alphabetico* diſpoſiti ſunt ſecundùm *diverſorum Morborum nomina.*

De PHARMACOPOEIA ſive *Compoſitione Medicamentorum*, & de OFFICINIS MEDICIS, varij variorum Autorum *Tractatus*, partim *Generales* partim *Speciales*.

De CHIRVRGIA varij variorum *Tractatus*, partim *Generales*, partim *Speciales*.

De (1) CHEMIA, quæ vulgò ALCHYMIA dicitur, & de LAPIDE PHILOSOPHICO, AVTORES ANTIQVI HEBRAICI, ARABICI, GRÆCI & LATINI, maximâ ex parte *ſuppoſititij* & *ſpurij*.

De CHEMIA ſive ALCHYMIA, & de LAPIDE PHILOSOPHICO, varij variorum AVTORVM RECENTIORVM TRACTATVS *Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c.

(1) *De veritate & ratione Scripturæ hujus nominis vide* Hiſtoriæ *meæ* Literariæ *Librum primum, cap.* 4. *ſ.* 3.

De MAGIA tàm LICITA quàm ILLICITA AVTORES ANTIQVI GRÆCI ET LATINI cum variorum *Commentarijs* &

Notis. Huc quoque pertinent ANTIQVI AVTORES PHYSIOGNOMONICI, CHIROMANTICI, GEOMANTICI, ONEIROCRITICI ſive *de Somniorum Interpretationibus* &c.

De MAGIA tàm LICITA quàm ILLICITA varij variorum AVTORVM RECENTIORVM Tractatus *generales* diverſis linguis.

De MAGIA NATVRALI & ARTIFICIOSA LICITA varij variorum Autorum Tractatus diverſis linguis.

De MAGIA ILLICITA ſive PROHIBITA varij variorum Autorum TRACTATVS REFVTATORII.

In MAGIAM ILLICITAM ſive PROHIBITAM varij variorum AVTORVM RECENTIORVM *Introductiones*, ejuſdémque variæ *Methodi* & *Regulæ*.

TERATOLOGIA, ſive, varij variorum Autorum Tractatus de SPECTRIS, MONSTRIS & PRODIGIIS partim *generales*, partim *ſpeciales*.

QVARTA CLASSIS PRIMARIA,

nempe

PHILOSOPHICA

propriè dicta,

ordinata eſt ſecundùm præcipuas MATERIAS ſuas, & unicuiq; Materiæ ſubjectos TITVLOS, hoc modo:

PHILOSOPHORVM antiquiſſimorum BARBARICORVM ZOROASTRIS *Perſomedi* & HERMETIS *Triſmegiſti Opuſcula* quædam & *Fragmenta ſuppoſititia* GRÆCA, cum variorum *Veterum* & *Recentiorum Autorum Tranſlationibus* & *Commentarijs*.

PHILOSOPHORVM antiquiſſimorum GRÆCORVM *Jonicorum* & *Italicorum*, qui ante *Platonem* & *Ariſtotelem* floruerunt, & in primis quidem PYTHAGORÆ ac PYTHAGORICORVM, *Opuſcula* quædam & *Fragmenta reſidua*, cum variorum *Veterum* & *Recentiorum Autorum Tranſlationibus* & *Commentarijs*.

PHILOSOPHIA ACADEMICA, ſive, *Omnium*, quæ extant, *Operum* PLATONIS *Editiones* & *Tranſlationes variæ*.

PLATONIS INTERPRETES ſive *Explicatores* GRÆCI & LATINI ANTIQVI.

PLATONIS INTERPRETES ſive *Explicatores* RECENTIORES *Latini aliarúmque linguarum*.

PHILOSOPHIA PERIPATETICA, ſive, *Omnium*, quæ extant, *Operum* ARISTOTELIS *Editiones* & *Tranſlationes variæ*.

ARI-

ARISTOTELIS INTERPRETES ſive *Explicatores* GRÆCI & LATINI ANTIQVI.

ARISTOTELIS INTERPRETES ſive *Explicatores* RECENTIORES *Latini aliarúmque Linguarum.*

PHILOSOPHIA STOICA, ſive, *Antiquorum* PHILOSOPHORVM STOICORVM, GRÆCORVM & LATINORVM, *Opera* cum variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus.*

PHILOSOPHIA PYRRHONEA ſive SCEPTICA, *varijs Operum* SEXTI EMPIRICI *Editionibus*, & eò pertinentibus *variorum Autorum Commentarijs* comprehenſa atque illuſtrata.

PHILOSOPHIA EPICVREA, varijs *Veterum* & *Recentiorum Autorum Commentarijs* atque *Expoſitionibus* illuſtrata.

PHILOSOPHIÆ ECLECTICÆ ſive MISCELLANEÆ *varij Autores antiqui* GRÆCI & LATINI.

HISTORIA PHILOSOPHICA, ſive, de *Origine*, *Incremento* & *Diviſione* PHILOSOPHIÆ, ejúſq; *multiplici ratione & uſu apud diverſos Populos*, ut & de *Vitis*, *Scriptis*, *Inventionibus* & *Sectis* VETERVM & RECENTIORVM PHILOSOPHORVM, varij *variorum Autorum* RECENTIORVM *Tractatus* partim *Generales*, partim *Speciales.*

INSTITVTIONES & SYNTAGMATA GENERALIA PHILOSOPHIÆ VNIVERSÆ; item REGVLÆ & AXIOMATA; nec non de STVDIO PHILOSOPHICO rectè inſtituendo & tractando *Conſilia varia* & *Novæ Methodi.*

LEXICA PHILOSOPHICA, varijque *Verborum* & *Rerum*, ad *Philoſophiam* pertinentium, INDICES, DEFINITIONES & EXPOSITIONES ordine *alphabetico.*

PHILOSOPHIÆ THEORETICÆ VNIVERSALIS varia *variorum Autorum* SYNTAGMATA, ENCHIRIDIA, ANALYSES, & ejus generis alia.

LOGICÆ *Inſtitutiones generales*, alijque varij variorum Autorum ad *Logicam* pertinentes *Tractatus ſpeciales.*

PHYSICÆ *Inſtitutiones generales*, alijque varij variorum Autorum ad *Phyſicam* pertinentes *Tractatus ſpeciales*, ſecundùm differentiam *Materiarum* & *Linguarum* in varias minores Claſſes diſtributi.

METAPHYSICÆ *Inſtitutiones generales*, alijque varij variorum Autorum ad *Metaphyſicam* pertinentes *Tractatus ſpeciales.*

PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ VNIVERSALIS varia variorum Autorum *Syntagmata, Enchiridia, Analyſes*, & ejus generis alia.

ETHICÆ *Inſtitutiones generales*, alijque varij variorum Autorum ad *Ethicam* pertinentes *Tractatus ſpeciales*, ſecundùm differentiam *Materiarum* & *Linguarum* in varias minores Claſſes diſtributi.

OECONOMICÆ *Inſtitutiones generales*, alijq; varij variorum Autorũ ad *Oeconomiã* pertinentes *Tractatus ſpeciales*, ſecundùm differentiam *Materiarũ* & *Linguarum* in varias minores Claſſes diſtributi.

POLITICÆ *Inſtitutiones generales*, alijque varij variorum Autorum ad *Politicam* propriè dictam pertinentes *Tractatus ſpeciales*, ſecundùm differentiam *Materiarum* & *Linguarum* in varias minores Claſſes diſtributi.

De RE MILITARI *Autores antiqui* GRÆCI, cum variorum Autorum recentiorum *Tranſlationibus, Commentarijs* & *Notis*.

De RE MILITARI *Autores antiqui* LATINI, cum variorum Autorum recentiorum *Tranſlationibus, Commentarijs* & *Notis*.

De RE MILITARI varia variorum *Autorum* RECENTIORVM *Latinorum, Italorum, Hiſpanorum, Gallorũ, Germanorum*, &c, *Syntagmata Vniverſalia*; ſimul etiam *Tractatus Particulares* & *Speciales*, ſecundùm differentiam *Materiarum* & *Linguarum* in varias minores Claſſes diſtributi; ut puta de JVRE BELLI, de REGIMINE & DISCIPLINA *Militari*, de *Militiâ* PEDESTRI, EQVESTRI & NAVALI, de *Ordinationibus* CASTRORVM & ACIERVM, de OBSIDIONIBVS, OPPVGNATIONIBVS & DEFENSIONIBVS *Vrbium*, de ARCHITECTVRA MILITARI, de PYROTECHNIA, &c.

De RE ATHLETICA *Antiquâ* & *Novâ* varij variorum *Autorũ Recentiorũ Tractatus generales* & *ſpeciales*. Huc quoq; pertinent TORNEAMENTA, MONOMACHIA ſive *Duellum*, & ejus generis alia.

De ARTE EQVITANDI & CVRA EQVORVM varij variorum *Autorum Recentiorum Tractatus diverſis linguis*.

De VENATIONE varij *Autores Antiqui* GRÆCI & LATINI, ſecundùm *diverſa Venationũ genera* in varias minores Claſſes diſtributi.

De VENATIONE varij variorum Autorum RECENTIORVM *Tractatus* partim *generales*, partim *ſpeciales*, ſecundùm *diverſa Venationum genera* & differentiam *Linguarum* in varias minores Claſſes diſtributi.

De SALTATIONE varij variorum *Autorum Recentiorum Tractatus diverſis linguis*.

De LVDO LATRVNCVLORVM, ALEA, CHARTA LVSORIA, alijſque varijs *Ludis*, qui partim *antiquitùs* jam uſitati fuerunt,

runt, partim *nunc* in uſu ſunt, & ad *Politicam* ſive *Civilem Converſationem* & *Oblectationem* pertinent, varij variorum *Autorum Veterum* & *Recentiorum Tractatus diverſis linguis.*

MATHEMATICI ANTIQVI GRÆCI, facilioris inventionis cauſâ ſecundum *Nomina propria ordine alphabetico* ita collocati & diſpoſiti, ut uniuſcujuſque *Opera* in folio, quarto, octavo & duodecimo, unà cum variorum *Commentarijs, Notis* & *Tranſlationibus* eò pertinentibus, peculiari ſuâ contineantur *Claſſe*, & *antiquiſſima* quæque editio primum, *recentiſſima* autem ultimum locum obtineat.

MATHEMATICI ANTIQVI LATINI, eodem ordine ac modo diſpoſiti, ut proximè præcedentes GRÆCI.

MATHEMATICI ANTIQVI ARABES, eodem ordine ac modo diſpoſiti, ut proximè præcedentes GRÆCI & LATINI.

VARIORVM VETERVM MATHEMATICORVM GRÆCORVM, LATINORVM & ARABVM *Opuſcula varia*, collectitijs quibuſdam Syſtematibus conjunctim edita.

HISTORIA MATHEMATICA, ſive, de *Origine, Incremento* & *Diviſione* MATHESEOS & MATHEMATICARVM *Scientiarum*, ut & de *Vitis, Scriptis, Inventionibus* & *Sectis Veterum* & *Recentiorum* MATHEMATICORVM, varij variorum Autorum RECENTIORVM *Tractatus* partim *Generales*, partim *Speciales*.

LEXICA MATHEMATICA, varijque *Verborum* & *Rerum* ad MATHESIN pertinentium *Indices*, *Definitiones* & *Expoſitiones*, partim ordine *alphabetico*, partim abſque ordine *alphabetico*.

ISAGOGÆ, SYNOPSES & SYNTAGMATA *Generalia* MATHESEOS VNIVERSÆ; item *Regulæ, Axiomata* & *Hypotheſes*; nec non STVDII MATHEMATICI *rectè inſtituendi* & *tractandi*, ut & *augendi, Conſilia varia, novæ Inventiones, Methodi* & *Inſtrumenta*.

MATHESIS SPECIALIS, ſecundùm *varia* MATHEMATICARVM *Scientiarum Genera*, & unicuiq; *Generi* ſubjectas *Species*, in varias minores *Claſſes* diviſa, & diſpoſita hoc ordine, ut primum locum obtineat ARITHMETICA *Elementaris* & *Practica* cum ſubjunctâ ALGEBRA & LOGARITHMICA; ſecundum GEOMETRIA *Elementaris* & *Practica*; tertium TRIGONOMETRIA *Elementaris* & *Practica*; quartum ASTRONOMIA *Generalis* ſive *Coſmographica*, cum ſubjunctâ *Theoricâ* & *Practicâ*; quintum ASTROLOGIA *Apoteleſmatica* ſive *Divinatrix*; ſextum CHRONOGRAPHIA *Technica*; ſeptimum HOROGRAPHIA;

octavum GEOGRAPHIA *Technica*; nonum HYDROGRAPHIA *Technica*; decimum STATICA *propriè dicta* cum ſubjunctâ HYDROSTATICA; undecimum MECHANICA cum ſubjunctâ HYDROTECHNICA; duodecimum ARCHITECTONICA *Generalis* cum ſubjunctâ ARCHITECTVRA (1) *Civili*; decimum tertium OPTICA cum ſubjunctâ CATOPTRICA & DIOPTRICA; decimum quartum GRAPHICA ſive PICTVRA; decimum quintum denique MVSICA *Vocalis* & *Organica*.

(1) Architecturam Polemicã *ſive Militarẽ quære ſuprà, ubi agitur de RE MILITARI.*

QVINTA CLASSIS PRIMARIA,

nempe

HISTORICA,

ordinata eſt ſecundùm præcipuas MATERIAS ſuas, & unicuique Materiæ ſubjectos TITVLOS, hoc modo,

DE HISTORIÆ *Origine*, *Incremento*, *Vtilitate*, *Dignitate* & *Diviſione*, déque *Veterum* & *Recentiorum* apud varios Populos HISTORICORVM *Illuſtrium Vitis* & *Scriptis*, varij variorum Autorum Tractatus; ſimul etiam STVDII HISTORICI VNIVERSI ſecundùm *Autorum*, *Materiarum* & *Temporum* ordinem rectè inſtituendi, & HISTORIÆ RERVM GESTARVM ſecundùm ARTEM HISTORICAM *ſcribendæ* atque *examinandæ*, *Conſilia*, *Regulæ* & *Methodi*.

LEXICA & ONOMASTICA HISTORICA, quibus hic etiam annumerantur GEOGRAPHICA & POETICA.

HISTORIA LOCORVM, ſive, GEOGRAPHIA HISTORICA, diſpoſita hoc ordine:

GEOGRAPHI ANTIQVI GRÆCI, ordine *Chronologico*, ſive, reſpectu *temporis*, quo claruerunt, ita collocati & diſpoſiti, ut uniuscujusq; *Opera* in *folio*, *quarto*, *octavo* & *duodecimo*, unà cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus* eò pertinentibus, peculiari ſuâ contineantur *Claſſe*, & *antiquiſſima* quæque editio primum, *recentiſſima* autem ultimum locum obtineat.

GEOGRAPHI ANTIQVI LATINI, eodem ordine ac modo collocati & diſpoſiti, ut proximè præcedentes GRÆCI.

Variorum Autorum RECENTIORVM COSMOGRAPHIÆ HISTORICÆ VNIVERSALES, ſecundùm differentiam *Linguarum* ita diſpoſitæ, ut *Latinæ*, *Italicæ*, *Hiſpanicæ*, *Gallicæ*, *Germanicæ*, &c, à ſe invicem diſtinctæ ſint.

Vario-

Variorum Autorum RECENTIORVM GEOGRAPHIÆ HISTORICÆ VNIVERSALES, cujuſmodi ſunt ATLANTES, THEATRA & SPECVLA ORBIS TERRARVM, aliáque ejuſdem generis *magna Syntagmata*, *Tabulis Geographicis* æri inciſis illuſtrata; ut & eorundem magnorum Operum *Epitomæ* & *Synopſes*, aliæque minores *Iſagogæ Geographicæ*, & *Tabulæ miſcellaneæ*.

THEATRA VRBIVM, & HABITVS ſive VESTITVS VARIARVM GENTIVM.

HYDROGRAPHIA HISTORICA, ſive, *Variorum Autorum Recentiorum Tractatus Hiſtorici* de ORBE MARITIMO, de INSVLIS, & de RE NAVALI.

EVROPÆ DESCRIPTIO GENERALIS, cum ſubjunctis CHOROGRAPHIIS & TOPOGRAPHIIS, ſive, *Deſcriptionibus ſpecialibus* ſingulorum *Europæ* Regnorum & Regionum ab *Hiſpaniâ* uſque ad *Græciam Europæam* incluſivè.

ASIÆ DESCRIPTIO GENERALIS, cum ſubjunctis CHOROGRAPHIIS & TOPOGRAPHIIS, ſive, *Deſcriptionibus Specialibus* ſingulorum *Aſiæ* Regnorum & Regionum à *Græciâ Aſiaticâ* uſque ad *Regnum Sinenſe*.

AFRICÆ DESCRIPTIO GENERALIS, cum ſubjunctis CHOROGRAPHIIS & TOPOGRAPHIIS, ſive, *Deſcriptionibus Specialibus* ſingulorum *Africæ* Regnorum & Regionum ab *Ægypto* uſque ad *Promontorium Bonæ Spei*.

AMERICÆ SEPTENTRIONALIS & MERIDIONALIS, ut & MAGELLANICÆ, DESCRIPTIO GENERALIS, cum ſubjunctis CHOROGRAPHIIS & TOPOGRAPHIIS, ſive, *Deſcriptionibus Specialibus* ſingulorum *Americæ* Regnorum & Regionum à *Freto Anian* uſque ad *Fretum Magellanicum*.

De ARTE PEREGRINANDI varij variorum Autorum *Recentiorum* Tractatus diverſis linguis.

Variorum Autorum *Recentiorum* HODOEPORICA ſive ITINERARIA, & *Deſcriptiones diverſorum* ITINERVM *Publicorum* & *Privatorum*, collectitijs quibuſdam *Syſtematibus* comprehenſæ, vel *ſeparatim* editæ.

HISTORIA TEMPORVM, ſive, CHRONOLOGIA HISTORICA, diſpoſita hoc ordine:

CHRONOLOGI ANTIQVI GRÆCI, ordine *Chronologico*, ſive reſpectu *temporis*, quo claruerunt, ita collocati ac diſpoſiti, ut uniuſcujuſq; *Opera* in *folio*, *quarto*, *octavo* & *duodecimo*, unà cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus* eò pertinentibus, pecu-

peculiari ſuâ contineantur *Claſſe* & *antiquiſſima* quæq; editio primum, *recentiſſima* autem ultimum locum obtineat.

CHRONOLOGI ANTIQVI LATINI, eodem ordine ac modo collocati & diſpoſiti, ut proximè præcedentes GRÆCI.

Variorum Autorum RECENTIORVM CHRONOLOGIÆ HISTORICÆ, primùm quidem VNIVERSALES *omnium Gentitium* à *Creatione Mundi* uſque ad *noſtram ætatem*, deinde autem PARTICVLARES & SINGVLARES.

Variorum Autorum RECENTIORVM *Tractatus Hiſtorici* de MENSVRA TEMPORVM & RATIONE ANNI apud *varios Antiquos Populos*; item CALENDARIA & EPHEMERIDES *Hiſtoricæ*.

HISTORIA GENERATIONVM ſive GENEALOGIA, primùm quidem VNIVERSALIS *omnium Gentium* à *Creatione Mundi* uſq; ad *noſtram ætatem*, deinde autem PARTICVLARIS ſive SINGVLARIS.

De NOTIS GENTILITIIS NATVRALIBVS, & INSIGNIBVS GENTILITIIS ASSVMPTITIIS atque ARTIFICIOSIS varij *variorum Autorum* Tractatus, *Figuris æri inciſis* illuſtrati & exornati.

Variorum Autorum Tractatus de ijs, qui per MENDACIVM & FRAVDEM in ALIENAS FAMILIAS ſe inſeruerunt.

HISTORIA RERVM GESTARVM, ſive, HISTORIA PROPRIE DICTA, diſpoſita hoc ordine:

HISTORIA VNIVERSALIS, tàm reſpectu *Loci*, ſive *omnium Gentium*, quàm reſpectu *Temporis* à *Creatione Mundi* uſque ad uniuscujuſque Scriptoris ætatem.

HISTORIA VNIVERSALIS reſpectu *Loci*, ſed PARTICVLARIS reſpectu *Temporis*. Huc quoq; pertinent RELATIONES HISTORICÆ certi alicujus temporis MISCELLANEÆ.

HISTORIÆ SACRÆ TESTAMENTI VETERIS & ANTIQVITATVM JVDAICARVM *Autores Antiqui* GRÆCI & LATINI, ordine *Chronologico*, ſive, reſpectu *temporis*, quo claruerunt, diſpoſiti, unà cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus*.

HISTORIÆ SACRÆ TESTAMENTI VETERIS & ANTIQVITATVM JVDAICARVM *Autores* RECENTIORES diverſis linguis.

HISTO-

☞ HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ NOVI TESTAMENTI *Autores Antiqui* GRÆCI cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus*.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ NOVI TESTAMENTI *Autores Antiqui* LATINI cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus*.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ VNIVERSALIS & ANNALIVM ECCLESIASTICORVM *Autores* RECENTIORES diverſis linguis. Huc quoque pertinent CENTVRIÆ MAGDEBVRGENSES, & aliæ ejuſdem farinæ HISTORIÆ HÆRETICORVM PSEVDO-ECCLESIASTICÆ.

De VITA CHRISTI varij variorum Autorum *Tractatus Hiſtorici*, primò quidem *Vniverſales*, deinde autem *Particulares*; cujuſmodi ſunt Diſſertationes de GENEALOGIA *Ipſius*, & de TEMPORE *Nativitatis*, *Baptiſmi* atque *Paſſionis*; Hiſtoria PASSIONIS à reliquo Vitæ curriculo ſeparata; Hiſtoria S. CRVCIS; Hiſtoria de CLAVIS *S. Crucis*, & de LINTEIS SEPVLCHRALIBVS; Hiſtoria *Miraculorum Sanctiſſimi* SACRAMENTI; & ejus generis alia.

De ANTI-CHRISTO varij variorum Autorum Tractatus diverſis linguis.

HISTORIA MARIANA, ſive, de VITA BEATISSIMÆ VIRGINIS DEIPARÆ varij variorum Autorum *Tractatus Hiſtorici*, primò quidem *Vniverſales*, deinde autem *Particulares*; cujuſmodi ſunt *Hiſtoria de celebrioribus Ipſius* IMAGINIBVS, STATVIS, TEMPLIS, SODALITATIBVS, *& reliquo* CVLTV inde ab ipſis *Sanctis Apoſtolis* rectè derivato.

MENOLOGIA & MENÆA, ſive, *Syntagmata antiqua* GRÆCA de VITIS SANCTORVM ſecundùm ordinem *duodecim Menſium* & uſum *Eccleſiæ Orientalis*.

MARTYROLOGIA & CALENDARIA SANCTORVM *antiqua LATINA* ſecundùm ordinem *duodecim Menſium* & uſum *Eccleſiæ Catholicæ Occidentalis*, cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus*. Quibus inſuper accedunt *varij Tractatus* de *Martyrio in genere*, & de *Sanctorum Martyrum cruciatibus*, antiquitùs uſitatis; ut & IMAGINES CRVDELITATVM, à *Lutheranis*, *Calvinianis*, alijſque recentioribus *Hæreticis* in *Chriſtianos Catholicos* adhibitarum, æri inciſæ & Antverpiæ editæ.

VITÆ SANCTORVM *miſcellaneæ*, ab *antiquis Autoribus* GRÆCIS & LATINIS ſcriptæ, & collectitijs quibuſdam *Syſtematibus* conjunctim editæ, ſed abſque ordine *duodecim Menſium*.

VITÆ SANCTORVM SINGVLARES, ab *Autoribus Antiquis* GRÆCIS ſcriptæ, & facilioris inventionis causâ ſecundùm *Nomina Sanctorum ordine alphabetico* collocatæ ac diſpoſitæ, cum variorum *Commentarijs, Notis* & *Tranſlationibus.*

VITÆ SANCTORVM SINGVLARES, ab *Autoribus Antiquis* LATINIS ſcriptæ, & eodem ordine ac modo diſpoſitæ, ut proximè præcedentes GRÆCÆ.

Autorum RECENTIORVM SYNTAGMATA de VITIS SANCTORVM ſecundùm ordinem *duodecim Menſium.*

VITÆ SANCTORVM SINGVLARES ab *Autoribus* RECENTIORIBVS ſcriptæ, & facilioris inventionis causâ ſecundùm *Nomina Sanctorum ordine alphabetico* collocatæ ac diſpoſitæ.

EXEMPLA *Hiſtoriæ Sacræ & Eccleſiaſticæ* MISCELLANEA ab ANTIQVIS & RECENTIORIBVS *Autoribus Catholicis* collecta, & conjunctim edita.

PSEVDO-SANCTI, PSEVDO-MARTYRES & PSEVDO-MARTYROLOGIA *Lutheranorum, Calvinianorum* aliorúmque recentiorum *Hæreticorũ*; ut & EXEMPLA *Hiſtoriæ Sacræ & Eccleſiaſticæ* MISCELLANEA, ab ijſdem collecta, & cum permixto Hæreticæ pravitatis veneno edita.

De VITIS SVMMORVM PONTIFICVM ROMANORVM *Autores Antiqui* LATINI, cum variorum *Commentarijs, Notis,* & *Translationibus.*

De VITIS SVMMORVM PONTIFICVM ROMANORVM varij *Autores* RECENTIORES diverſis linguis.

Variorum Autorum *Tractatus* & *Diſſertationes ſpeciales* de *Summi Pontificis Romani* ELECTIONE, AVTORITATE & POTESTATE; de DONATIONE *Imp. Conſtantini Magni,* alijſque ejus generis *Donationibus*; de ineptiſſimâ ſimul atque impudentiſſimâ FABVLA de JOANNA PAPISSA; aliáque varia ad *Hiſtoriam Summorum Pontificum* pertinentia *Opuſcula Hiſtorica particularia.*

HISTORIA CARDINALIVM, varijque Tractatus Hiſtorici de eorum *Origine, Nomine, Electione, Triplici Ordine, Officijs, Autoritate, Poteſtate* & *Privilegijs.*

CONCILIORVM *omnium* GENERALIVM & PROVINCIALIVM, GRÆCORVM & LATINORVM, ACTA & MONVMENTA ANTIQVA, à diverſis recentioribus Collectoribus conjunctim edita cum *Commentarijs, Notis* & *Tranſlationibus.*

CONCILIORVM *Quorundam* GENERALIVM & PROVINCIALIVM, GRÆCORVM & LATINORVM, ACTA & MONVMENTA ANTIQVA, ſeparatim ac ſingulatim edita cum *Com-*

Commentarijs, Notis & *Tranſlationibus*, & ordine *Chronologico*, ſive, reſpectu *temporis*, quo unumquodque *Concilium* celebratum eſt, collocata ac diſpoſita.

CONCILIORVM *Omnium* GENERALIVM & PROVINCIALIVM, GRÆCORVM & LATINORVM, *Iſagogæ, Epitomæ* & *Synopſes*.

Variorum Autorum recentiorum *Tractatus* & *Diſſertationes Speciales* de *Origine, Modo, Autoritate* & *Poteſtate* CONCILIORVM; aliáque varia ad HISTORIAM CONCILIORVM pertinentia *Opuſcula particularia*.

HISTORIA ANTIQVITATVM LITVRGICARVM, ſive, *Sanctiſſimi Sacrificij* MISSÆ, tàm *Eccleſiæ Orientalis* ſive GRÆCÆ, quàm *Eccleſiæ Occidentalis* ſive LATINÆ.

HISTORIA MISCELLANEA *variarum* CÆREMONIARVM, RITVVM, aliarumque ANTIQVITATVM & OBSERVATIONVM ECCLESIASTICARVM, ſecundùm differentiam *Materiarum* in varias minores *Claſſes* diſtributa.

HISTORIA MONASTICA GENERALIS, ſive, de VITÆ MONASTICÆ *Origine, Incremento, Diviſione, Regulis* & *Propagatione* uſque ad noſtram ætatem, varij variorum Autorum Tractatus Hiſtorici.

HISTORIA MONASTICA SPECIALIS, ſive, *Diverſorum* ORDINVM MONASTICORVM *Hiſtoriæ* ac *Regulæ ſingulares*, ordine *Chronologico*, ſive, reſpectu *temporis*, quo unuſquiſque *Ordo* inſtitutus eſt, collocatæ ac diſpoſitæ.

HISTORIA *variorum* ORDINVM EQVESTRIVM, primùm quidem *Generalis*, deinde autem *Specialis*, & quidem ordinata reſpectu *temporis*, quo unuſquiſque *Ordo* inſtitutus eſt.

HISTORIA HÆRESIVM, ſive, variorũ *Veterum* & *Recentiorum* Autorum Tractatus Hiſtorici de *Origine, Incremento* & *Dogmatibus omnium* HÆRESIVM ab Orbe condito uſque ad noſtram ætatem, ut & de *Vitis* HÆRESIARCHARVM, primùm quidem *Generales*, deinde autem *Speciales* ordine *Chronologico*, ſive, reſpectu *temporis*, quo unaquæque *Hæreſis* orta eſt.

Variorum VETERVM & RECENTIORVM Autorum *Tractatus de* SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM *Vitis, Succeſſionibus* & *Scriptis*, partim *Generales* & *conjunctim editi*; cujuſmodi ſunt, qui continentur *Bibliothecâ Eccleſiaſticâ ſeptem Nomenclatorum Veterum*, nempe *S. Hieronymi, Gennadij Maſſilienſis, S. Iſidori Hiſpalenſis, S. Ildefonſi Toletani, Honorij Auguſtodunenſis, Sigeberti Gemblacenſis* & *Henrici Gandavenſis*, ab *Auberto Miræo*, cum Scholijs,

lijs, Auctario & Continuatione uſq; ad noſtrã ætatẽ edita: partim autẽ *Generales* quidem, ſed *ſeparatim* editi; cujuſmodi ſunt, *Joannis Tritbemij* Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *Guilielmi Eiſengreinij* Catalogus Teſtium Veritatis, *Sixti Senenſis* Bibliotheca Sancta, *Cardinalis Bellarmini* Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis cum *Philippi Labbæi* Additamentis & Indice Chronologico, *Antonij Poſſevini* Apparatus Sacer, & ejus generis Opera alia, non ſolùm ab Autoribus *Catholicis*, verùm etiam *Hæreticis* compoſita; cujuſmodi ſunt, *Matthiæ Flaccij Illyrici* Catalogus Teſtium Veritatis, *Andreæ Riveti* Criticus Sacer, *Joannis Gerhardi* Patrologia, &c.

Variorum Autorum Tractatus & Diſſertationes *Generales* de PROHIBITIONE & EXPVRGATIONE LIBRORVM; ſimul etiam LIBRORVM PROHIBITORVM & EXPVRGANDORVM INDICES *Speciales*.

HISTORICI ANTIQVI CLASSICI GRÆCI, *Herodotus, Thucydides, Xenophon, Polybius, Diodorus Siculus, Dionyſius Halicarnaſſenſis, Plutarchus, Arrianus, Appianus Alexandrinus, Dio Caſſius, Herodianus*, &c, ordine *Chronologico*, ſive reſpectu *temporis*, quo claruerunt, ita collocati ac diſpoſiti, ut uniuſcujuſque *Opera* in *folio, quarto, octavo* & *duodecimo*, unâ cum variorum *Commentarijs, Notis* & *Translationibus* in linguam *Latinam, Italicam, Hiſpanicam, Gallicam, Germanicam*, &c, peculiari ſuâ contineantur *Claſſe*, & *antiquiſſima* quæque editio primum, *recentiſſima* autem ultimum locum obtineat.

HISTORICI ANTIQVI CLASSICI LATINI, *C. Julius Cæſar, Cornelius Nepos, Salluſtius, Titus Livius, Vellejus Paterculus, Valerius Maximus, Petronius Arbiter, Quintus Curtius, Cornelius Tacitus, L. Annæus Florus, Suetonius, Juſtinus, Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores minores*, &c, eodem ordine ac modo diſpoſiti, ut proximè præcedentes GRÆCI.

HISTORIÆ ROMANÆ ANTIQVÆ GENERALIS, & HISTORIÆ AVGVSTÆ SPECIALIS varij Autores *Recentiores Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germani*, &c.

Variorum Autorum *Recentiorum* DESCRIPTIONES VRBIS ROMÆ, tàm *Antiquæ*, quàm *Novæ*, & tàm *Sacræ*, quàm *Profanæ*. Huc quoque pertinet ROMA SVBTERRANEA.

ÆDIFICIORVM, STATVARVM aliarúmque ANTIQVITATVM VRBIS ROMÆ IMAGINES æri inciſæ, & ſeparatim editæ.

INSCRIPTIONES ANTIQVÆ TOTIVS ORBIS RO-

ROMANI,& ad earum imitationem *Inſcriptiones* quoq; *Recentiores*; item *Autores Antiqui* & *Recentiores*, qui ſcripſerunt de *Formulis & ſolennibus Populi Romani verbis*, ut & de *Notarũ, ac Literarum ſingularium, vocúmque abbreviatarum Interpretationibus.*

ANTIQVARVM POPVLI ROMANI CÆREMONIARVM, RITVVM & CONSVETVDINVM, *Publicarum* atque *Privatarum*, *Corpora* & *Syntagmata Generalia*; item *Tractatus Speciales*, in varias minores *Claſſes* diſtributi, ut puta de *Religione* & *Cultu Deorum*, de *Re veſtiariâ*, de *Nuptijs*, de *Convivijs*, de *Ludis*, de *Funeribus*, de *Re nummaria* & *antiquis Numiſmatibus*, de Ponderibus & *Menſuris*, &c.

Variorum Autorum *recentiorum* HISTORIA ITALIÆ diverſis linguis, primò quidem GENERALIS tàm *Sacra*, quàm *Profana*, deinde autem SPECIALIS, reſpectu diverſarum *Regionum*, *Provinciarum* ac *Ditionum*, in quas univerſa *Italia* nunc diviſa eſt, in varias minores *Claſſes* ita diſtributa, ut, quantum fieri potuit, *Hiſtoria* non ſolùm *ſingularum Regionum* & *Provinciarum*, verùm etiam *ſingularum* unicuique Regioni ac Provinciæ ſubjectarum *Civitatum*, conjunctim collocatæ, & à reliquis ſeparatæ ſint.

Variorum Autorum *recentiorum* HISTORIA SICILIÆ, SARDINIÆ & CORSICÆ diverſis linguis.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA HISPANIÆ diverſis linguis, primò quidem GENERALIS tàm *Sacra*, quàm *Profana*, deinde autem SPECIALIS, reſpectu diverſorum *Regnorum* & *Provinciarum* in varias minores *Claſſes* ita diſtributa, ut *ſingularum* quoque *Civitatum Hiſtoriæ* conjunctim collocatæ, & à reliquis ſeparatæ ſint.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA GALLIÆ diverſis linguis, primò quidem GENERALIS tàm *Sacra*, quàm *Profana*, deinde autem SPECIALIS, reſpectu diverſarum *Regionum* & *Provinciarum* in varias minores *Claſſes* ita diſtributa, ut *ſingularum* quoque *Civitatum Hiſtoriæ* conjunctim collocatæ, & reliquis ſeparatæ ſint.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA BRITANNICARVM INSVLARVM, nempe BRITANNIÆ *propriè dictæ*, ANGLIAM & SCOTIAM complectentis, & HIBERNIÆ, diverſis linguis, primò quidem GENERALIS tàm *Sacra*, quàm *Profana*, deinde autem SPECIALIS, reſpectu diverſarum *Regionum* & *Provinciarum* in varias minores *Claſſes* diſtributa.

Variorum VETERVM AVTORVM HISTORIA GERMA-

MANIÆ VNIVERSÆ, & S. IMPERII ROMANO-GERMANICI, tàm *Sacra*, quàm *Profana*, collectitijs quibuſdam *Syſtematibus* conjunctim edita; cujuſmodi ſunt *Rerum Germanicarum Scriptores Simonis Schardij, Joannis Piſtorij, Juſti Reuberi, Chriſtiani Vrſtiſij, Marquardi Freheri, Melchioris Goldaſti*, &c.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA GERMANIÆ SACRÆ & CONTROVERSIARVM inter *Summos Pontifices Romanos* atq; *Imperatores Romano-Germanicos.*

Variorum Autorum *recentiorum* HISTORIA GERMANIÆ VNIVERSÆ, primò quidem GENERALIS, deinde autem SPECIALIS, reſpectu DECEM CIRCVLORVM S. IMPERII ROMANO-GERMANICI in *totidem præcipuas Claſſes* ita diſtributa, ut, quantũ fieri potuit, *Hiſtoriæ* nõ ſolùm *ſingulorum Circulorum*, verùm etiam *ſingularum* ad unumquemque *Circulum* pertinentium *Regionum, Provinciarum* & *Civitatum*, conjunctim collocatæ, & à reliquis ſeparatæ ſint. *Primus* horum *Circulorum* reſpectu *Auguſtiſſimæ Sedis Imperatoriæ Vindobonenſis* eſt ibi AVSTRIACVS, cum ſubjunctâ HISTORIA HÆREDITARII REGNI BOHEMIÆ & *Incorporatarum Regionum* MORAVIÆ & SILESIÆ; *ultimus* autem, tanquam maximâ ex parte jam alienus, eſt BVRGVNDICVS, ipſius videlicet BVRGVNDIÆ & SEPTENDECIM PROVINCIARVM BELGICARVM, tàm *earum*, quæ in antiquâ *Catholicâ Religione* & *fidelitate* conſtantes permanſerunt, quàm quæ *Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ, S. Imperio Romano-Germanico*, & *Auguſtiſſimæ Domui Auſtriacæ* per vim & rebellionem ſe ſubtraxerunt.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA HELVETIÆ, RHÆTIÆ & VALESIÆ diverſis linguis.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA REGNORVM SEPTENTRIONALIVM DANIÆ, NORWEGIÆ & SVEDIÆ, ſimul & *Inſularum* & *Regionum* ad jam memorata *Regna* pertinentium, ut puta *Iſlandiæ, Gronlandiæ, Finnomarchiæ, Lappiæ, Fenningiæ* ſive *Finlandiæ*, &c.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA SARMATIÆ EVROPÆÆ, hoc eſt, REGNI POLONIÆ cum BORVSSIA, LIVONIA, LITTVANIA, &c, & MAGNI DVCATVS MOSCOVIÆ ſive RVSSIÆ ALBÆ.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA SCYTHIÆ EVROPÆÆ, & quidem potiſſimùm iſtius *Partis*, quæ partim DACIAM *Mediterraneam* & *Alpeſtrem*, hoc eſt, TRANSSILVANIAM, WALACHIAM & MOLDAVIAM, partim autem TATTARIAM MINOREM ſive EVROPÆAM complectitur.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA REGNI HVNGARIÆ, primò quidem *Generalis*, deinde autem *Specialis*, reſpectu *diverſarum Provinciarum* in varias minores *Claſſes* diſtributa.

HISTORIÆ BYZANTINÆ ſive CONSTANTINOPOLITANÆ, ut & HISTORIÆ SARACENICÆ atque TVRCICÆ, *Autores Antiqui* GRÆCI, LATINI, ARABES & TVRCI, partim collectitijs quibuſdam *Syſtematibus* comprehenſi, cujuſmodi in primis eſt *Magnum* CORPVS HISTORIÆ BYZANTINÆ *Pariſijs græcè & latinè viginti Voluminibus in folio* editum; partim autem *ſeparatim* & *ſingulatim* editi.

HISTORIÆ BYZANTINÆ ſive CONSTANTINOPOLITANÆ, ut & HISTORIÆ SARACENICÆ & TVRCICÆ *Autores Recentiores Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA ITINERVM & EXPEDITIONVM SACRARVM in PALÆSTINAM ſive TERRAM SANCTAM, unà cum *Deſcriptione* VRBIS HIEROSOLYMITANÆ, aliorúmque in *Palæſtinâ Locorum ſacrorum*.

Variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum HISTORIA REGNI PERSARVM, omniúmque *Regionum* & *Provinciarum* eò pertinentium.

Variorum Autorum HISTORIA INDIÆ *intra* & *extra Gangem*; item HISTORIA SCHYTHIÆ & TATTARIÆ ASIATICÆ, ut & REGNI SINENSIS cum adjacentibus INSVLIS.

Variorum Autorum HISTORIA AFRICÆ, partim *Generalis*, partim *Specialis*, reſpectu diverſarum *Regionum* & *Provinciarum* in varias minores *Claſſes* diſtributa. Huc quoque pertinet HISTORIA INSVLARVM adjacentium.

Variorum Autorum HISTORIA AMERICÆ, partim *Generalis* tàm *Septentrionalis*, quàm *Meridionalis*, partim *Specialis*, reſpectu diverſarum *Regionum* & *Provinciarum* in varias minores *Claſſes* diſtributa. Huc quoque pertinet HISTORIA INSVLARVM adjacentium.

HISTORIÆ LITERARIÆ *Autores Antiqui* GRÆCI, *Diogenes Laertius, Philoſtratus, Eunapius, Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus*, &c, cum variorum *Commentarijs, Notis* & *Tranſlationibus*.

HI-

HISTORIÆ LITERARIÆ varij *Autores Recentiores*, partim *Generales*, partim *Speciales*, ſecundùm differentiam *Materiarum* in varias minores *Claſſes* ita diſtributi, ut primo loco collocatæ ſint VITÆ & IMAGINES *Virorum Doctrinâ*, *Eruditione & Scriptis Illuſtrium*, partim collectitijs quibuſdam comprehenſæ *Syſtematibus*, partim *ſingulatim* editæ: ſecundo CATALOGI LIBRORVM VNIVERSALES, cujuſmodi ſunt *Bibliotheca Conradi Geſneri*, *Joannis Jacobi Friſij*, *Georgij Draudij*, &c: tertio *Hiſtoria* BIBLIOTHECARVM ET BIBLIOTHECARIORVM *Illuſtrium Generalis*, *Antiqua* & *Nova*; ut & de BIBLIOTHECIS *colligendis*, *ordinandis*, *ornandis*, & *ad publicum privatúmq; uſum accommodandis*, varia variorum *Conſilia* & *Methodi*: quarto *Deſcriptiones* & *Catalogi ſingularum* BIBLIOTHECARVM *Illuſtrium* PVBLICARVM: quinto *Deſcriptiones* & *Catalogi ſingularum* BIBLIOTHECARVM *Illuſtrium* PRIVATARVM: ſexto, *Catalogi* variorum *ſingulorum* BIBLIOPOLIORVM, ſeu, ut vulgò vocantur, *Officinarum Librariarum*: ſeptimo, *Hiſtoria* ACADEMIARVM, GYMNASIORVM & SCHOLARVM, earúmque *Leges* & *Privilegia*, partim *generaliter*, partim *ſpecialiter*: octavo, *Hiſtoriâ* TYPOGRAPHIÆ & TYPOGRAPHORVM *de Re literaria præ alijs optimè meritorum*; ut & *Diſſertationes* variæ de ABVSV TYPOGRAPHIÆ, nec non de *Jure*, *Privilegijs* ac *Fraudibus* NEGOTIATIONIS LIBRARIÆ, & quidem præcipuè ac ſpeciatim de PLAGIO LIBRARIO, ſive, de IIS, qui *aliena Inventa* & *Scripta* impudenter pro *ſuis* venditant, vel abſque *verorum* & *legitimorum* AVTORVM conſenſu furtivè imprimunt.

HISTORIÆ VARIÆ ſive MISCELLANEÆ *Autores Antiqui* GRÆCI *Antigonus Caryſtius*, *Phlegon Trallianus*, *Apollonius Dyſcolus*, *Athenæus*, *Ælianus*, *Joannes Tzetzes*, &c, cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus*.

HISTORIÆ VARIÆ ſive MISCELLANEÆ *Autores Antiqui* LATINI *Aulus Gellius*, *Macrobius*, &c, cum variorum *Commentarijs* & *Notis*.

HISTORIÆ VARIÆ ſive MISCELLANEÆ *Autores Recentiores Generales*, *Latini*, *Italici*, *Hiſpanici*, *Gallici*, *Germanici*, &c.

HISTORIA VARIA POLITICA Status & Regiminis diverſarum Regionum.

HISTORIA VARIA ANTHROPOLOGICA, ſive, de *Claris Viris* ac *Fœminis*. HI-

HISTORIA VARIA TRAGICA & COMICA, ſive Narrationes variorum *inſignium adverſæ & proſperæ Fortunæ Caſuum & Eventuum.*

HISTORIA FABVLOSA *Antiquitatum ſuppoſititiarum Joannis Annij Viterbienſis*, cum variorum doctorum Virorum *Refutationibus.*

HISTORIÆ FABVLOSÆ ÆSOPICÆ ſive MORALIS *Autores Antiqui* GRÆCI & LATINI; ut & Autores *Recentiores, Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c.

HISTORIÆ FABVLOSÆ IDOLOLATRICÆ, ſive, de *Dijs Gentium*, Autores antiqui GRÆCI & LATINI, *Apollodorus, Palæphatus, Phurnutus* ſive *Cornutus, Hyginus*, &c.

HISTORIÆ FABVLOSÆ IDOLOLATRICÆ, ſive, de *Dijs Gentium*, varij Autores *Recentiores Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c.

HISTORIÆ FABVLOSÆ AMATORIÆ & EQVESTRIS *Autores antiqui* GRÆCI & LATINI, *Heliodorus, Euſtathius, Achilles Tatius, Longus Sophiſta, Apollonius Tyrius*, &c.

HISTORIÆ FABVLOSÆ AMATORIÆ & EQVESTRIS Autores varij *recentiores, Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c.

NARRATIONES FABVLOSÆ *Miſcellaneæ* variorum Autorum *Recentiorum Latinæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, Germanicæ*, &c.

HISTORIA FABVLOSA PROPHETICA variorum ineptorum *Prophetarum recentiorum*, qui ob ipſos rerum ſecutarum ſucceſſus & eventus contrarios jam ſunt ludibrio.

SEXTA CLASSIS PRIMARIA, nempe
PHILOLOGICA,
ordinata eſt ſecundùm præcipuas MATERIAS ſuas, & unicuiq; Materiæ ſubjectos TITVLOS, hoc modo:

RHETORES ANTIQVI GRÆCI, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſingulatim*, cum variorum *Veterum* & *Recentiorum* Autorum *Commentarijs, Notis* & *Tranſlationibus.*

INSTITVTIONVM RHETORICARVM ANTIQVI AVTORES GRÆCI, cum variorum *Commentarijs, Notis* & *Tranſlationibus.*

ORATORES ANTIQVI LATINI, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſingulatim*, cum variorum *Commentarijs, Notis, Indicibus* & *Locis Communibus*. Notandum porrò hîc eſt, in CICERONIS *pluſquam centum* præcipuis & diverſis editionibus collocandis hunc ordinem eſſe ſervatum, ut primo quidem loco collocata ſint *Opera* Ipſius, quæ ſuperſunt, *Omnia*, cum *Commentarijs, Notis, Indicibus* & *Locis communibus* itidem *univerſalibus*; ſecundo *Inſtitutiones Oratoriæ* ſeparatim editæ, cum *Commentarijs* & *Notis* peculiariter eò pertinentibus; tertio *Orationes* ſeparatim editæ, cum *Commentarijs* & *Notis* peculiariter eò pertinentibus; quarto *Epiſtolæ* ſeparatim editæ, cum *Commentarijs* & *Notis* peculiariter eò pertinentibus; quinto *Scripta Philoſophica* ſeparatim edita, cum *Commentarijs* & *Notis* peculiariter eò pertinentibus; ſexto *Ciceronis Vita, Oppugnatio, Defenſio*, & *Operum deperditorum Fragmenta*; ſeptimo *Indices, Loci Communes* & *Lexica* ſeparatim edita.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM ANTIQVI AVTORES LATINI cum variorum *Commentarijs* & *Notis*.

ORATORES RECENTIORES *Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c.

SATYRÆ & SCRIPTA SATYRICA *Oratorum Recentiorum* diverſis linguis.

COLLOQVIA ORATORIA & SCHOLASTICA diverſis linguis.

INSTITVTIONVM ORATORIARVM & HISTORIÆ ORATORIÆ *Autores Recentiores Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c.

EPISTOLOGRAPHI ANTIQVI GRÆCI, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſingulatim*, cum variorum *Comentarijs, Notis* & *Tranſlationibus*.

EPISTOLOGRAPHI ANTIQVI LATINI, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſingulatim*, cum variorum *Commentarijs* & *Notis*.

INSTITVTIONVM EPISTOLICARVM *Antiqui Autores* GRÆCI & LATINI.

EPISTOLOGRAPHI RECENTIORES *Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici* &c.

INSTITVTIONVM EPISTOLICARVM *Recentiores Autores Latini, Italici, Hiſpanici, Gallici, Germanici*, &c.

POETÆ ANTIQVI GRÆCI, primò quidem *conjunctim*,

ctim, deinde autem *ſingulatim*, & quidem facilioris inventionis causâ ordine *alphabetico*, cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Tranſlationibus*.

POETÆ ANTIQVI LATINI, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſingulatim*, & quidem facilioris inventionis causâ ordine *alphabetico*, cum variorum *Commentarijs*, *Notis*, & *Tranſlationibus*.

POETARVM ANTIQVORVM GRÆCORVM & LATINORVM *Florilegia*, *Loci Communes*, *Excerpta* & *Indices Generales*, ut & INSTITVTIONVM POETICARVM *Autores Antiqui*.

POETÆ RECENTIORES, *Latini*, *Italici*, *Hiſpanici*, *Gallici*, *Germanici*, &c.

INSTITVTIONVM POETICARVM & HISTORIÆ POETICÆ *Recentiores* Autores *Latini*, *Italici*, *Hiſpanici*, *Gallici*, *Germanici*, &c.

GNOMOLOGIARVM *Autores Antiqui*, & *Recentiores Latini*, *Italici*, *Hiſpanici*, *Gallici*, *Germanici*, &c.

APOPHTHEGMATVM *Autores Antiqui*, & *Recentiores Latini*, *Italici*, *Hiſpanici*, *Gallici*, *Germanici*, &c.

ADAGIORVM ſive PROVERBIORVM *Autores Antiqui*, & *Recentiores Latini*, *Italici*, *Hiſpanici*, *Gallici*, *Germanici*, &c.

SIMILITVDINVM *Autores Antiqui*, & *Recentiores Latini*, *Italici*, *Hiſpanici*, *Gallici*, *Germanici*, &c.

OPERA *Illuſtrium quorundam* PHILOLOGORVM & CRITICORVM *Recentiorum* INTEGRA, ut puta *Franciſci Petrarchæ*, *Eraſmi Roterodami*, *Cœlij Calcagnini*, *Ludovici Vivis*, *Angeli Politiani*, *Laurentij Vallæ*, &c.

CRITICORVM Variorum *Recentiorum Adverſaria*, *Notæ*, *Obſervationes* & *Animadverſiones miſcellaneæ*, partim *conjunctè*, ut in FACE CRITICA *Jani Gruteri*, partim *ſeorſùm* editæ.

De ARTE CRITICA & *Illuſtribus* CRITICIS varij variorum Autorum *recentiorum* Tractatus & Diſſertationes.

GRAMMATICÆ INSTITVTIONES variarum LINGVARVM ORIENTALIVM, ut puta *Hebraicæ*, *Chaldaicæ*, *Syriacæ*, *Arabicæ*, *Turcicæ*, *Perſicæ*, *Æthiopicæ*, &c, reſpectu differentiæ Linguarum in varias minores *Claſſes* diviſæ.

GRAMMATICÆ GRÆCÆ ANTIQVI AVTORES GRÆCI cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Translationibus*.

GRAMMATICÆ GRÆCÆ Autores RECENTIORES

 varij

varij *Generales* & *Speciales*, reſpectu *Methodi* & *diverſarum Materiarum* in varias minores *Claſſes* diſtributi.

GRAMMATICÆ LATINÆ ANTIQVI AVTORES LATINI, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſingulatim*, cum variorum *Commentarijs* & *Notis*.

GRAMMATICÆ LATINÆ Autores RECENTIORES varij *Generales* & *Speciales*, reſpectu *Methodi* & *diverſarum Materiarum* in varias minores *Claſſes* diſtributi.

GRAMMATICÆ ITALICÆ, HISPANICÆ, GALLICÆ, GERMANICÆ, HVNGARICÆ, BOHEMICÆ, DALMATICÆ, &c, *Autores varij*, reſpectu *differentiæ linguarum* in varias minores *Claſſes* diſtributi.

De HARMONIA & DIFFERENTIA *diverſarum linguarum* varij variorum Autorum *recentiorum* Tractatus & Diſſertationes.

ALPHABETA *variarum Linguarum*, & POLYGRAPHIA ſive *diverſarum Gentium* ſcribendi ratio, cum ſubjunctâ CALLIGRAPHIA.

CRYPTOGRAPHIÆ ſive STEGANOGRAPHIÆ, quæ vulgò CIPHRICA & METACIPHRICA appellatur, variæ variorum Autorum *Inſtitutiones* & *Methodi*.

HIEROGRAPHIÆ VETERVM ÆGYPTIORVM varij *Autores Antiqui* & *Recentiores*, nempe HORVS APOLLO cum variorum *Commentarijs*, *Notis* & *Translationibus*; *Joannes Pierius*, *Laurentius Pignorius*, *Fortunius Licetus*, *Athanaſius Kircherus*, &c.

EMBLEMATOGRAPHIA variorum Autorum recentiorum *Latinè*, *Italicè*, *Hiſpanicè*, *Gallicè*, *Germanicè*, &c.

LEXICA LINGVARVM ORIENTALIVM, *Hebraica*, *Chaldaica*, *Syriaca*, *Samaritana*, *Æthiopica*, *Arabica*, *Turcica*, *Perſica*, &c, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſeparatim*.

LEXICOGRAPHI & ETYMOLOGICOGRAPHI *Antiqui Claſſici* GRÆCI, *Harpocration*, *Phrynichus*, *Julius Pollux*, *Heſychius*, Anonymus Autor *Etymologici Magni*, *Suidas*, *Gloſſographi* à *Bonaventurâ Vulcanio* & *Henrico Stephano editi*, &c.

LEXICA & ETYMOLOGICA GRÆCA variorum Autorum *Recentiorum*; item PHRASES, PARTICVLÆ, aliæque *Elegantiæ Linguæ Græcæ* ordine alphabetico.

GLOSSARIA GRÆCO-BARBARA *Joannis Meurſij*, *Nicolai Rigaltij*, & quorundam aliorum.

LEXICOGRAPHI & ETYMOLOGICOGRAPHI *Antiqui Claſſici* LATINI, *Varro*, *Verrius Flaccus*, *Sextus Pompejus Feſtus*, *No-*

Nonius Marcellus, &c, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſeparatim*.

LEXICA PHILOLOGICA & ETYMOLOGICA LATINA variorum Autorum *recentiorum;* item PHRASES, PARTICVLÆ, aliæque *Elegantiæ Linguæ Latinæ* ordine alphabetico.

GLOSSARIA LATINO-BARBARA *Gerardi Joannis Voſſij, Henrici Spelmanni*, & quorundam aliorum.

LEXICA LATINA *ordinaria* variorum Autorum *recentiorum* cum Interpretatione *Latinâ* tantùm.

LEXICA LATINA cum Interpretatione *Hebraicâ, Græcâ, Italicâ, Hiſpanicâ, Gallicâ, Germanicâ, Belgicâ, Anglicâ, Danicâ, Suecicâ, Polonicâ, Bohemicâ, Hungaricâ, Dalmaticâ*, &c, primò quidem *conjunctim*, deinde autem *ſeparatim*.

LEXICA ITALICA, primò quidem cum Interpretatione *Italicâ* tantùm, deinde autem cum Interpretatione *Latinâ, Hiſpanicâ, Gallicâ, Germanicâ*, aliarúmque linguarum.

LEXICA HISPANICA, primò quidem cum Interpretatione *Hiſpanicâ* tantùm, deinde autem cum Interpretatione *Latinâ* & aliarum linguarum; eodémque modo & ordine ſequuntur deinceps etiam LEXICA GALLICA, LEXICA GERMANICA, atque aliarum ſuprà memoratarum Linguarum LEXICA.

De INGENIO HVMANO, ejúſque *Naturâ, Conſtitutione* & *Culturâ* varij variorum Autorum recentiorum Tractatus *Generales* & *Speciales*.

De SCHOLIS ſive LVDIS LITERARVM *rectè inſtituendis, conſervandis*, & *reformandis*, ut & de *Ratione docendi & diſcendi*, déque *Officijs Præceptorum* & *diſcipulorum*, variorum Autorum Tractatus *Generales* & *Speciales*.

De ARTE MNEMONICA, ſive de MEMORIA ARTIFICIALI variorum Autorum Tractatus & Diſſertationes.

De ENCYCLOPÆDIA & ARTE SCIENTIÆ VNIVERSALIS, ſive, de *Omnium Facultatum, Scientiarum, Diſciplinarum* & *Artium liberalium Dignitate, Ordine, Methodo* & *Augmentis* SYNTAGMATA variorum Autorum recentiorum atq; COMPENDIA DIDACTICA VNIVERSALIA.

Et hæc quidem nunc de AVGVSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS pluſquàm NONAGIES MILLE VOLVMINVM IMPRESSORVM præſenti *Statu & Ordine*, non *Chimærico* & *Ideali*, ſed *Reali, Viſibili* & *Tactili*, obiter ac curſim ſufficiant.

ADDITAMENTVM VII,

pertinens ad Libri *primi* pag. 147 & 148, ubi fit mentio *duorum Codicum MStorum Græcorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, quibus continentur *Procli Diadochi de Platonicâ Theologiâ libri ſex*, ut & *tertij* cujuſdam Codicis MSti *Latini*, quo continetur (1) *Inſtitutionis Philoſophiæ Platonicæ, ab eodem Proclo ducentis undecim Capitibus comprehenſæ, antiqua Verſio latina, abſoluta Viterbij à Fratre G. de Morbecta Ordinis Fratrum Prædicatorum XV Kal. Junij A. C. 1268.*

REperi jam quoque *tertium Codicem manuſcriptum Græcum ſex Librorum Procli de Theologiâ Platonicâ in eadem Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ*, & quidē inter *Codices MStos Philoſophicos Græcos*, qui nondum certis numeris notati ſunt. Inſcriptio Libri primi eſt ibi talis: Πρόκλου Διαδόχου Πλατωνικοῦ τῶν εἰς τὴν Πλάτωνος θεολογίαν τὸ πρῶτον. Cæterùm quod attinet ad *Gulielmum de Morbecta* ſeu *Morbeta, Monachum Dominicanum*, qui ejuſdem *Procli Inſtitutionē Theologiæ Platonicæ* è *græcâ* in *latinam* linguā primus tranſtulit, haud mirū eſt, verſionem illā ab eo abſolutā eſſe *Viterbij* XV Kal. Junij, ſive d. 18 Maij, A. 1268. Fuit enim is *Papæ Clementis IV*, qui *Viterbij* d. 29 Novembris jam memorati A. 1268 obijt, *Pœnitentiarius*, ut videre eſt ex titulo *Libri de Arte Geomantiæ*, ab eodem *Gulielmo* compoſiti, & hactenùs, quod ſciam, nondum impreſſi, qui in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* inſcribitur atq; incipit hoc modo: *Hic incipit Liber, qui eſt editus à Fratre Gullermo de Morbeta, Pœnitentiario Domini Papæ, & incipit Prologus in Artem Geomantiæ, quæ in continenti ſequitur. Ante hoc Opuſculū Geomantiæ in Proœmio dicam, quæ fuerit cauſa inventionis ſcientiæ hujus, &c.* Idem quoque *Gulielmus de Morbecta* vel *Morbeta* tranſtulit latinè *Simplicij Commentarium græcum in Ariſtotelis Libros quatuor de Cœlo & Mundo*, eáq; verſio latina impreſſa eſt aliquoties Venetijs, nempe A. 1540, 1544, 1555 & 1563, in folio; uti videre eſt apud *Joan. Jacob. Friſium* in Bibliothecâ Vniverſali, ubi vocatur *Gulermus Morbetus*, & apud R. P. *Philippum Labbæum* in *Ariſtotelis & Platonis Interpretum Græcorum*, typis hactenùs editorum, brevi Conſpectu, Lutetiæ ex Officinâ Cramoſiana A. 1657 in 4to edito, ubi *Gullelmus Morbetus* appellatur. Apud *Antonium* autem *Senenſem* in *Chronico & Bibliothecâ Ordinis Fratrum Prædicatorum*, apud Nicol. Nivellium A. 1585 in 8vo editis, nulla iſtius *Gulelmi* fit mentio, ideóque defectus ille hinc ſupplendus eſt.

(1) *Eadem* Στοιχείωσις *ſive In*ſtitutio Theologiæ Platonicæ *extat* græcè *cum* aliâ novâ Verſione latinâ *in fine* ſex Librorum Procli de Theologiâ Platonicâ, *ab* Æmilio Porto *ex Bibliothecâ Gottorpianâ primùm græcè & latinè editorum* Hamburgi *apud Mich. Heringium A.* 1618 *in folio.*

AD-

ADDITAMENTVM VIII,

pertinens ad Libri *primi* pag. 165 ubi fit mentio Excellentiſſimi atq; Illuſtriſſimi Domini, Dn. *Wratiſlai, Comitis de Fürſtenberg* & *Landgravij in Baar*, qui ex *Legatione Gallicâ* in Aulam Imperialem reverſus, pretioſiſſimum Codicem MStum membranaceum *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Nicephori Calliſti* Calendis Februarij A. 1627 *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſi* feliciter reſtituit.

FUit is *Eques Inclyti Ordinis Velleris Aurei, S. Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Intimus*, & *Conſilij Imperialis Aulici Præſes*, obijtque A. C. 1642 d. 27 Maij, & *Möskirchæ* ſepultus eſt. Cæterùm ut *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſis* pro felici recuperatione ſuprà memorati præſtantiſſimi rariſſimique *Codicis manuſcripti Nicephoriani* erga *Illuſtriſſimam Domum Fürſtenbergicam* quodammodò ſe præbeat gratam, exhibeo hîc Exemplar cujuſdam ex eâ deprompti *Diplomatis*, quo Glorioſiſſimus *Imp. Rudolphus Primus Heinricum Comitem de Fürſtenberg* conſtituit ac declarat *Præfectum & Rectorem* Provinciæ Italicæ, (1) *Romaniolæ* & *Maritimæ* dictæ, ſimul etiam eundem non modò *Conſanguineum*, ſed & majoris affectûs teſtandi causâ *Os de oſſibus ſuis* & *Carnem de carne ſuâ* nuncupat. Ipſa igitur iſtius Diplomatis verba ſunt hæc:

(1) Vulgò Romagna.

EGregijs & prudentibus Viris, Marchionibus, Comitibus, Nobilibus, Capitaneis, Civitatum Poteſtatibus, Ancianis, & Populis univerſis, per ROMANIOLAM & MARITIMAM conſtitutis, ſalutem & benignam voluntatem. Speciali quâdam inter tot & tantos negotiorum ingruentium fluctus, quibus aſſiduè pectori noſtro materia cogitationis infunditur, meditatione peragimus, & anxietate pervigili meditamur, qualiter illa Nobilis Romana & maxima Regio, utpote generoſum Imperij Pomœrium, in quo Regiæ Majeſtati ex ſui placidi cultûs amœnitate non infimâ delectatione complacuit, redivivâ quiete refloreat, & poſt diræ longæque fatigationis hoſtiles anguſtias, & eximios bellicæ turbines tempeſtatis, in portu votivæ tranquillitatis & pacis pulchritudine conquieſcat. In hac ſiquidem Regione ſuos Imperium recognoſcit alumnos. Hic eſt enim Hortus Imperij delicatus, in quo gratæ ſubjectionis vernantes & floridos flores colligit, & devotæ dulcedinis gratioſa poma decerpit. Nimirùm ergò circa cultum & munimen ipſius Regiæ Celſitudinis curioſa verſatur intentio, & propenſioris vigilantiæ ſtudium adhibetur, ut & illa per devotionem ſinceram puritatis reſpiret odorem, & per fidelitatem integram expectatum conſtantiæ fru-

fructum reddat. Verùm quia tunc utiliter Regio regitur, dùm directi ducatu Rectoris dirigitur, & vigilis Præſidentis induſtriâ gubernatur; Nos cupientes, quòd ipſa Provincia Duce gaudeat circumſpecto, Illuſtrem HEINRICVM COMITEM DE FüRSTENBERG, & CONSANGVINEVM NOSTRVM, quem ex parte circumſpectionis & fidei merita nobis reddunt amabilem, & probata ſtrenuitas efficit clariorem, Vobis & toti Provinciæ, prænotatæ præficimus in Rectorem ejuſdem Provinciæ Regnum vice Noſtri Nominis exequendum ſibi plenariè committentes, ut ejus ſtudioſo Ducatu & præſervetur à noxijs, & ſalutari ſolio ſolidetur. Vos itaque quæſumus, puræ fidei & ſinceræ devotionis Alumni, præſentibus noſtræ Serenitatis armati, Noſtram in ſuâ præſentiam figurantes, cùm COMES idem ſi OS DE OSSIBVS NOSTRIS & CARO DE CARNE NOSTRA tranſſumptus, eundem, quaſi familiaris dilectionis Pignus eximium, bilares & devoti ſuſcipite, ac in omnibus, quæ ad creditum ſibi ſpectant Officium, reverenter ei parere ac humiliter promptis affectibus obedire curetis, ut devotionis veſtræ conſtantiam Liberalitatis Auguſtæ proviſio, quæ ſervitia novit remunerare fidelium, dignâ proinde viciſſitudine proſequatur; pro firmo ſcientes, quòd obedientiæ ſignum, quod ſibi veſtra devotio monſtraverit, æ quo favore benevolentiæ complectemur, ac ſi monſtrari contigerit ſpecialiter Nobis Ipſis.

Hucuſque Diploma illud *Imp. Rudolphi Primi* ſine mentione *temporis* & *loci* promulgationis, quòd inter incompactas *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* ſchedas miſcellaneas fortuitò reperi. Confirmandi autem & illuſtrandi iſtius *Diplomatis* causâ, ſubjungo hìc aliud ejuſdem Glorioſiſſimi *Imp. Rudolphi Primi Diploma*, datum *in Caſtris apud Marchegge* A. C. 1278, & ex Vrbis *Villingæ* Archivo, ubi authenticum adſervatur, depromptum, in quo *Heinrici Comitis de Fürſtenberg*, itidem, ut ſuprà, fit mentio tanquam *Conſanguinei*.

RVDOLPHVS Dei Gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis Sacri Romani Imperij fidelibus, præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Dùm ad cunctos Sacri Romani Imperij fideles rectæ conſiderationis Serenitas inclinat Regia, & diſtinguentem inter contraria mentem applicat ad diverſos, non indignè illorum faciliùs inclinatur precibus, & eorum votis favet favorabilibus, qui Romano Imperio indeſolubiliter adhærentes, continuatis ſervitijs ad ſerviendum ulteriùs atque in perpetuum totis viribus totiſque conatibus laborant animo irremiſſo, viribus indefeſſis. Supplicanti itaq; noſtræ Majeſtatis Culmini Nobili Viro HEINRICO DE FüRSTEN-

STENBERG, NOSTRO CONSANGVINEO, Imperij fideliſſimo, ut cùm Villingen, Fürſtenberg, Haſlach, Doreſteten, & alia ſua Oppida quæcunque, PATRIS SVI, ac DVCIS DE ZERINGEN, aliorúmque Progenitorum ſuorum temporibus, qui eadem legitimè poſſederunt, ex Prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum & Regum Romanorum Illuſtrium indulto, tali gaviſa fuerint libertate ſeu Immunitate, quòd nemo Civium Oppidorum prædictorum utriuſq; ſexûs extra Oppidum ſuum potuit, vel debuit coram aliquo Judice extraneo conveniri, Sibi ſuiſq; Civibus & Oppidis prædictis libertatem ſeu Immunitatem hujuſmodi innovare & confirmare de Benignitate Regiâ dignaremur: Nos ipſius Comitis HEINRICI, qui Se Noſtris & Imperij ſervitijs præ cæteris hactenùs fideliùs & irremiſſiùs applicabat, & *adhuc applicat inceſſanter, precibus inclinati, libertatem ſeu Immunitatem prædictam Sibi, ſuiſq; Civibus & Oppidis prænotatis innovamus & confirmamus præſentium teſtimonio literarum; volentes & Authoritate Regiâ inhibentes, ne quis Civium & Oppidorum prædictorum coram alio quodam, quàm Oppidi, in quo reſidet, Judice, ſive realis, ſive perſonalis, ſive alia quæcunq; contra ipſum Actio adimpletur, ſtare Judicio compellatur; imò ſi quis contra ipſos Cives vel eorum aliquem aliquid habuerit actionis, illam coram Judice vel Sculteto Oppidi ejuſdem Juris ordine proſequatur. Nulli ergò omninò hominum liceat contra hanc noſtræ innovationis & confirmationis venire Gratiam, vel ei aliqualiter contraire. Quod qui facere præſumpſerit, gravem Regiæ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. Datum in Caſtris apud Marchegge XIIII Calend. Sept. Indictione VI Anno Domini Milleſimo CC LXXVIII, Regni verò noſtri anno quinto.*

Tertium quoque ejuſdem *Cognationis* inſigne teſtimonium extat in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ antiquo manuſcripto Catalogo Germanico omnium Privilegiorum aliorúmq; Diplomatum & monumentorum publicorum,* ad *Hiſtoriam Auguſtiſſimæ Domûs Auſtriacæ* pertinentium, quæ *Vindobonæ* in *Archivo Cæſareo-Auſtriaco* adſervantur archetypa. Reperi enim in jam memorato *Catalogo Diploma* quoddam *Imp. Rudolphi Primi*, *Reinfeldæ* Calendis Junij A. 1283 promulgatum, cujus argumentum: *Imperatorem Rudolphum filijs ſuis Alberto & Rudolpho Ducatũ Auſtriæ in feudum conceſſiſſe, & quidem ambobus* (1) *conjunctim; Regimen tamen Auſtriæ Inferioris debere eſſe ac permanere penes ſolum Albertum, tanquam natu* (2) *ma-*

(1) *Vide* Alberti Argentinenſis *Chronicon pag.* 101 *editionis Vrſtiſianæ.* (2) *Corrigendum itaq; eſt* Chronicon Alberti Argentinenſis *pag.* 673 *editionis* Cuſpinianæ *& pag.* 105 *editionis Vrſtiſianæ, quippe ubi* Rudolphus, *qui* Agnetem Wenceslai *Regis Bohemiæ ſororem in matrimonio habuit, perperàm vocatur* filiorum Imp. Rudolphi Primi primogenitus, *Contrarium enim legitur in eodem* Chronico *pag.* 100 *editionis Vrſtiſianæ, utpote ubi* Albertus *tanquam* natu major *rectè* Rudolpho *præponitur.*

jorem, ejúſque ſtirpem maſculam; viciſſim autem, niſi ipſe Pater Rudolphus filio ſuo natu minori Rudolpho intra quatuor annos & dimidium peculiari aliquo Regno aut eximio Ducatu provideret, debere Ducem Albertum fratri ſuo Rudolpho perſolvere certam pecuniæ ſummam ſecundùm Patris arbitrium: ſi etiam Ducatus, qui filio Rudolpho à Patre concederetur, exigui eſſet emolumenti, debere Albertum fratri ſuo Rudolpho compenſationis loco itidem perſolvere certam pecuniæ ſummam ſecundùm Patris arbitrium, atq; nihilominùs, ſi Ducis Alberti maſcula ſtirps deficeret, ſuprà memoratum Auſtriæ Regimen tranſlatum iri ad Ducis Rudolphi ſtirpem maſculam: ſi quoque Dux Albertus fratri ſuo Duci Rudolpho pecuniam arbitrio Patris conſtitutam non perſolveret, debere hanc Ordinationem omninò eſſe irritam, & Ducem Rudolphum ſecundùm Diploma Infeudationis admitti ad dimidium Auſtriæ Inferioris Regimen: ſi denique Imperator Rudolphus ante arbitrariæ pecuniæ conſtituendæ definitionẽ moreretur, debere Fridericũ Burggraviũ Normbergenſem, (1) Albertum Comitem de Hohenberg, HEINRICVM COMITEM de FüRSTENBERG, & (2) Ludovicũ Comitẽ de Ottingen, Imperatoris defuncti loco ſententiã dicere, & ſuperſtites in locum demortuorũ alios conſtituere ex Eorundẽ Ducũ COGNATIONE Arbitros. Ipſa antiquæ iſti⁹ *Germanicæ* Epitomes verba ſunt hæc: *Ein Ordnung von Künig Rudolphen, Römiſchen Künig, zwiſchen ſeinen Sühnen Hertzog Albrechten und Hertzog Rudolphen von Oſterreich, nachdem Er Ihnen die Oſterreichiſchen Land gelieben, darinn Er Ihm dann ferner Ordnung ſeinem gefallen nach fürzunehmen vorbehalten hat, inhaltend: Hertzog Albrecht und ſeine Sühne ſollen die Nieder-Oſterreichiſche Land allein regieren; ſo verr aber der Künig ſeinem Suhn Hertzog Rudolphen innerhalb fünfthalb jahren nit mit einem Kunigreich oder andern treffentlichem Fürſtenthum verſicht, ſo ſoll Ihm ſein Bruder Hertzog Albrecht ein Summa gelds geben, wie der Vater mittler zeit auzſpricht: wäre aber das Furſtenthum kleinfueg, ſo ſoll Ihm Hertzog Albrecht aber ein Summa gelds nach erkantnus des Vaters zu einer zubuſſe heraus geben; doch in allweg wan Hertzog Albrechts Manſtam abgieng, daz Hertzog Rudolphen Manſtam alz dan in die Regierung bemeldeter Oſterreichiſchen Lande angange: wo Hertzog Albrecht ſeinem Bruder das geſprochene geld nit bezablete, ſo ſol dieſe Ordnung abſein, und Hertzog Rudolph zu halber Regierung der Nieder-Oſterreichiſchen Land kommen, inhalt der Kuniglichen Belehung: wo der Kunig abgieng, ehe Er den Spruch umb das geld thäte, ſo ſollen Burggraf Friderich von Nürnberg, Graf Albrecht von Hohenberg, GRAF HEINRICH VON FüRSTENBERG, und*

(1) *Hujus Comitis* Alberti *ſoror nomine* Anna *fuit uxor* Imp. Rudolphi I *& mater Ducum Auſtriæ* Alberti *&* Rudolphi, *quorũ in hoc Diplomate fit mentio.*

(2) *In eodẽ ſuprà citato antiquo* Diplomatum Auſtriacorũ *Catalogo MSto extat etiã abbreviatum aliquod* Diploma *ejuſdẽ* Ludovici Comitis de Otting, *datũ Normberga IV Non. Ianuarij A.* 1299. *quo ipſe ſecundùm hanc* Imp. Rudolphi I *ordinationẽ publicè declarat, ſe in locũ triũ demortuorum Coarbitrorũ ſuorum alios tres* EX COGNATIONE DVCVM AVSTRIÆ *Arbitros cooptâſſe, nempe* Burchardum Comitẽ de Hohenberg, Eberhardũ Comitẽ de Wirttenberg & Ottonem Comitẽ de Strasberg, *ut unà ſecũ definiant ac pronuncient ſummam pecuniæ, quam* Imp. Albertus I *fratris ſui* Ducis Rudolphi *defuncti filio* IOANNI *debeat perſolvere.*

und Graf Ludwich von Ottingen, an ſeiner Majeſtät ſtat darumb ausſprechen, und die lebendigen an der abgeſtorbenen ſtat andere Spruchleute AVS DER HERTZOGEN FREVNDSCHAFT ſetzen. Datum Reinfelden unter dem Majeſtätiſchen Inſiegel und Handzeichen, primâ Junij A. 1283. Ut igitur ex hoc *abbreviato Diplomate*, quod, cùm primùm in manus meas pervenerit, alio poſthac tempore publicabo *integrum*, clarè & perſpicuè apparet, *Heinricum Comitem de Furſtenberg Imperatori Rudolpho I ejúſq; liberis propinquâ cognatione* fuiſſe conjunctum, ſic præterea ex eodem *Diplomate* colligi etiam poſſunt aliæ nonnullæ ſingulares notitiæ, circa quas in *Hiſtoriâ Auſtriacâ* temporum *Imp. Rudolphi I* à *Joanne Cuſpiniano, Wolfgango Lazio, Gerardo de Roo, Ponto Heutero*, & alijs recentioribus Scriptoribus non mediocriter erratum eſt; uti poſt integri iſtius *Diplomatis* adeptionem peculiari quadam Diſſertatione luculenter à me demonſtrabitur. Interim autem facere non poſſum, quin hâc occaſione obiter indicem atque corrigam graviſſimum quendam errorem *Joannis Villani*, antiqui & celebris Hiſtorici Florentini, qui A.C. 1348 obijt. Is enim in *Hiſtoriâ ſuâ Florentinâ, Italicè* conſcriptâ & *Venetijs* apud Bartolemæum Zanetti A. 1537 in folio editâ, *Auguſtiſſimam Domum Habsburgo-Auſtriacam* cum *Illuſtriſſima Domo Furſtenbergicâ* perperàm confundit, dum Libri ſeptimi capite 63tio *Imp. Rudolphum I* corruptè appellat *Ridolfo Conte di FURINBORGO*, & ſequenti capite 64to multo adhuc corruptiùs *Ridolfo Conte di FINBORGO*, vel, ut in ejuſdem Hiſtoriæ recentiori editione, *Florentiæ* apud Philippum & Jacobum Giunti A. 1587 in quarto impreſsâ, utroque jam citato loco legitur, *Ridolpho Conte di FURIMBORGO*. Veriſimillimum nempe videtur pro *Furinborgo, Finborgo* & *Furimborgo* legendum ibi eſſe *Fürſtenbergo*, miniméque dubium eſt, quin nomen hoc gentilitium DE FüRSTENBERG, quod *Imp. Rudolpho I* per ſupinam ignorantiam ibi attribuitur, in verum nomen gentilitium DE HABSBVRG mutandum ſit. Cauſam autem ita errandi præbuit partim ſuprà memorata *Cognatio* inter *Imp. Rudolphum I* & *Heinricum Comitem de Fürſtenberg*, quippe quam ipſe *Imp. Rudolphus* ſuprà exhibito *publico Diplomate Italis* notam fecit, partim verò jam memorati *Comitis de Furſtenberg Præfectura Romanolæ*, utpote ob quam *Joanni Villano* nomen *Furſtenbergicum* magis cognitũ fuit, quàm nomẽ *Habsburgicum*. Mira deniq; aut nova nemini videri debet mutatio nominis *Furſtenberg* in *Furmborg*, utpote cùm hujuſmodi erroribus, ob ignorantiã *Linguæ Germanicæ* & *Familiarũ Germanicarũ* circa *Nomina Perſonarũ* & *Locorũ* comiſſis, omnes ſcateant *Hiſtoriæ de Rebus Germanicis Italicè* & *Gallicè ſcriptæ*; ideóq; rectiùs facerent *Itali* & *Galli*, ſi vel à *Rebus Germanicis Italicè* & *Gallicè*

ſcribendis omninò abſtinerent, vel nõ priùs tale argumentũ aggrederentur, quàm accuratã *Germanicæ Linguæ* ſibi acquiſiviſſent notitiam, ejúſq; *rectè ſcribendæ* ac *pronunciandæ* eſſent callentiſſimi. Dum enim *Nomina Perſonarum* & *Locorum* temerè aut imperitè immutant, & ad *Linguam* ſuam atq; *pronunciationem Italicam* & *Gallicã* ineptè accommodant, peſſimè profectò de *Germaniâ* merentur, quippe cujus *Hiſtoriam* eo modo miſerè corrumpunt, obſcurant & contaminant.

ADDITAMENTUM IX,

pertinens ad Libri *primi* pag. 186 & 187, ubi ob *typorum defectum* omiſſi ſunt *Tituli* ſive *Inſcriptiones quinq; Codicum MStorum Orientalium*, quorum in *Petri à Valle ad Sebaſtianum Tengnagelium Epiſtolâ* fit mentio.

PRima lacuna, quæ extat pag. 186 verſ. 25, ſupplenda eſt hoc modo: *Geographia* مسالك ممالك, *& ipſa brevis admodũ,* &c. *Secunda lacuna,* quæ extat p. 187 verſ. 23, ſupplenda eſt hoc modo: *Lexicon Perſicum priſcarum vocum* فرس سروري *pretioſum eſt Volumen,* &c. *Tertia lacuna & quarta,* quæ extant pag. 187 verſ. 31, ſupplendæ ſunt hoc modo: *Eximia pariter utilitatis ſunt* قاموس *Arabicum &* كنز اللغات *Arabico-Perſicum Vocabularia*, &c. *Quinta* denique *lacuna,* quæ extat pag. 187 verſ. 36, ſupplenda eſt hoc modo: *Non minori commodo & oblectamento utor* مرقات *Arabico-Turcico ampliſſimo Dictionario*, &c. Ita videlicet *quinq;* iſti *Tituli* propriâ ipſius *Petri à Valle* manu ibi ſcripti ſunt, quemadmodum eos accuratiſſimè delineatos & ſummâ diligentiâ ex ære ſcalptos hîc exhibui. *Mantiſſæ* etiam loco itidem hîc ſubjungo *quatuor alias* ejuſdem Nobiliſſimi doctiſſimique *Petri à Valle Epiſtolas ad* eundem *Tengnagelium,* quas multiplicem ob cauſam publicâ luce digniſſimas eſſe cenſeo.

EPISTOLA PRIMA.

Illuſtriſſime & Ampliſſime Domine Tengnageli, Domine & Amice obſervande:

COmmentatiunculæ de Rege Perſarum, Italico ſermone à me nuper (1) *editæ, Amplitudini tuæ, ut ſpoponderam, duo volumina unâ cum hâc epiſtolâ Venetijs tranſmittenda mandavi: horum alterum perſpicaciſſimi tui judicij cenſuræ, quam plurimi faciam, pleno jure permitto; alterum rogo, ut Patri Scipioni Sgambato, amicorum optimo, cui & epiſtolam hîc adjunxi, meo nomine impertiri digneris. Opus inſpicies, Vir Clariſſime, rudi ac extemporali ſtylo paucis diebus tumultuariè congeſtum;*

(1) *Et quidem* Venetijs. *Vide Lib.* 1 *horũ Commentarior. pag.* 189.

ſtum; in quo tamen, ut eloquentiæ fucum non inconſultò neglexi, ita veritatis ſummâ religione ſectandæ ſtudium enixè ſum complexus. Cæterùm ſi tui ſimilibus arriſerit, benè actum eſt cum labore: ſin minùs, animum ad Reip. literariæ commoda propenſum gratum habeant, imbecillitatem verò meam humaniter ferant boni. Vale Vir Clariſſ. & me, ſicut ſoles, ama. Romæ quarto Kalendas Auguſti A. CIↃ IↃC XXVIII.

Illuſtr. Amplitudinis Tuæ addictiſſimus

Petrus à Valle Peregrinus.

Inſcriptio harum literarum externa:

Nobiliſſ. & Illuſtr. Domino Sebaſtiano Tengnagelio J. V. D., Sac. Cæſ. Majeſt. à Conſilijs & Bibliotheca Præfecto, Linguarũ Orientalium peritiâ, & omnis generis literarum culturâ celeberrimo Viro, Domino & Amico ſuo Obſervando. Viennam.

EPISTOLA SECVNDA.

Illuſtriſſime & Ampliſſime Domine Tengnageli, Domine & Amice obſervande:

Patris Sgambati literis admonitus de ærumnâ, quâ, Vir Clariſſime, premebaris ob interitum præſtantiſſimæ Conjugis, non ignarus tanti mali, quippe qui ſimilia paſſus, acerrimo hoc ictu jam diu fui perculſus, haud facilè explicare poſſem, ad tui mœroris nuncium quantopere indoluerim. Attamen commiſerationem hanc meam Amplitudini Tuæ ſignificare, nec non offenſum animum conſolatorijs verbis, ut fieri ſolet, mulcere, tàm citò operæ pretium non duxi, tùm ne infixum vulnus nimis celeri pertractatione recrudeſceret, tùm etiam quia ad illud leniendum medicaminum optima, non aliunde feliciùs peti poſſe, quàm ex copioſiſſimâ prudentiæ tuæ pharmacopœiâ, mihi perſuadebam. Sed tandem ne ſtudioſiſſimi clientis officio penitùs deeſſe viderer, ampliùs immorandum non cenſui, quin paucis his Nobilitati Tuæ me tanti doloris participem extitiſſe teſtarer. Scribendi anſam libenter arripui, nactâ præſertim occaſione adventûs in Cæſaris aulam Reverendiſſimi Nicephori Erovachiſij, Georgianorum apud Pontificem Oratoris, qui, ut in patriam tutiùs revertatur, ad effugiendas Turcarum moleſtias, per Germaniam, Poloniámq;, ac per Euxinum mare iter aggreditur. Optimus iſte Vir ex primatibus ſuæ gentis ortus, & à puero religioni addictus, Regis ſui nomine Pontificẽ adivit, illius benevolentiam atque erga ſacratiſſimam hanc Sedem obſervantiam, quod præſtitit, profeſſurus. Dignus erat certè, quem majoribus noſtri proſequerentur & honoribus & beneficijs, ut eo magis allicеretur illorum populorum voluntas; verùm hîc hodiè res ita ſe habent, ut aliò diſtractus Pontificis animus ad ſanctiſſimas has atque utiliſſimas cu-

ras ſe convertere nequeat. Defert ad Cæſarem commendatitias Pontificis literas; aſt ego, qui, ut optimè novit Pater Sgambatus, in hanc gentem valdè ſum propenſus, multiſq; devincior rationibus, ut illi pro viribus cupiam inſervire, exiſtimans me Domino Nicephoro non mediocriter profuturum, ſi illius negotijs humanitatem tuam opitulatricem adjunxero, ipſum idcircò benignitati tuæ etiam atque etiam commendo; quæ ut in omnes ſemper eſt profuſa, multò magis in hanc cauſam, quæ Chriſti cauſa eſt, profuſiſſimam fore, profectò non dubito. Vale, Vir Clariſſime, & à luctu tantiſper animum revoca, nec dilectæ Conjugis, quæ cœlo, ut ſpero, fruitur, felicitati hoc demas, ut ægrè te miſerum, & conſolationis expertem in terris adſpiciat. Romæ V Non. Decemb. A. CIↃ IↃCXXVIII.

Jlluſtriſſ. Amplitudini Tuæ addictiſſimus

Petrus à Valle Peregrinus.

EPISTOLA TERTIA.

Jlluſtriſſime ac Ampliſſime Domine (1) Tengnageli, Dñe & Amice obſervande:

(1) *Adſcripſit ei ibidē propriâ manu hæc verba:* Dn. Petri à Valle, Illuſtr. Romani, Epiſtola, qui unà cum Nobiliſſimo Domino Alberto à Schilling Sileſioto tum Orbem Orientalem peregrinando luſtravit.

Calamitates bellorum ac peſtis, quibus tot abhinc menſibus noſtra Italia premitur, & difficultas, quam propterea experimur in aſportatione literarum, ut tutò in longinquas perveniant regiones, negligentiæ meæ in ſcribendo hucuſque cauſam dedere. Veruntamen cùm his malis finem optemus potiùs, quàm videamus adventare, deſiderio tui commotus, Vir Clariſſime, ſilentium tandem rumpere decrevi, & hanc epiſtolam meliori quâ poſſum viâ, ut animi mei erga te propenſiſſimi ſtudium conſtantiſſimè teſtetur, ad te mittere; faxit Deus, ut ad manus tuas, quod exopto, perveniat, quamvis iter ſit facturа per tela, per hoſtes. Vellem aliquid, quod tibi jucundum eſſet, exarare; ſed quò me vertam, ambigo. De rebus Orientis, poſt mortem Abbàs Regis & ſucceſſionem in Imperium Perſarum nepotis ejus ex filio Soſi, ab ipſomet jam olim interfecto, cujus nomen, priori relicto, novo Regi idem Abbàs imponi juſſit, nihil aliud certi habemus. Rumor eſt modò de neſcio quâ victoriâ Turcarum: ſed illi, eo pacto, quo narrant, non facilè aſſentior. Turcas námq; cùm Babyloniæ metropolim Baghdàd civitatem jam diu obſeſſam minimè capere potuiſſent, illâ optimè munitâ in finibus deſpectâ, cum exercitu in intimas Perſarum regiones penetraſſe, ibique Perſas ingenti clade affeciſſe, haud credibile eſt; quidquid autem erit, tempus brevi aperiet. Quod ad literarias res attinet, Pentateuchum meum Samaritanum in Gallias amandavi, ubi illum R.P. Joannes Morinus Congregationis Oratorij Presbyter, Sacrarum Literarum non minùs ſtudioſiſſimus, quàm linguarum Orientalium peritiſſimus, unà cum verſione latinâ eſt editurus;

rus; quod opus eruditis omnibus apprimè charum ac perutile futurum ſpero. Epiſcopus Eſronita, qui Maronita eſt ac Dominicanæ Familiæ, adverſus Alcoranum, quæ egregiè ſcripſit, propediem proditurus eſt; eodem argumento, atque eâdem linguâ Arabicâ, P. Lomelinum Soc. Jeſu, neſcio quid præ manibus habere præſenſi. In quibuſdam alijs de Arte grammaticâ Arabum elaborat R.P.F. Thomas à Novariâ Ordinis Sancti Franciſci, nec non Grammaticam Ægyptiæ linguæ Arabicè ſcriptam, & Vocabularium Ægyptio-Arabicum, quos libros ipſe in Italiam primus adduxi, latino ſermone vertere, ac publico concedere meditatur: attamen nihil horum adhuc impreſſum eſt. Cùm primùm prodierint, curabo diligenter, ut illis quàm citiſſimè perfruaris; idem præſtiturus de Lucubratiunculis meis, ſi fortè aliqua earum aliquando lucem aſpiciet. Ex Oriente libros ampliùs aucupari poſſe penitùs deſpero; homines enim ibi non habemus ad hæc idoneos: quinimò duo, quos ipſe quæſiveram & illinc ante annum ad me miſiſſe ſcripſerant, nunquam pervenerunt. Apud Patres Carmelitas Diſcalceatos Romæ non paucos nec ignobilis ſortis eſſe certò ſcio, ipſis dono datos ab eruditiſſimo illo Viro, arctâq; mihi olim neceſſitudine conjuncto, Georgio Strachano Scoto, qui jampridem obijt in itinere, cùm ex Indiâ in Perſidem reverteretur: verùm Religioſi iſti erga ſecularis conditionis homines tàm parùm faciles ſunt, ut, quamvis me ſibi amiciſſimum prædicent, libros tamen illos ad hanc uſq; diem nec intueri potuerim. Pluribus te, Vir Nobiliſſime, faſtidire nolo; tantùm rogo, ut me diligas, & me tui perpetuò obſervantiſſimum fore pro certò habeas. Vale. Romæ ſeptimo Kal. Novemb. Anno ſalutis CIↃIↃCXXX.

Illuſtriſſ. Amplitudini Tuæ addictiſſimus

Petrus à Valle Peregrinus.

EPISTOLA QVARTA.

Illuſtriſſime & Ampliſſime Domine (1) *Tengnageli, Domine & Amice obſervandiſſime:*

DIu eſt, Vir Clariſſime, poſtquam diuturni bellorum motus, nec non diræ peſtilentiæ calamitates vias hinc & illinc intercludere cœperunt, quòd literas, uti ſolebam, ad te dare deſtiti; cùm & ipſe viciſſim nullas ab humanitate tuâ hac eadem tempeſtate accipere potuerim. Sed longum jam nimis ſilentium propemodum rumpere cupienti, ecce opportuna ſatis ſeſe obtulit occaſio; adventus nempe in Germaniam Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Nuncij Pontificij, & unà cum eo Generoſi Viri, mihiq; amiciſſimi Joannis Lucæ à Sancto Petro, per quem Tibi ſalutem non mittere nefas putavi. Rogavi hunc igitur ut haſce meas ad Te deferre minimè gravaretur, Teq; ut illum excipias tanquam mihi chariſſimum,

(1) *Adſcripſit is ibidē propriâ manu hæc verba:* Illuſtr. Dn. Petri de la Valle, Vrbani VIII PP. Camerarij, Epiſtola.

mum,

mum, & quod pluris eſt, Virum virtute præditum optimiſq; moribus imbutum, etiam atq; etiam efflagito. De rebus Italicis quæcunq; cupiveris, ab eodem facilè poteris reſcire, itidémq; de ſummâ animi mei erga Te propenſione, ac ardenti, quo flagro, deſiderio Tibi inſerviendi, quacunque in re operam Tibi meam præſto eſſe poſſe exiſtimaveris. Quapropter ne Te nimiùm legendo fatigem, hæc omnia lubens prætermitto, atq; ut illa ex viva amici voce percipere ne dedigneris, vehementer expoſco. Cæterùm cùm mihi delatum fuerit, doctiſſimum Virum Wilhelmum Schikardum, qui ſuperioribus annis Hebraicas literas Tubingæ, nî fallor, profitebatur, in Aulam Cæſaris ſe contuliſſe, ibiq; nunc verſari, ſi res ita ſe habet, ſummi beneficij loco ducam, ſi illum mihi amicum adjunxeris. Te enim ab ipſo, ut mereris, mirificè coli, ex lectione (1) Perſici Tarich, ab eodem Latinè redditi, jam pridem cognovi. Ego autem illum, ut Virum ſingularis ſanè eruditionis, Orientalium Linguarum peritiſſimum, ac demùm de bonis literis quaqua verſus optimè-meritum, quemadmodum pari ſtudiorum delectatione conjunctum, ita & neceſſitudinis ac benevolentiæ vinculo mihi obſtrictum apprimè exopto, Literas ad illum exaravi, quas Egregio Viro Lucæ Holſtenio, apud Eminentiſſimum Cardinalem Franciſcum Barberinum hîc Romæ degenti, ut ad eum tranſmittat, commendavi; utinam ad ipſius manus, ſicuti opto, perveniant! Tu interim, Ampliſſime atq; amantiſſime mi Tengnageli, me amare non deſinas, & ad votum vale. Romæ XVII Kal. Auguſti A. CIↃ IↃC XXXIV.

(1) *Vide* Librū primum *horū* Commentariorū *de* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ *pag.* 165, 166 & 167.

Ill.mæ Amplitudini Tuæ addictiſſimus

Petrus à Valle Peregrinus.

Hucuſque *quatuor* illæ *Petri à Valle Epiſtolæ* ad *Sebaſtianum Tengnagelium*; in (2) quibus præter alia complura obſervatu quoque digna eſt mentio R.P. *Scipionis Sgambati*, Neapolitani, Soc. Jesv Presbyteri, & SS. Theologiæ in Inclytâ Academiâ *Vindobonenſi* Profeſſoris doctiſſimi, qui cùm mirâ excellentiâ ingenij, vaſtiſſimâ capacitate memoriæ, & omnigenâ divinarum atq; humanarum rerum notitiâ inſigniter floruiſſet, tandem nimiâ ſtudiorum contentione defatigatus, incidit in amentiam, & A. 1652 d. 5 Februarij obijt. Huc etiam pertinent aliæ *duæ* ejuſdem *Petri à Valle* ad ipſum Patrem *Sgambatum Epiſtolæ Italicæ*, quarum exemplaria ab homine Italicæ linguæ imperito vitioſè & vix legibiliter deſcripta, non multo abhinc tempore inter incompactas *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* ſchedas miſcellaneas reperi. Earum *primâ*, quæ *Romæ* A. 1628 d. 26 Februarij data eſt, gratias agit jam memorato R.P. *Sgambato* de oblatâ ſibi occaſione contrahendæ amicitiæ cum *Sebaſtiano Tengnagelio*; ſimul etiam petit, ut *Codicum manuſcriptorum Orientalium Bibliothecæ ſuæ* Indi-

(2) *Vide ſuprà Epiſtolam* primam.

cem

cem manuſcriptum, ibidem incluſum, eidem *Tengnagelio* nomine ſuo offerat; & tandem conqueritur, quòd editio (1) *Hiſtoriæ* ſuæ *de Rege Perſarum Abbàs Romæ* à Cenſoribus libraris ſibi prohibita fuerit, quaſi Regem *non-Chriſtianum* in eâ nimiùm laudâſſet. *Secundâ* autem earundem duarum *Epiſtolarum Italicarum*, quæ *Romæ* A. 1629 d. 27 Octobris data eſt, commendat idem *Petrus à Valle* R. P. *Sgambato* quàm diligentiſſimè Nobiliſſimum Dominum (2) *Albertum de Schilling & Heinrichau*, natione *Sileſium*, ex ſecundo itinere *Perſico* in Germaniam reducem, tanquam *Perſiæ, Indiæ* aliarúmque Regionum orientalium exactiſſimum perluſtratorem, & *Aulæ* potiſſimùm *Conſtantinopolitanæ* ac *linguæ Turcicæ* peritiſſimum; ſimul etiam indicat, quòd idem Dominus *de Schilling* initiò quidem fuerit *Lutheranus*, in *Perſiâ* autem *Catholicam Fidem*, beneficio Chriſtianorũ *Catholicorũ* ibidẽ degentium, adeò ſolidè & conſtanter ſit amplexus, ut reverſus in Germaniam, licet à *Comite Palatino Rheni* ad *Legationem Conſtantinopolitanam* lautiſſimis conditionibus eſſet ſolicitatus, præ amore tamen Fidei Catholicæ noluerit ſervire Principi hæretico, ſed ſub hoc prætextu, quaſi *Regi Perſarum* reditum ſuum promiſiſſet, *ſecundùm* in *Perſiam* profectus ſit. Quod denique ad ſuprà memoratum *Indicem Codicum MStorum Orientalium* attinet, is, propriâ ipſius *Petri à Valle* manu exaratus, in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* etiam nunc adſervatur, & lubentiſſimè hîc à me publicaretur, niſi obſtaret defectus typorum orientalium.

(1) *Vide ſuprà Annotationem marginalẽ Epiſtolæ primæ, pag. 332.*

(2) *Vide ſuprà Annotationem marginalẽ Epiſtolæ tertiæ.*

ADDITAMENTUM X,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 360, ubi *Imp. Ludovicus Pius* ab *Ermoldo Nigello*, eorundem temporum Poetâ, vocatur CHRISTIANISSIMUS CÆSAR AUGUSTUS.

NOtatu digniſſimum eſt, titulum CHRISTIANISSIMI *Ludovico Pio* hîc non attribui tanquam *Regi Francorum*, ſed tanquam CÆSARI AUGUSTO, eâdemque ratione pag. 320 ejuſdem *Libri ſecundi* etiam *Carolum Magnum* in *Inſcriptione* antiquiſſimi Codicis Epiſtolarum, propriâ Ipſius curâ anno Chriſti *ſeptingenteſimo nonageſimo primo* collecti & exarati, non appellari CHRISTIANISSIMUM, ſed tantùm EXCELLENTISSIMUM ET A DEO ELECTUM REGEM FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIUM ROMANORUM; nempe quia demùm anno Chriſti *octingenteſimo*, & quidẽ ipſo *Natalis Dominici die*, *Romæ* à Papâ *Leone tertio Imperator Romanorum* declaratus eſt. Ut enim

SOLI IMPERATORES & REGES ROMANORVM, tanquam *Imperatorum C. Julij* CÆSARIS & *Octaviani* AVGVSTI legitimi Succeſſores, ſingulari quadam debiti juris prærogativâ CÆSARES & AVGVSTI appellandi ſunt, ſic quoque Iiſdem SOLIS, tanquam legitimis *Imp. Conſtantini Magni* Succeſſoribus, *Titulus* CHRISTIANISSIMI ſummo optimóque jure competit, & à *S. Eccleſiâ Catholicâ* velut *proprius* ac *peculiaris* attributus eſt; quemadmodum luce meridianâ clariùs apparet non ſolùm ex *Actis veterum Conciliorum* & *Scriptis Sanctorum Patrum*, verùm etiam ex *ſolennibus Precationum Eccleſiaſticarum formulis*. Quandoquidem autem mihi in præſens non vacat argumento huic illuſtrando diutiùs immorari, exhibeo hîc Viri Clariſſimi (1) *Henrici Bebelij Diſſertationẽ Apologeticam*, jam olim temporibus *Imp. Maximiliani I* de eodem argumento compoſitam, uti ea extat pag. 254, 255 & 256 *Tomi primi Scriptorum Rerum Germanicarum*, à *Simone Schardio* Juriſconſulto & Politico celeberrimo collectorum, & A. 1574 Baſileæ typis Henricpetrinis editorum quatuor Tomis in folio.

HENRICI BEBELII DISSERTATIO APOLOGETICA, QVOD IMPERATOR ROMANORVM JVRE SIT DICENDVS CHRISTIANISSIMVS.

QVod ego in ſcriptis meis Regem noſtrum MAXIMILIANVM (2) appellito CHRISTIANISSIMVM exemplo Divi (3) Ambroſij, & aliorum, qui IMPERATORES CHRISTIANISSIMOS ſcribunt, exemplo Romanæ Eccleſiæ, quæ in die Paraſceves (4), pro CÆSARE orans, dicit: PRO CHRISTIANISSIMO IMPERATORE ROMANORVM; (ita enim habent Libri ſacri tàm recentes, quàm vetuſti) ſunt, qui (5) minùs rectè factũ exiſtiment, quòd is Titulus jure quodam hæreditario peculiariter ſit REGIBVS FRANCORVM tributus, ut citra eorum injuriam nemo alius Rex ſibi vendicare poſſet. Quorum ſententiæ neq; ſuffragabor neq; accedo; quin imò IMPERATORI ROMANO jure meritiſſimo tribuendum contendo. Sive enim dignitatem, ſive merita conſideraverimus, Germanos Imperatores CHRISTIANISSIMOS vocabimus. Pri-

(1) *Vita ejus extat inter Vitas celebrium* Germanorum Philoſophorum, *&* Philologorum, *collectas à* Melchiore Adamo *& editas Heidelbergæ A.* 1615 *in* 8vo.

(2) *Nempe* Primum *ejus nominis.*

(3) *Nempe in Epiſtolâ ad* Imp. Gratianũ, *quæ* Libris quinq; de Fide *præfixa eſt, atq; incipit his verbis:* Beatiſſimo Auguſto Gratiano & CHRISTIANISSIMO Principi Ambroſius Epiſcopus. Nõ mihi affectus defuit, CHRISTIANISSIME PRINCIPVM; (nihil enim habeo, quod hoc verius & glorioſius dicam;) non, inquam, mihi affectus defuit, ſed effectũ verecundia retardavit, quo minùs Clementiæ Tuæ occurrerem: *&c.* (4) *Vide incorruptas* Miſſalis Romani *editiones Feriâ ſextâ Majoris Hebdomadæ in Paraſceve.* (5) *Vide* Roberti Cœnalis, *Epiſcopi Arboricenſis & Doctoris Theologi ordine atque origine Pariſini, Scriptoris præ* odio Gallico *in* S. Imperium Romano-Germanicum, in Auguſtiſſimam Domum Auſtriacam, *& in* totam Nationẽ Germanicam, *furibundi prorſus ac rabidi,* Hiſtoriam Gallicam, *in duos Libros diviſam, & A.* 1557 *Pariſijs apud Galeotum à Prato in folio editam, fol.* 65 *pag.* 1 *& fol.* 110 *pag.* 1. *Conſule inſuper etiam* Joannis Limnæi *Notitiam Regni Franciæ lib.* 2 *cap.* 6, *& aliorum Autorum ab eodem ibidem citatorum Teſtimonia.*

Primùm enim, cùm ROMANORVM REX ſit ſuper omnes Reges, atq; Eccleſiæ Chriſtianæ omnium conſenſu Advocatus, ut ita loquar, & Defenſor, ejus partes erunt, omnes Eccleſiæ Chriſti Status defendere, eóſq; in pace ac tranquillitate conſervare, univerſámq; Rempublicam Fidei, ut unicus & maximus Chriſtiani exercitûs Dux & Imperator pro viribus amplificare. Propterea enim à Chriſto gladium accepit. Quæ quidem Officia, cùm inprimis ad Chriſti laudem & gloriam ſpectent, non incongruenter, quin potiùs jure proprio, ROMANORVM REX titulũ ſibi CHRISTIANISSIMI aſſumere ac vendicare poteſt, quemadmodum Pontifex Romanus SANCTISSIMI appellationem ab Officio & Dignitate, cui præeſt, etiamſi opera ejus eſſent peſſima. Si autem merita inſpexerimus, ſoli Germani CHRISTIANISSIMI appellabuntur. Pipinus enim, Germanus & Francus Orientalis, ut nemo ſanus negat, primus meruit iſtũ titulum (1) à Stephano Secundo; qui ob egregiam virtutem, & inſignem amorem, quo Chriſti Eccleſiam eſt proſecutus, accepit & hunc Titulum, & Regnum Francorum Occidentalium, quos potiùs Francigenas appellabimus. Carolus poſteà Magnus, in quo & Succeſſoribus continuatus eſt is Titulus, quòd (2) Germanus & Francus Orientalis fuit, ideò conſenſu Romanæ Plebis atque approbatione S. Romanæ Eccleſiæ Imperium in perſonâ ejus, utpote Germani, fuit translatum in Germanos, non autem in Gallos Francigenas. Quòd ſi ex hoc CHRISTIANISSIMVS fuiſſet dictus, vel quòd Francigena eſſet, vel Francigenæ tàm bene meriti de Republicâ Chriſtianâ fuiſſent, Imperium non in Francos Germanos, ſed Francigenas eſſet tranſlatum, quod nemo dicere poteſt. Carolus inſuper dictus eſt CHRISTIANISSIMVS IMPERATOR, non CHRISTIANISSIMVS REX FRANCIGENARVM. Hoc ejus Sepulchrum declarat cum tali inſcriptione: Caroli Magni, CHRISTIANISSIMI IM-

(1) *Ita hîc ſine dubio ſcripſit* Bebelius, *nẽpe à* STEPHANO *Secundo, nõ autem, ut in editione Baſileenſi perperàm legitur, ab* VRBANO Secundo. Stephanus *enim* Secundus *obiit A. C.* 757 *regnante in Franciâ* Pipino, Vrbanus *autem* Secundus *obiſt A. C. 1099 ſub* Imp. Henrico IVto. *Exempla Epiſtolarum Papæ* Stephani II, *quæ in ſuprà citato* Imp. Caroli Magni Codice Epiſtolari *etiamnunc extant, incipiunt his verbis:* Domno Excellentiſſimo Filio & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Stephanus Papa. *Titulus autem* Chriſtianiſſimi *uſurpatur ibidem in ipſo Epiſtolæ* ſextæ *contextu ad hunc modum:* Iam credimus CHRISTIANISSIME & Excellentiſſime Fili & ſpiritalis Compater, omnia Nobilitati Tuæ eſſe cognita, *&c.* *Eundem quoque Titulum* Chriſtianiſſimi *tribuit eidem* Pipino, *nondum* Regi Francorum, *ſed tantùm* Majori Domûs, *Papa* Zacharias, Stephani II *proximus antéceſſor, ut videre eſt ex ejuſdem* Codicis Carolini *Epiſtolâ* quintâ, *quæ incipit his verbis:* Domno Excellentiſſimo atq; CHRISTIANISSIMO Pippino Majori Domûs. *Extat etiam in eodem Codice Papæ* Gregorij Tertij, *qui* Zachariam *proximè præceſſit, Epiſtola ad* Carolum Martellum, Majorem Domûs, *Patrémq; Regis* Pipini *&* *Avum* Imp. Caroli Magni. *quæ incipit his verbis:* Domno Excellentiſſimo Filio Carolo Subregulo Gregorius Papa. *In ipſo autem Epiſtolæ contextu, tribuitur quoque eidem Titulus* Chriſtianiſſimi *hoc modo:* Tamen ut rei veritas Vobis declaretur, CHRISTIANISSIME Fili, jubeas *&c.* *Notandum itaq; hîc eſt,* Carolo Martello *&* Pipino *Titulum* Chriſtianiſſimi *à Pontificibus Romanis non fuiſſe tributum, niſi ob* defectum Imperatorum Romanorum Occidentalium, *quem jam memorati* duo Principes, *& deinceps etiam ipſe* Carolus Magnus, *tanquam* Patricij Romanorum, *vicariâ S. Sedis Apoſtolicæ contra* Langobardos *defenſione piiſſimè fortiſſiméque ſuppleverunt.* (2) *Vide Librum* ſecundum *horum Commentar. pag. 263, 264, 415 & deinceps, ubi de* Imp. Caroli Magni Sermone Patrio, *quem ſine ullâ controverſiâ* Theotiſcum, *ſive* Germanicum *fuiſſe conſtat, ſatis prolixè agitur.*

IMPERATORIS ROMANORUM, corpus ſub hoc ſepulchro conditum eſt. Quare Francorum Orientalium Reges, qui fuerunt Natione & Imperio Germani, habebantq; ſub ſe Regnum Francigenatum, illi ſuâ virtute Imperium Germanis meruerunt; Titulóque CHRISTIANISSIMI decorati ſunt ob admirandam ipſorum Religionem, Eccleſiæque Chriſtianæ propagationem, quod nemo de Francigenis & Gallis dicere poteſt. Poſt ſtirpem autem Carolinam, quæ ut dixi Germana fuit, cùm jam Francia Occidentalis ab Orientali Imperióque Germanico eſſet diviſa, comparemus Geſta Germanorum Principum atque Imperatorum cum Gallis cunctiſque Europæis Regibus, & nemo nō dicet Germanos eſſe CHRISTIANISSIMOS. Nam ſi parvo aliquo volumine enarrare poſſem, quâ diligentiâ & reverentiâ Noſtrates Imperatores ſint Divinũ Cultũ proſecuti, ſi Fidẽ Chriſti dilatatã, Regnáq; & Populos ad Fidem per eos revocatos atq; converſos, ſi Donationes & Privilegia Romanæ Eccleſiæ liberaliter collata, ſi item enumerare vellem conſtructiones & reparationes multorum Monaſteriorum & Sacrarum Ædium, Donationéſq; & Privilegia commemorarem, intelligerent omnes homines nullam eſſe ſub Cœlo Gentem, quæ poſſet ullâ ex parte cũ noſtris comparari; ſed quia hoc (1) Lupoldus Bebenburgius luculenter tradidit, non eſt in præſentiâ opus, ut plura dicam. Quis inſuper unquam egregiam aliquam Expeditionem contra infideles proferet, in quâ Germani copioſiſſimo non affuerint Exercitu, clariſſimiſq; virtutibus enituerint? Teſtatur hoc militia Germanorum ſub Henrico Quinto, dùm Gotfridus, cum fratribus Germanus & Francus Orientalis, Comes Bulionis natus, & poſteà Dux noſtratium Lotharingorum, cum Germanis Sacrum Sepulchrum à manibus infidelium eripuit, Regnúmq; Hie-

(1) Is eſt Lupoldus ſive Leopoldus, Baro de Bebenburg, vigeſimus ſeptimus Epiſcopus Babenbergenſis ſive Bambergenſis, qui A.C. 1352 electus eſt, & A. 1363 obijt; ut teſtantur Guilielmus Eiſengreinius in Catalogo Teſtium Veritatis & Gaſpar Bruſchius in Catalogo Epiſcoporum Bambergenſium. Quòd autem Joannes Trithemius in Catalogo Illuſtrium Virorum Germaniæ ſcribit, Lupoldum de Bebenburg floruiſſe A.C. 1340 ſub Papâ Benedicto XII & Imp. Ludovico Bavaro, id non de tempore adminiſtrationis Epiſcopatûs, ut Heinricus Pantaleon Parte ſecundâ Proſographiæ Illuſtrium Virorum Germaniæ falsò refert, ſed de tempore ante electionem ejus in Epiſcopum Bambergenſem intelligendum eſt. Tunc enim, tùm, ut ipſe teſtatur, tantùm adhuc eſſet Decretorum Doctor, ſcripſit atque edidit Tractatum de Sacri Imperij & Regni Romanorum Juribus; ut & alterum illud inſigne Opuſculum de Zelo Catholicæ Fidei veterum Principum Germanorum, cujus Henricus Bebelius in hac ſuâ Diſſertatione de Titulo CHRISTIANISSIMI cum laude meminit. Uterque jam memoratus Libellus extat conjunctim in Simonis Schardij Syntagmate variorum veterum Tractatuum de Juriſdictione, Autoritate & Præeminentiâ Imperiali, primùm quidem Baſileæ typis Ioannis Oporini A. 1566, deinde verò Argentorati apud Lazarũ Zetznerũ A. 1609 edito in folio. Falsò autẽ in utrâq; editione pro Lupoldus de Bebenburg legitur Lupoldus de Babenberg. Multo etiã corruptiùs appellatur idẽ Autor à Gerardo Joanne Voſſio lib 2 de Hiſtor. Lat. cap. 57 Ludolphus Bebenbeegius; ab Eiſengreinio autem & Bruſchio æquè perperàm nuncupatur Ludovicus, eundémq; errorem etiam Gabriel Bucelinus in Germaniâ ſuâ Sacrâ Catalogo Epiſcoporũ Bambergenſiũ inſeruit. Quod de-cætero ad Libelli de Zelo Catholicæ Fidei veterum Germaniæ Principum ſeparatas editiones impreſſas attinet, inter eas, quas in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ hactenùs reperi, antiquiſſima eſt illa, quæ A.C. 1497 Baſileæ typis Ioannis Bergmanni in folio impreſſa eſt cum Sebaſtiani Brant Carmine dedicatorio ad Joannem Dalburgium Epiſcopum Wormatienſem, & cum Jacobi Wimpfelingij Sletſtatini Præfatione proſaicâ ad jam memorati Epiſcopi fratrem, Fridericum Camerarium de Dalburg, Equitem auratum.

Hieroſolymitanum conſecutus eſt glorioſiſſimè; non tamen negabo, eo tempore & alios etiam Francos ſtrenuè pro Fide decertâſſe. Quòd ſi nunc commemorare vellem, quid egerit pro Fide Chriſtianâ Conradus Secundus, Fridericus Primus Ænobarbus, Henricus Sextus per Fratrem & Duces ſuos, itèmq; alij, ut ſuo tempore copioſiùs ſcribam, nimis longum eſſet, & ſuperfluum, dùm nemo, cui pauca Hiſtoria ſunt cognita, ignoret; adeò ut nullo unquam tempore ſicut nec hodiè Religione & meritis in Fidem Chriſti cedere Francigenis jure debeamus. Quare jure tàm dignitatis, quàm meritorum GERMANI IMPERATORES CHRISTIANISSIMI dici debent. Sed quòd ad nos uſq; ſingulariter REGES FRANCORVM ità honeſtati ſunt, credo ſolam illam eſſe conſuetudinem, quæ in Stirpe Carolinâ inolevit, & quandam incuriam Imperatorum quorundam, qui, quod ſuum eſt, ut alijs in rebus multis, ſibi vendicare non ſtuduerunt; ego autem, quod jure fieri debere, & quod MAXIMILIANVM CÆSAREM non neglecturum exiſtimo, pronunciandum putavi. Dimitto autem illam cauſam, quam hodiè quidã ſuis Libris complexi ſunt, quòd Reges Franciæ recentiores, (1) Carolus Strumoſus, de quo antè dixi, & (2) Ludovicus, qui nunc imperat, ſuis conjugijs non parùm CHRISTIANISSIMI Nomen obtenebraverint. Nã, ut de Carolo taceã, cujus (3) factum nunquam ſine dolore meminiſſe poſſum, nónne Ludovicus ille Aurelianus, (contra præceptum illud Chriſtianum: Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet;) cujus antè habuit ſororem, hâc dimiſſâ atq; repudiatâ, illius mortui duxit uxorem, quod vix uſquam auditum eſt apud Chriſtianos. Quæ ego non in detractionẽ loquor, quoniã manifeſtaria ſunt, & (4) Robertus ipſe tetigit, & diſpenſatione Apoſtolicâ excuſavit; quam ego nec vitupero, nec negabo, mallem tamen ſine diſpenſatione non peccare; ſed ideò dicenda putavi, ut intelligant homines, ſive vetera tempora repetemus, ſive illa recentia, me jure ſcripſiſſe MAXIMILIANVM CHRISTIANISSIMVM tàm Dignitate, quàm Meritis, quòd omnium confeſſione præter alias virtutes maximas, Vitæ Innocentiâ atq; Religione non ſolùm hodiè vix habeat inter Reges ſecundum, ſed poſſit etiãcum omni Antiquitate in omni genere Virtutũ & Gloriæ conferri.

(1) *Intelligitur hoc loco Rex Galliæ* Carolus *ejus nominis* Octavus, *qui A. C.* 1483 *cœpit regnare, & A.* 1498 *obijt.*

(2) *Intelligitur hoc loco Rex Galliæ* Ludovicus *ejus nominis* Duodecimus, *qui A. C.* 1498 *cœpit regnare, & Calendis Ianuarij A.* 1515 *obijt.*

(3) *Intelligitur hîc nefandum facinus Regis Galliæ* Caroli Octavi, *qui* Imp. Maximiliano I *filiam ipſius* Margaritam, *quam in Galliâ apud ſe jam diu habuerat* Sponſam, *ignominioſè remiſit domum, & vice versâ* Annam *Britanniæ Minoris unicam hæredem, cum quâ idem* Imp. Maximilianus *per* Legatos *ſuos ſolenniter jam contraxerat & celebraverat matrimonium, contra datam fidem publicam fraudulenter in itinere intercepit, raptámq; coegit ſibi nubere.* (4) *Intelligitur hoc loco* Robertus Gaguinus, *qui Capite ſecundo Libri undecimi Hiſtoriæ Franco-Gallicæ de Regis* Ludovici XIImi *facto, quod à* Bebelio *obiter hîc memoratur, ſic ſcribit:* Secundùm hunc, (*nempe Regem Carolum Octavum,*) quoniam ſine liberis deceſſerat, Ludovicus Aurelianorum & Valeſij Dux, Mariâ Clivienſi matre natus, qui quarto ſtirpis gradu Carolum contingebat, dum Bleſi agit, Rex aſſumitur, ſtatimq;, ſepulto Carolo, Remis inungitur. Mox JVDICIO ECCLESIÆ dimiſsâ Joannâ, quam uxorem Ludovici metu, cùm gibboſa deformiter eſſet, invitus duxerat, Annam Caroli relictam ſibi copulavit, dato Joannæ in partem ſucceſſionis Biturigum Ducatu.

ADDITAMENTUM XI,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 463, 805 & 988, ubi agitur de *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea duobus Codicibus MStis, Joannis Trithemij, Spanheimenſis* primò, deinde autem *S. Jacobi* apud *Herbipolim* Abbatis, *Polygraphiæ Libros ſex* & *Librum octo Quæſtionum* continentibus, qui, ut luce meridianâ clarius liquet, illi ipſi ſunt, quos PROPRIA MANU exaratos, *Imp. Maximiliano I* obtulit.

EXtant quoque in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* nonnulla alia JOANNIS TRITHEMII *Monumenta* AUTOGRAPHA, ex quibus ſpeciminis loco hîc publico *Epiſtolam* quandam ad *Petrum Abbatem Monaſterij in Amorbach*, ſive *Amerbach*, quæ inter *Epiſtolas*, cum *Operibus* ejuſdem *Hiſtoricis* Francofurti typis Wechelianis A. 1601 in folio impreſſas, non reperitur, varias tamen ob cauſas lectu & conſervatu eſt digniſſima. Ea eſt hæc:

Salutem & veram in Domino charitatem:

QVoniam in multis ſum plurimùm occupatus, ad inquiſitionès tuas, Pater Venerande, breviùs, quàm tuæ cogitationes voluerunt, compellor reſpondere. Ad primum itaq;, quo Monaſterium (1) *Schutteranum dicis ab Offone quodam Anglo te legiſſe fundatum, reſpondeo eam me non latuiſſe opinionem. Dicunt enim Schutterenſes ipſum Offonem de Angliâ Romam petiiſſe ſub Gregorio Papâ Magno, & in reditu fundaſſe Cœnobium; ſed hoc falſum Sigebertus redarguit in Chronicis, ſic dicens: Anno Domini DCCVII ſub Conſtantino Papâ Coreth & Opho Reges Anglorum Romam veniunt, ibiq; in monachos attonſi, Regi regum militaverunt. Ita Sigebertus. Gregorius autem Papa Magnus priùs obierat* (2) *anno Domini DCV. Vides ne quòd opinator in duobus & centum annis erravit. Sanctus autem* (3) *Pirminius, ut antehàc ſcripſi, circa Dominicæ Nativitatis annum DCCXXXIV Monaſterium Schutterenſe fundavit, quod ut clariùs tibi pateſcat, unum his interſerui Capitulū ex antiquiſſimo Libello vitæ ejus, ita exordiens, poſtquam Augienſis Monaſterij fundationem ab eo factam præmiſerat: Iſte, inquit, locus, de quo imperitis aſſertionibus aliquid narrando perſtrinximus, primus eſt, in quo Vir Sanctus Pirminius agonem ſuum poſt Epiſcopatum* (4) *proprium Deo & hominibus devotiſſimè monſtrare cœpit: poſteà verò cum Dei timore & ſtudio bono decem ordinavit Monaſteria; quorum tamen nomina aliquanta nobis ſunt incognita, quædam verò*

(1) *Vide ejuſdem* Trithemij Compendium *ſive* Breviarium Annaliū, *ubi agitur* de Theodorico, *Rege Francorum ſexageſimo, pag* 60 & 61 *ſuprà memoratæ editionis Wechelianæ. atq; inſuper conſule ejuſdem* Chronicō Monaſterij Hirſaugienſis *ad annum Chriſti* 1002, *pag.* 45 *ejuſdem editionis; ſed ibi pro* Offo *mendoſè legitur* Otto. (2) *Immò A. C.* 604 *d.* 12 *Martij.* (3) *Vide Cardinal.* Baronij *Notas ad Martyrologij Romani diem tertium Novembris, ubi vocatur* Pirminus. (4) *Nempe* Meidenſem *in Galliâ ad Matronam fluvium.*

verò nota. In tribus tamen Regnis, (1) *Franciâ ſcilicet noſtrâ Orientali, Bavariâ atque Alemaniâ liquidò novimus eſſe conſtructa; & pòſt pauca: quorum verò prædictorum Monaſteriorum nomina novimus, hæc ſunt: Altha, Schutera, Schwartzacha, Morbach, Gengenbach, Moresmünſter, & Neuwiler; aliorum verò vocabula certè non ſcimus. Vſq; huc ex Vitâ ejus, cui plùs fidei tribuo, quàm opinionibus in contrarium allegatis quibuſcunq;. Ad ſecundum dico, non mirandum, ſi de his rebus nihil ſcripſerunt Italiæ Galliæq; Auctores; quia ſua ſtudioſiſſimè proſecuti, Germanorum memoratu digna ſemper quaſi ex conditio ſpreverunt. Ad tertium reſpondeo, propter brevitatem temporis Vitam S. Pirminij hâc vice dare ad reſcribendum non potuiſſe; curabo tamen, quàm citò quivero, ut eâ potiaris. Ad quartum, ex quibus id habeam Annalibus, quod de fundatione Monaſterij tui Amorbach, & Sluchtera id eſt ſolitaria, & quibuſdam alijs per Divum Pirminium; quæ in ejus vitâ non habentur, pridem ad te ſcripſi, ſimiliter & de Sancto Amore primo Abbate, reſpondeo, quod ex* (2) *Megenfrido Chronographo Fuldenſi monacho, qui fundationes & Abbates penè omnium Cœnobiorum noſtri Ordinis in Germaniâ, qui ipſum præceſſerunt, ſatis diffusè conſcripſit. Is dicit Beatum Amorem Sancti Pirminij diſcipulum, ab ipſo primum Abbatem in tuo Cœnobio inſtitutum, annis præfuiſſe tribus & quadraginta, multiſq; coruſcâſſe miraculis, & nomen indidiſſe loco, Pirminiúmq; ex diſcipulis Sancti Mauri extitiſſe; de quibus tamen in ejus Vitâ nihil habetur. Ad quintum, dico Cœnobium tuum quinque habuiſſe fundatores, S. videlicet Pirminium Epiſcopum Meldenſem, S. Bonifacium Epiſcopum Moguntinenſem, Carolum Martellum Majorem Domûs Regni Francorum, Pippinum ejus filium poſteà Regem Magniq; Caroli patrem, & Ruthardum Comitem in Franckenberg, ad cujus proprietatem fundus ipſe pertinebat, in quo Monaſterium dignoſcitur eſſe conſtructum. Caſtellum verò ejus Franckenberg longè poſteà anno Domini M CXLVIII, tunc ſpelunca latronum, deficientibus Comitibus per Fridericum Imperatorem fuit deſtructum, & mons Eccleſiæ Herbipolenſi donatus. Megenfridus, Chronographus inſignis & ſolidus, claruit in Monaſterio Fuldenſi* (3) *Anno Domini DCCCCXC. Sigebertus autem monachus Gemblacenſis claruit anno Domini M CX. En habes ad inquiſita reſponſum, quale breve poterit dare tempus. Vale, & Deum ora pro nobis; XXIII die Martij MDXV.*

Joannes Tritemius Abbas
S. Jacobi Herbipolis.

Inſcriptio harum literarum externa:

Reverendo in Chriſto Patri Domino Petro Abbati Monaſterij in Amorbach, Amico venerando.

(1) Francia Oriétalis *pro* Franconia.

(2) *Vide ejuſdem* Trithemij *Chronicon Monaſterij Hirſaugienſis ad an. Chriſti* 1010; *item* Ger. Joan. Voſſ. *de Hiſt. Lat. lib.* 2, *cap.* 42, & R. P. Chriſtoph. Broweri *Antiquitat. Fuldenſ. lib.* 1 *cap.* 14.

(3) *In* Chronico *autem* Monaſterij Hirſaugienſis *refertur idem* Megenfridus *ab* eodē Trithemio *ad annū Chriſti* 1010.

AD-

ADDITAMENTVM XII,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 571 & Libri *tertij* pag. 54, ubi agitur de *pervetuſtâ Imagine S. Lucæ Evangeliſtæ, Acta Apoſtolorum ſuper genua in volumine exarantis.*

PRæter antiquum ſuper genua & in volumine ſcribendi modum, notabilis etiam eſt in eâdem Pictura *Adtonſio capitis S. Lucæ Evangeliſtæ* ſive *Corona* ejuſdem *Clericalis & Monaſtica:* cujus originem & antiquitatem, inde ab ipſo Servatore noſtro *Chriſto* & Principe Apoſtolorum ejus *S. Petro* derivatam, bonâ fide pertractavit R. P. *Proſper Stellartius,* Ordinis S. Auguſtini per Germaniam Inferiorem Viſitator primarius, libro *tertio* ſive ultimo eruditi Opuſculi *de Coronis & Tonſuris Paganorum, Judæorum & Chriſtianorum,* quod Duaci typis Baltazaris Belieri A. 1625 in 8vo edidit.

ADDITAMENTVM XIII,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 597, 598 & 599, ubi recenſentur *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ quatuor antiqui Codices manuſcripti Græci, qui, præter vetuſtiſſimum Julianæ Aniciæ Codicem, adornandæ novæ Dioſcoridis editioni poſſunt inſervire.*

QVintus Codex MStus, qui, præter vetuſtiſſimum *Julianæ Aniciæ* Codicē, adornandæ novæ *Dioſcoridis* editioni poteſt inſervire, eſt *chartaceus antiquus & elegans in folio,* & inter MStos Codices Medicos Græcos, nullo adhuc certo numero notatos, locum ſuum obtinet. Pertinuit is olim ad *Petrum Victorium Florentinum,* doctiſſimum celeberrimúmque Philoſophum ac Philologum, & A. C. 1570 ab illo *Florentiâ* miſſus eſt ad *Joannem Sambucum;* poſteà autem quâ neſcio ratione pervenit in poteſtatem *Sebaſtiani Tengnagelij,* & denique poſt illius mortem in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream,* Conſtat nunc *quadraginta ſex* folijs, continétque *Dioſcoridis de Materiâ Medicâ Librum primum & Libri ſecundi capita priora viginti ſex,* cum anonymi cujuſdam Autoris *antiquis Græcis Scholijs marginalibus.* Huc inſuper accedunt *Variantes Lectiones ex duobus vetuſtis Codicibus MStis Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Beſſarionis* & ex *tertio* quodam *Nicolai Leonici,* quæ propriâ *Petri Victorij* manu itidem in margine adſcriptæ ſunt. Is enim *quatuor* illos Codices MStos diligentiſſimè accuratiſſiméque inter ſe contulit.

ADDITAMENTVM XIV,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 960 & 961, ubi fit mentio *Societatis cum Stolâ candidâ, Canthar o florali & Gryphe, inſtituta ab Alphonſo Rege Arragoniæ in honorem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ.*

Confirmationis & illuſtrationis eorum causâ, quæ proximè præcedenti Libro de jam memoratâ *Societate* ſeu *Ordine Temperantiæ* tradita ſunt, exhibeo hîc *Diploma Imp. Friderici*, vulgò *Tertij*, reverà autem *Quinti*, datum *Brunnæ* in *Moraviâ* A.C. 1459, per quod Nobiliſſimus Dominus *Nicolaus de Lobkowitz* cum Vxore ſuâ *Sophiâ de Zerotin* ejuſdem *Societatis Regiæ* conſors atque particeps declaratus eſt.

FRIDERICVS, Divinâ favente Clementiâ, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c Rex, ac Auſtriæ, Stiriæ, Karinthiæ & Carniolæ Dux, Comêſque Tirolis, &c, Nobilibus noſtris & Imperij Sacri Fidelibus dilectis NICOLAO DE LOBKOWITZ & SOPHIÆ DE ZEROTIN ejus Vxori legitimæ gratiam Cæſaream & omne bonum. Integerrimus veſtrarum devotionum affectus, quem ad Nos & Sacrum Romanum geritis Imperium, veſtrarûmq; probitatis & virtutum merita, quibus coram Celſitudine Noſtrâ multipliciter commendamini, Nos inducunt, ut Perſonas veſtras gratioſis proſequamur favoribus, atq; ſpecialibus (1) *Inſignijs decoremus. Te igitur præfatum NICOLAVM, & ob tuarum virtutum merita etiam SOPHIAM Vxorem tuam legitimam in* (2) *confratres Societatis atq;* (3) *Ampriſiæ Stolæ videlicet albæ cum tribus Lilijs* (4) *cantro impoſitis, nec non* (5) *Tarce ejuſdem, &* (6) *Gryphone ejdem appendente, quam cum quondam Sereniſſimo Principe Alfonſo Aragonum &c. Rege, Fratre noſtro cariſſimo, ad honorem & gloriam glorioſiſſimæ ac intemeratæ Virginis MARIÆ in vigilijs ac diebus ſuis ſolennibus, nec non ſabbatinis noctibus, deferre ſolebamus, & hodiè deferimus, Autoritate Noſtra, quâ in hac parte fungimur, præſtito Nobis priùs à Te NICOLAO tuo & tuæ Vxoris nomine juramento de ſervandis ſingulis punctis & articulis, in Capitulis dictæ Ampriſiæ contentis, recepimus recipimúſque, & in ſignum majoris veſtrorum honoris atq; nobilitatis Vos cum eiſdem decoramus & adornamus per præſentes gratioſè; volentes atque decernentes, quòd Vos ex nunc in anteà dictam Ampriſiam ſingulis diebus, in Capitulis Ampriſiæ hujuſmodi inſtitutis,* ad

(1) Inſignijs *barbarè pro* Inſignibus.
(2) Confrater *barbarè pro* Collega *ſeu* Socio.
(3) Ampriſia *pro* Emblemate *vel* Symbolo *vox eſt latino barbara ex Gallicâ* Empriſe, *pro quâ Itali dicunt* Impreſa.

(4) Cantro *barbarè pro* cantharo. (5) Tarce *pro* Clypeo *vox latino barbara ex gallicâ* Targe, *de quâ vide V.CL.* Ægidij Menagij *Origines Linguæ Gallicæ lit.* T. (6) Grypho *barbare pro* Gryps *ſeu* Gryphus.

ad laudem Beatæ Virginis MARIÆ veſtrorúmque honorem Nobiſcum ubiq; locorũ deferre, & eâdẽ uti & gaudere debeatis & valeatis, quemadmodum alij de Societate dictæ Amprisiæ ipſam deferre ſolent, impedimentis quibuſcunque procul motis præſentium ſub Noſtræ Imperialis Majeſtatis Sigilli teſtimonio literarum. Datum Brunnæ die quartâ menſis Auguſti anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono, Regnorum noſtrorum Romani viceſimo, Imperij octavo, Hungariæ verò primo.

Ad mandatum proprium Domini Imperatoris.

(1) *Vlricus Welzli Cancellarius.*

(1) *Vide* Bernhardi à Mallincrot, *Decani Monaſterienſis, Tractatum de Archicancellarijs S. Romani Imperij & Cancellarijs Imperialis Aulæ; quippe ubi hujus* Vlrici Welzli *fit mentio pag.* 101.

ADDITAMENTVM XV.

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 984, ubi agitur de *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codice manuſcripto Philologico Latino* inter Codices MStos *Ambraſianos* CCCCLVIto, quo continentur *Bartolemæi Amantij*, Eloquentiæ & Poeſeos in Academiâ Ingolſtadienſi Profeſſoris ordinarij, *Scholia* in libros *Epiſtolarum familiarium M. Tullij Ciceronis*, à *Chriſtophoro Wehingero* A. 1532, excepta & conſcripta, aliæq; multæ *Annotationes miſcellæ*, & inter eas quoq; TESTAMENTVM ASINI.

QVandoquidem intellexi, quoſdam malevolos Catones, non ſolùm in malam accepiſſe partem, verùm etiam maximo vitio mihi vertiſſe, quòd TESTAMENTVM ASINI, in ſuprà memorato *Codice manuſcripto Ambraſiano* à me repertum, horum *de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum Libro ſecundo* integrum inſeruerim, lubet nunc mihi delicatiſſimi iſtius faſtidij mitigandi causâ in Appendice Libri *tertij* exhibere vetuſtiſſimum illud TESTAMENTVM PORCI, ad cujus imitationem recentius illud *Aſininum* indubiè compoſitum eſt. Hoc igitur eſt tale:

M. GRVNNIVS COROCOTTA PORCELLVS TESTAMENTVM FECI;
QVOD QVONIAM MANV MEA SCRIBERE NON POTVI, SCRIBENDVM DICTAVI:

*MAGIRVS COCVS DIXIT: VENI HVC EVERSOR DOMI, SOLIVERSOR, FVGITIVE PORCELLE; EGO HODIE TIBI VITAM ADIMO. COROCOTTA PORCELLVS DIXIT: SI QVA FECI, SI QVA PECCAVI, SI QVA VASCVLA PEDIBVS MEIS CONFREGI, ROGO DOMINE COCE, VENIAM PETO

PETO, ROGANTI CONCEDE. MAGIRVS COCVS DIXIT: TRANSI PVER, ADFER MIHI DE CVLINA CVLTRVM, VT HVNC PORCELLVM FACIAM CRVENTVM. PORCELLVS COMPREHENDITVR A FAMVLIS, DVCTVS SVB DIE XVI KAL. LVCERNINAS, VBI ABVNDANT CYMÆ, CLIBANATO ET PIPERATO CONSVLIBVS; ET VT VIDIT SE MORITVRVM ESSE, HORÆ SPATIVM PETIIT, COCVM ROGAVIT, VT TESTAMENTVM FACERE POSSET. INCLAMAVIT AD SE SVOS PARENTES, VT DE CIBARIIS SVIS ALIQVID DIMITTERET EIS; QVI AIT: PATRI MEO VERRINO LARDINO DO LEGO DARI GLANDIS MODIOS XXX, ET MATRI MEÆ VETVRINÆ SCROFÆ DO LEGO DARI LACONICÆ SILIGINIS MODIOS XL, ET SORORI MEÆ QVIRINÆ, IN CVIVS VOTVM INTERESSE NON POTVI, DO LEGO DARI HORDEI MODIOS XXX, ET DE MEIS VISCERIBVS DABO DONABO SVTORIBVS SETAS RIXATORIBVS CAPITINAS, SVRDIS AVRICVLAS, CAVSIDICIS ET VERBOSIS LINGVAM, BVBVLARIIS INTESTINA, ISICIARIIS FEMORA, MVLIERIBVS LVMBVLOS, PVERIS VESICAM, PVELLIS CAVDAM, CINÆDIS MVSCVLOS, CVRSORIBVS ET VENATORIBVS TALOS, LATRONIBVS VNGVLAS, ET NEC NOMINANDO COCO DO, LEGO AC DIMITTO POPAM ET PISTILLVM, QVÆ MECVM DETVLERAM A QVERCETO VSQVE AD HARAM; LIGET SIBI COLLVM DE RESTE. VOLO MIHI FIERI MONVMENTVM EX LITERIS AVREIS SCRIPTVM: M. GRVNNIVS COROCOTTA PORCELLVS VIXIT ANNOS DCCCCXCVIIII, QVOD SI SEMIS VIXISSET, MILLE ANNOS IMPLESSET. OPTIMI AMATORES MEI VEL CONSIMILES VITÆ, ROGO VOS, VT CORPORI MEO BENEFACIATIS, BENE CONDIATIS, DE BONIS CONDIMENTIS NVCLEI, PIPERIS ET MELLIS, VT NOMEN MEVM IN SEMPITERNVM NOMINETVR. MEI DOMINI ET CONSOBRINI MEI, QVI HVIC MEO TESTAMENTO INTERFVISTIS, JVBETE SIGNARI.

LVCANICVS SIGNAVIT.	TERGILLVS SIGN.
NVPTIALICVS SIGN.	CELSINVS SIGN.
LARDIO SIGN.	OFFELLICVS SIGN.

CYMATVS SIGN.

Hucuſque vetuſtiſſimum illud atque celeberrimum *Teſtamentum Porci*; cujus ipſe *S. Hieronymus* in *Proœmio* (1) *Libri duodecimi Commentariorum in Prophetam Eſaiam*, & in *Apologiâ ad Pammachium & Marcellinum adverſus Rufinum*, clarè ac nominatim meminit. Cùm igitur doctiſſimis Viris (2) *Laurentio Abſtemio*, (3) *Joanni Alexandro Braſſicano*, &, qui unus omnium inſtar eſt, (4) *Barnabæ Briſſonio*, Regij in Galliâ Conſiſtorij Conſiliario & Ampliſſimi Senatûs Pariſienſis Præſidi, jam memoratum *Teſtamentum Porci* ſalvâ exiſtimatione ſuâ edere licuerit, non video certè, cur ego tantoperè ſim reprehendendus, quòd *Teſtamentum Aſini*, ad alterius imitationem ab anonymo quodam *recentiori* Autore compoſitum, in publicam lucē protulerim; niſi quis fortè reſpectu dignitatis *Porcum Aſino* præferendū eſſe exiſtimet: cui tamen quàm vehementiſſimè reclamat doctiſſimus *Daniel Heinſius*, qui integrum ſcripſit Librum eruditiſſimum *de Laudibus Aſini*. Huc inſuper accedunt non pauca alia ejuſdem argumenti Scripta variorum Autorum encomiaſtica & apologetica, quæ *Caſparus Dornavius* in (5) *Amphitheatro Sapientiæ Socraticæ Joco-Seriæ*, ubi (6) de *Aſino* agitur, conjunctim edidit. Quod reliquum eſt, cùm in ſuprà exhibito Teſtamento Porci major elegantia, eruditio & antiquitas latitet, quàm primâ fronte videtur, ſubjungo hîc explicandi ejus & illuſtrandi causâ ſequentes Notas.

MARCVS GRVNNIVS] Ut manifeſtè liquet, ludicrum hoc nomen gentilitiū GRVNNIVS compoſitum eſſe à *grunniendo*, quod *porcorum* eſt proprium, ita etiam minimè dubium arbitror, quin idem nomen effictum ſit ad imitationem veri nominis gentilitij GRANIVS, quod apud antiquos Hiſtoriæ Romanæ Scriptores & in vetuſtis *Inſcriptionibus* ſatis frequenter occurrit; uti videre eſt in *Joannis Glandorpij* Onomaſtico Hiſtoriæ Romanæ, ubi agitur de Gente *Graniâ*, & in *Jani Gruteri* Syntagmate antiquarum Inſcriptionum totius Orbis Romani, ubi præter alios varios *Granios* diverſis *Prænominibus* diſtinctos, non pauci quoq; recenſentur, qui *prænomen* habuerunt MARCI: nempe paginâ 302 M. GRANIVS VITALIO EQ. pag. 417 M. GRANIVS M. F. M. N. CORDVS, pag. 533 M. GRANIVS SERENVS, pag. 873 & 977 M. GRANIVS VRSIO. Inter omnes autem *Granios* præcipuam meretur laudem ille *Granius Serenus*, Proconſul Aſiæ, qui *Imp. Hadriani* animum erga *Chriſtianos* placavit literis illis ſuis ad Ipſum miſſis, quibus indicavit, iniquiſſimum eſſe, ut clamoribus vulgi concederetur ſanguis hominum innocentium,

(1) *Ad Euſtochium virginem. Ipſa autem S. Hieronymi verba ſunt ibi hæc:* Teſtamentum Grunnij Corocottæ porcelli decātant in ſcholis puerorū agmina cachinnantium. (2) *Edidit is hoc* Teſtamentū Porci *cum* Hecatomythio *ſuo Venetijs apud Ioan. Franciſcum & Ioan. Anton. de Ruſconibus A.* 1524 *in* 8vo. (3) *Vide editionem* Adagiorum Eraſmi *Wecheliananı A.* 1599 *in folio, pag.* 1981 *&* 1982, *ubi etiam expreſſè additur* Joannem Alexandrum Braſſicanum J. C. Teſtamētum *hoc bonâ fide deſcripſiſſe ex* antiquo exemplari Dominicanorum *apud* Moguntiam. (4) *Vide eruditiſſimum illius Opus de* Formulis & ſolennibus Populi Romani verbis, *editum Pariſijs apud Sebaſtianum Nivellium A.* 1583 *in folio, pag.* 756 *&* 757. (5) *Impreſſum illud eſt Hanoviæ typis Wechelianis A.* 1619 *duobus Tomis in folio.* (6) *Nempe Tomi primi pag* 493 *& deinceps uſque ad pag.* 503.

tium, & ſolum religionis nomen pro crimine ac reatu haberetur. Hâc enim epiſtolâ commotus *Imp. Hadrianus Minucio Fundano*, *Granij Sereni* in Proconſulatu Aſiæ ſucceſſori, reſcripſit, *Chriſtianos* ſine objectu criminum non eſſe condemnandos. Quâ de re vide plura apud *Euſebium Pamphili* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 4 cap. 8 & 9, ubi tamen pro Γρανίου Σερίνου perperàm legitur Σερεννίου Γρανιανοῦ, & apud *Oroſium* Hiſtoriarum adverſus Paganos lib. 7 cap. 13.

COROCOTTA] In editione *Laurentij Abſtemij* ter perperàm legitur COROCOCTA. Quod autem ad etymologiam & ſignificationem hujus fictitij Cognominis COROCOTTA attinet, exiſtimant Viri doctiſſimi *Claudius Salmaſius* in Plinianis Exercitationibus in *C. Julij Solini* Polyhiſtora pag. 337 & *Gerardus Joannes Voſſius* in Etymologico Linguæ Latinæ pag. 160, *Corocotta* idem eſſe atque *Crocotta*, quod ſecundùm *Plinium*, *Solinum* & *Porphyrium* eſt nomen *Indicum* animalis ex leænâ & hyænâ geniti; hoc autem cognomen *M. Grunnio Porcello* propterea eſſe inditum, quia nomen ὕαινα ſive *hyæna*, utpote ab ὗς ſive *ſus* derivatum, idem ad verbum eſt atque *Porca*. Secundùm quam cognominis *Corocottæ* interpretationem verba hæc M. GRVNNIVS COROCOTTA PORCELLVS idem ſignificarent, ac ſi legeretur M. GRVNNIVS PORCA PORCELLVS; quo certè vix quidquam dici aut fingi poteſt abſurdiùs, cùm propter ſuperfluitatem vocis PORCA, tùm propter differentiam ſexûs PORCÆ & PORCELLI. Ego verò perſuaſiſſimum habeo, quemadmodũ fictitio nomine gentilitio GRVNNIVS alluditur ad verum nomen gentilitium GRANIVS, ſic etiam fictitio cognomine COROCOTTA alludi ad verum cognomen COTTA, quod diverſis *Gentibus Romanis*, nẽpe *Aurunculejæ*, *Corneliæ* & *Fuſiæ*, præcipuè autẽ *Genti* AVRELIÆ fuit familiare, ut apparet ex multis CAIIS, LVCIIS & MARCIS AVRELIIS COTTIS, quorum apud *antiquos Hiſtoriæ Romanæ Scriptores* & in vetuſtis *Inſcriptionibus* paſſim fit mentio. Primus, qui hoc cognomine uſus eſt, accepit illud ſine dubio ob *ferociam morum* & *protervam alios verberandi libidinem*, nempe à verbo græco κοττέω, quod ſecundùm Heſychium idem ſignificat atque τύπτω ſive *verbero*, quemadmodũ etiã κόσσος ſive κόττος apud Suidam pro *alapa* ſive *colapho* accipitur. Minùs autem rectè idem cognomen *Cotta* alij derivant à græco κότος, quod ſignificat *Iram veterem, quæ manſit diu altâ mente repoſta*. Eo videlicet alludit Præceptor *Catelliani Cottæ*, celeberrimi Juriſconſulti Mediolanenſis hoc diſticho:

Iraſci faciles COTTAS, vultúq; ſeveros,
Fama refert; domui nomen & inde datum.

Verumenimverò evidenter repugnat huic Etymologiæ, quòd vocabulum κότ⊕ pro *veteri ac reconditâ irâ* ſcribitur per ſimplex T, κόττ⊕ autem pro *colapho* vel *plagâ*, & κοττίζω pro *verbero*, per duplex T. Similiter enim & cognomen COTTA ſcribitur per duplex T, non autem COTA per ſimplex T. Lepidum porrò hujuſmodi *Cotticiſmi* ſive protervæ libidinis alios verberandi exemplum narratur ab *Aulo Gellio* Noctium Atticarum lib. 20 cap. 1 his *Q. Labeonis* verbis: *Quidam Lucius Neratius fuit egregiè homo improbus atq; immani vecordiâ. Is pro delectamento habebat os hominis liberi manûs ſuæ palmâ verberare. Eum ſervus ſequebatur, crumenam plenam aſſium portitans; &, quemcunq; depalmaverat, ei numerari ſtatim ſecundùm duodecim Tabulas viginti & quinq; aſſes jubebat. Propterea Prætores poſteà hanc legem abolescere & relinqui cenſuerunt, injuriiſq; æſtimandis Recuperatores ſe daturos edixerunt.* Cùm igitur, ut ſuprà demonſtravi, cognomine *Cotta* ſignificetur *homo petulans ac rixoſus, qui alios temerè irritando & verberando ad pugnam provocat*, atque germanicè dicitur *ein Slager und Rauffer*, abunde hinc porrò liquet, quàm appoſitè & convenienter *M. Grunnius Porcellus* vocabulo fictitio Græco-Romano, à κόρ⊕, quod *Juvenculum* ſignificat, & à *Cotta*, compoſitum, cognominetur COROCOTTA, hoc eſt, *Juvenis Cotta*, & germanicè *ein Junger Slager und Rauffer*; nempe propter *juvenilem ejus petulantiam ac ferociam*, quæ ſatis clarè indicatur in ipſo *Teſtamento*, partim quidem per titulum *Everſoris domi*, partim autem per propriam confeſſionem, *Si qua feci, ſi qua peccavi, ſi qua vaſcula pedibus meis confregi.* Quod ergò reliquum eſt, non ſunt confundenda duo diverſa diverſæ originis & ſignificationis nomina, COROCOTTA, quod eſt *Græco-Romanum*, & CROCOTTA, quod eſt merè *Indicum*.

TESTAMENTVM FECI] In editionibus *Laurentij Abſtemij* & *Barnabæ Briſſonij* pro FECI perperàm legitur FECIT. Æquè malè etiam ſequens pronomen relativum QVOD in editione *Abſtemianâ* omiſſum eſt.

MAGIRVS COCVS] *Magirus* vox eſt merè græca Μάγειρ⊕, hoc eſt, *Cocus*. Vſurpatur autem hîc tanquam nomen proprium; nempe ad eundem ferè modum, ut apud *Petronium Arbitrum Sciſſor obſonij in convivio Trimalchionis* à *carpendo* ſive *diſcerpendo* vocatur *Carpus*.

EVERSOR DOMI] In editione *Braſſicani* pro DOMI legitur DOMVS caſu genitivo quartæ declinationis. Germanicè dicere-

tur

tur *du Haus-ſtörer* vel *Haus-ſtürmer.Everſores* aliàs etiam vocantur homines *prodigi* & *diſſoluti*,qui patrimonium ſuum profundunt; ut videre eſt ex tituli octavi antiquæ Epitomes Inſtitutionum *Caij*, Juriſconſulti pervetuſti, his verbis: *Sub curatore ſunt minores ætate, majores EVERSORES, inſani. Hi, qui minores ſunt, uſq; ad viginti & quinq; annos impletos ſub curatore ſunt; qui verò EVERSORES aut inſani ſunt, omni tempore vitæ ſub curatore eſſe jubentur, quia ſubſtantiam ſuam rationabiliter gubernare non poſſunt.*

SOLIVERSOR] *Soliverſor* hîc appellatur, qui pœnæ ſubterfugiendæ causâ aufugit, & loci mutatione latitat; eodémque ſenſu apud *Ciceronē* in Oratione pro *Cæcinna* legitur: *Qui volunt pœnā aliquā ſubterfugere aut calamitatem, eò SOLVM VERTVNT.* In editione autē *Abſtemianâ* pro *Soliverſor* perperàm legitur *Soli vertiator.*

EGO HODIE TIBI VITAM ADIMO] In editione *Abſtemianâ* corruptè legitur, *& hodie tibi dirimo vitam.*

VASCVLA] In editione *Abſtemianâ* legitur *vaſella.*

ROGO DOMINE COCE, VENIAM PETO, ROGANTI CONCEDE] Omnia hæc verba in editione *Braſſicani* omiſſa ſunt, & poſt proximè præcedentē vocē CONFREGI poſitū eſt ſignū interrogationis. In editione autem *Abſtemianâ* extant quidem hæc verba, ſed pro *VENIAM* legitur *VITAM peto, ET concede roganti.*

DE CVLINA] In edit. *Abſtem.* pro *Culinâ* legitur *Coquinâ.*

DVCTVS] *Duci* uſurpatur hîc ſimpliciter pro *ad mortem duci.* Sic etiam *victimæ* olim dicebantur *duci*, cùm ducerentur ad *immolationem.* Quâ de re vide *Barn. Briſſon.* lib. 1 de Formulis ſive ſolennibus Populi Romani verbis, pag. 17.

SVB DIE XVI KALENDAS LVCERNINAS, VBI ABVNDANT CYMÆ] In editione *Abſtemianâ* pro *Lucerninas.* perperàm legitur *Lucernulas.* Per *Calendas* autē LVCERNINAS videntur hîc ſignificari *Calendæ Aprilis*, ita ut *dies decimus ſextus ante Calendas Lucerninas* reſpondeat *diei decimo ſeptimo Martij*, quo circiter tempore cum *Æquinoctio Ver* incipit. Tunc enim ABVNDANT CYMÆ; quæ quid ſint docet *Plini⁹* Hiſtoriæ Naturalis lib. 19 cap. 8 his verbis: *Braſſica toto anno ſeritur, quoniam & toto ſecatur; utiliſſimè tamen ab æquinoctio autumni. Transfertur, cùm quinq; foliorū eſt. CYMAS à primâ ſatione præſtat PRIMO VERE. Hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior teneriórq; cauliculus, Apicij luxuriâ Druſo Cæſari faſtiditus, non ſine caſtigatione Tiberij patris. Poſt CYMAM ex eâdem braſſicâ contingunt æſtivi autumnaléſq; cauliculi, mox hiberni, iterúmq; CYMÆ, nullo æquè genere multifero, donec ſuâ fertilitate conſumatur.* Hæc *Plinius.* Quibus illuſtrandis lucem affert *Ludovicus Cælius Rhodiginus* Lectionum Antiquarum lib. 17 cap. 27 his verbis: *CYMAS*

ſeu

ſeu CYMATA præteneros dicimus in braſſicâ præcipuè coliculos, VERE APPETENTE progerminantes, velut κύματα planè ſint, id eſt, fœtus. Huc quoque pertinent ſequentes *Columellæ* verſus ex Carmine de cultu Hortorum:

Tùm quoq; conſeritur, toto quæ plurima terræ
Orbe virens pariter plebi Regiq; ſuperbo
Frigoribus caules, & VERI CYMATA mittit.

Eadem CYMATA vocantur quoque in eodem Carmine *Prototomi caules*, id eſt, *Caules primæ ſectionis*, hoc verſu:

Sed jam PROTOTOMOS tempus decidere CAULES;

quemadmodũ videlicet etiã à *Galeno* appellantur πρωτότομοι καυλοὶ, & à *Martiale* lib. 10 epigram. 48 atque lib. 14 epigram. 101 *Prototomi coliculi.* De iiſdem CYMIS ſive *Coliculis primæ ſectionis*, & eorundem apud antiquos Romanos *præparationibus* conſulendus inſuper eſt *Cœlius Apicius* libri tertij de Re culinaria capite (1) *ſeptimo*; quod inſcribitur *de CYMIS*; ut & libri octavi capite ſeptimo, ubi inter ea, quæ ad *Porcellum Hortulanum* præparandum pertinent, etiam memorantur *COLICULI elixi.* Hinc igitur jam patet, cur in *Teſtamento* hoc *M. Grunnij Corocottæ Porcelli* mactatus is eſſe dicatur *eo tempore*, UBI ABUNDANT CYMÆ; nempe quia veterès Romani *carnem porcellinam* libenter comederunt cum CYMIS ſive *Coliculis braſſicæ prototomis.* Quod autem expreſſa fit mentio *diei decimi ſexti ante Kalendas Apriles*, ejus cauſam eſſe arbitror, quoniam eo die celebrabantur *Liberalia* ſive *Dionyſia* in honorem *Liberi* ſive *Bacchi* cum profuſâ lætitiâ convivali, cujus pars ſine dubio etiam fuit *Porcellus Hortulanus*, cujus præparatio à *Cœlio Apicio* lib. 8 de Re culinariâ cap. 7 deſcribitur his verbis: (2) *Porcellus Hortulanus exoſſetur per gulam in modum utris; indatur ei pullus iſiciatus particulatim concisus; adjiciantur turdi, ficedulæ, iſicia de pulpâ ſuâ, lucanicæ, dactyli exoſſati, edules bulbi, cochleæ exemptæ, malvæ, porri, betæ, apium, COLICULI ELIXI, coriandrum, piper integrum, nuclei; ova quindecim ſuperinfundantur, & liquamen piperatum; ova addantur tria, & denique conſuatur, praduretur, & in furno aſſetur. Deinde à dorſo ſcindatur, & jure hoc perfundatur; piper teratur; ruta, liquamen, paſſum, mel & oleum modicum bulliant; ubi bullierint, amylum mittatur. Jus porrò frigidum in porcellum ſic facias: In elixum teras piper, careum, anethum, origanum modicum, nucleos pineos; ſuffundas acetum, liquamen, caranum, mel, ſinapi factum, ſuperſtilles oleum, piper aſpergas, & inferas.* Hucuſque *Cœlius Apicius.* Cæterùm cur

Calen-

(1) *Nempe ſecundùm* Albani Torini *editionem*, Baſileæ *A.* 1541 *in* 4to *impreſſam. In editione autem* Gabrielis Humelbergij, *Medici & Phyſici Iſnenſis*, Tiguri *typis* Froſchovianis *A.* 1542 *in* 4to *impreſſâ, eſt illud* Caput nonum, *& pro* Cymæ *perperàm legitur* Cimæ; *quod tamē rectè ibi emendavit jam memoratus* Humelbergius *in* Annotationibus *ſuis lectu digniſſimis.* (2) *Inſpice hujus loci utramq; ſuprà citatam editionem, nempe* Baſileenſem *&* Tigurinam, *& videbis, quomodo variantes earum lectiones conciliaverim.*

Calendæ Aprilis appellentur LVCERNINÆ, nulla alia nunc mihi ſuppetit ratio, quàm quòd (1) *illo menſe* celebraretur *Feſtũ Iſidis*, quæ ſecundùm *Herodotum*, *Diodorum Siculum*, alióſq; antiquos Autores eadem atque Δημήτηρ ſive *Ceres* eſt. Hoc autem Feſtum vocabatur Λυχνοκαΐα, hoc eſt, *Accenſio LVCERNARVM*, quia noctu circa domos frequentes accendebantur *Lucernæ*, eæq; per totam ardebant noctem; ut prolixè & accuratè refert *Herodotus* lib. 2 cap. 62 his verbis: Ἐς Σάιν δὲ πόλιν ἐπεὰν συλλεχθέωσι τῇσι θυσίῃσι, ἐν τῇ νυκτὶ λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ ὑπαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ. τὰ δὲ λύχνα ἐστὶ ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου· ἐπιπολῆς δὲ ἔπεστι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον· καὶ τοῦτο καίεται παννύχιον. καὶ τῇ ὁρτῇ οὔνομα κέεται ΛΥΧΝΟΚΑΪΗ. οἳ δ᾽ ἂν μὴ ἔλθωσι τῶν Αἰγυπτίων ἐς τὴν πανήγυριν ταύτην, φυλάσσοντες τὴν νύκτα τῆς θυσίης, καίουσι καὶ αὐτοὶ πάντες τὰ λύχνα· καὶ οὕτω οὐκ ἐν Σάι μούνῃ καίεται, ἀλλὰ καὶ ἀνὰ πᾶσαν Αἴγυπτον· ὅτευ δὲ ἕνεκα φῶς ἔλαχε καὶ τιμὴν ἡ νὺξ αὕτη, ἔστι ἱρὸς περὶ αὐτοῦ λόγος λεγόμενος. Hoc eſt ſecundùm interpretationem editionis græco-latinæ Wechelianiæ Francofurtenſis A. 1608 in folio: *Vbi verò in Sain urbem ſacrificatum convenerunt, noctu ſub dio univerſi circum domos frequentes LVCERNAS accendunt, imbutas ſale & oleo plenas, quibus ſuperſtans incumbit ipſum ellychnium, quod tota ardet nocte. Cui Feſto nomen inpoſitum eſt ACCENSIO LVCERNARVM. Ad hunc conventum quicunq; Ægyptiorum non ierint, obſervantes Sacrificij noctem, & ipſi univerſi LVCERNAS accendunt: atque ita accenduntur LVCERNÆ non in Sai modo, ſed etiam per univerſam Ægyptum. Quâ verò gratiâ nox hæc lumen & honorem ſortita ſit, ſacra quædam ratio commemoratur.* Hæc *Herodotus*. Conſulendus etiam eſt de eodem *Feſto LVCERNARVM*, ejúſque origine & arcanâ cauſâ, doctiſſimus *Fortunius Licetus* libro ſexto erudítiſſimi Operis *de Reconditis Antiquorum Lucernis*, & quidem capite 87, ubi agitur de *Lucernâ*, in effigiem *capitis Ægyptij Sacerdotis raſi* efformatâ. Et hæc quidem de CALENDIS LVCERNINIS in præſens ſufficiant. Tu autem, quiquis hæc legis,

- - - ſiquid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti, ſi non, his utere mecum.

(1) In Calendario Romano Ethnicæ vetuſtatis, à Joanne Raſſio ex varijs antiquis Calendarijs Romanis collecto, & Sangalli typis Leonhardi Straubij A. 1584 in 4to edito, refertur hoc Feſtum Iſidis ad Nonas ſive diem quintum Aprilis.

CLIBANATO ET PIPERATO CONSVLIBVS] Fictitijs hiſce *Conſulum cognominibus* alluditur ad *Clibanum*, in quo (2) caro porcina coquitur, & ad *Piper*, quo eadem conditur. *Clibani* fit mentio apud *Cælium Apicium* lib. 7 de Re Culinariâ lib. 7 cap. 5 his verbis: *Aſſatura in collari; elixatur & infunditur in fretali piper, con-*

(2) *Vide ſuprà citatum Cælij Apicij locum lib. 8 cap. 7.*

(1) *In editione Baſileenſi legitur atteritur.*

dimentum, mel, liquamen, & (1) *attoretur in* CLIBANO, *quouſque coquatur.* Quæ verba ſuprà memoratus *Gabriel Humelbergius* illuſtrat hâc Annotatione: *CLIBANVS Græcè, FVRNVS Latinè dicitur. Eſt etiam CLIBANVS aliquando vas coquinarium, quod Teſtus dicitur & Teſtum, ex ære patens, in quo prunis ſuppoſitis coquuntur ſpiræ, ſcriblitæ, muſtacea in nuptijs, placentæ & teſtuacea, à teſtu ſic vocata, & ex varijs eſculentis concinnata condimenta & opſonia.* *Piperati* autem fit mentio apud eundem *Apicium* lib. 3 cap. 14 his verbis: *Raphanos cum* PIPERATO *ita ut piper cum liquamine teras.* Ad quæ verba idem ſuprà citatus *Humelbergius* hæc annotat: *PIPERATVM condimentum eſt à pipere ſic dictum ſicut Cuminatum à cumino, Coriandratum à coriandro.*

INCLAMAVIT AD SE SVOS PARENTES] In editione *Abſtemianâ* perperàm legitur, *Clamavit ad ſe duos parentes.*

PATRI MEO VERRINO LARDINO] *Prior* horum duorum cognominum alluditur ad vocabulum *Verres*, quod ſignificat *porcum maſculum; poſteriori* autem ad *Lardum* ſeu *pinguedinem ſuillam.* Notandum etiam hîc obiter eſt, cognomen VERRINVS *Genti Gelliæ & Magiæ* fuiſſe *familiare*, ut videre eſt in *Jani Gruteri* Syntagmate antiquarum Inſcriptionum Romanarum pag. 730; utpote ubi fit mentio GELLIÆ VERRINÆ & MAGII VERRINI.

DO LEGO DARI] In editione *Abſtemianâ* perperàm legitur DELEGO DARI, eadémque vitioſa lectio ibidem deinceps *bis* repetitur.

MATRI MEÆ VETVRINÆ SCROFÆ] In editione *Abſtemianâ* nomen *Veturinæ* perperàm omiſſum eſt. Mihi autem veriſimile videtur, initiò fuiſſe ſcriptum vel VETVRIÆ SCROFÆ vel VETVLINÆ SCROFÆ, nempe per alluſionem vel ad verum *nomen gentilitium* VETVRIVS, quod apud antiquos Hiſtoriæ Romanæ Scriptores & in vetuſtis Inſcriptionibus paſſim occurrit, vel ad verum *cognomen* VETVLINVS, quod *Caſſiæ Genti* fuit *familiare*, ut apud *Dionem Caſſium* lib. 58 videre eſt. Similiter enim & cognomine SCROFÆ alluditur ad verum cognomen SCROFA, quod *Tremelliæ Genti* fuit familiare, ut patet ex *Cn. Tremellio* SCROFA, cujus *Plinius* Hiſt. Natur. lib 17 cap. 23 meminit. Origo autem & cauſa hujus cognominis refertur à *M. Terentio Varrone* lib. 2 de Re ruſticâ cap. 4, ubi ipſe *Tremellius Scrofa* introducitur loquens his verbis: *Ignorare videris, cur appeller Scrofâ. Itaq;, ut etiam hi propter te ſciant, cognoſce meam Gentem ſuillum cognomen non habere, nec me eſſe ab Eumæo ortum. Avus meus primùm appellatus eſt SCROFA, qui Quæſtor cùm eſſet Licinio Nervæ Prætori in Macedoniâ provinciâ relictus,*

lictus, qui præeſſet exercitui, dùm Prætor rediret, hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Avus, cùm cohortaretur milites, ut caperent arma, atque exirent contrà, dixit, celeriter ſe illos, VT SCROFA PORCOS, disjecturum; id quod fecit. Nam in prælio hoſtes ita fudit ac fugavit, ut eo Nerva Prætor Imperator ſit appellatus, Avus cognomen invenerit, ut diceretur SCROFA: itáq; Proavus ac ſuperiores, de Tremellijs nemo appellatus SCROFA; nec minùs ſeptimus ſum deinceps Prætorius in Gente noſtrâ, nec tamen defugio, quin dicam quæ ſcio de ſuillo pecore. Hucuſque ipſe *Tremellius Scrofa* de origine ſui cognominis. *Mater* itaq; *Corocottæ porcelli* fingitur hìc appellari VETVRIA vel VETVRINA, ſeu potiùs VETVLINA, ob provectam ætatem, quaſi *Vetula;* SCROFA autem ob *frequentem partum multorum porcorum.* Sus enim, quæ multos jam peperit porcos, propriè dicitur *Scrofa.*

LACONICÆ SILIGINIS MODIOS XL] In editione *Abſtemianâ* pro *Laconicæ ſiliginis* perperàm legitur *Lalluginis.*

SORORI MEÆ QVIRINÆ] Viri doctiſſimi *Claudius Salmaſius* & *Gerardus Joannes Voſſius* exiſtimant, ſororem hanc *Corocottæ porcelli* natu minorem appellari QVIRINAM quaſi Χοιρίνην ſive CHOERINAM per alluſionem ad vocem Græcam χοῖρος, quæ ſignificat *porcum;* ſed reverà alluditur fictitio hoc nomine QVIRINA ad *quiritum,* qui proprius eſt porcorum tenellorum, ut *grunnitus* porcorum adultorum. Quemadmodum enim *pulli gallinacei* à ſono primæ ſyllabæ *pi* dicuntur *pipire,* ſic *porci tenelli* à ſono primæ ſyllabæ *qui* dicuntur *quirire;* pro *quo* Germani noſtri ſecundùm Saxoniæ Inferioris dialectum dicunt *quiken.* Iidem etiam ex latino *quirire* per mutationem *qu* in *k* & geminationem literæ *r* fecerunt verbum *kirren,* quod ſignificat *ſtridere.* Cæterùm à verbo primitivo *quirire* deſcendit frequentativum verbum *quiritare,* quo *Autor Poematis de Philomelâ ſive Luſciniâ, Ovidio* perperàm attributi, utitur pro *vocem veris edere* hoc verſu:

QVIRITAT VERRES tardus; rudis oncat aſellus.

Idem quoque verbum *quiritare* per metaphoram uſurpatur pro *vagitu infantium,* ut videre eſt apud *Plinium Juniorẽ* lib. 6 epiſt. 20, ubi de *Veſuvij* montis incendio agens, ſic ſcribit: *Audires ululatus fœminarum, INFANTIVM QVIRITATVS, clamores virorum.* Aliud ergò eſt verbum *Quiritare,* cùm derivatur à voce porcellinâ *quirire,* atque aliud, cùm derivatur à nomine *Quirites,* utpote cùm ſecundùm poſteriorem hanc derivationem ſignificet *Quiritium,* hoc eſt, *Populi Romani implorare fidem & auxilium,* ut teſtatur *Varro* lib. 5 de Linguâ Latinâ his verbis: *Quiritare dicitur is, qui Quiritium*

fidem clamans implorat. Idem quoque multis veterum Autorum exemplis confirmat & illuſtrat *Barnabas Briſſonius* lib. 8 de Formulis, & *Joannes Ludovicus de la Cerda* Adverſariorũ Sacrorum cap. 141 § 508 in *Notis* ad *Iſidori Gloſſarium*, ubi *quiritare* & *proquiritare* ſignificat *Populum alloquendo aliquid publicare.* Quamvis igitur *Corocottæ porcelli ſoror* ob tenellam ætatem nominetur QVIRINA per allufionem ad porcellinam vocẽ *quirire*, opinor tamen, ut in reliquis omnibus hujus Teſtamenti fictitijs nomibus & cognominibus verorum nominum & cognominum Romanorum ludicra imitatio latitat, ſic etiam per nomen QVIRINA reſpici ad verum nonnullarum fœminarum Romanarum nomen gentilitium QVIRINIA & verum cognomen QVIRINA, quorum exempla extant in *Jani Gruteri* antiquarum Inſcriptionum Syntagmate.

IN CVIVS VOTVM INTERESSE NON POTVI] Videtur hîc per jocum intelligendum eſſe *Votum matrimonij* ſive *deſponſatio nuptialis.*

DABO DONABO] In editione *Abſtemianâ* verbum DONABO perperàm omiſſum eſt.

SVTORIBVS SETAS] Hinc patet, non carere teſtimonio antiquitatis, quod *Robertus Stephanus* in Theſauro Linguæ Latinæ refert, verbum *ſuere* à quibuſdam deduci à *ſue*, quia hujus animalis *pilis* in *ſuendo* ſutores uterentur.

RIXATORIBVS CAPITINAS] In editione *Abſtemianâ* mendosè legitur *Rixoribus.* Quod porrò autem ad vocem CAPITINAS attinet, ingenuè fateor, de ejus verâ lectione veróque ſenſu nondum mihi ſatis liquere. An fortè legendum eſt RIXATORIBVS CANINOS, ſubaudito DENTES? Qui autem illi ſint, docet *Plinius* Hiſt. Nat. lib. 11 cap. 37 his verbis: *Continuorum dentium, qui digerunt cibum, lati & acuti; qui conficiunt, duplices; qui diſcriminant eos, CANINI appellantur. Hi ſunt ſerratis longiſſimi.* Item lib. 7 cap. 16: *Fœminis minor numerus dentium: quibus in dexterâ parte gemini ſupernè, A CANIBVS COGNOMINATI, fortunæ blandimenta pollicentur, ſicut in Agrippinâ Domitij Neronis matre; contrà in lævâ.* Hæc *Plinius.* Quem poſteriorem locum doctiſſimus *Claudius Salmaſius* in Plinianis Exercitationibus ad *Solini* caput *primum* prolixè explicat. Iidem dentes vocantur græcè Κυνόδοντες, ut apud *Ariſtotelem* de Hiſtor. Animal. lib. 2 cap. 3, & apud *Solinum* jam citato loco videre eſt: Hos igitur *κυνόδοντας* ſive CANINOS *dentes* RIXATORIBVS *ob conviciorum morſus & lacerationes* valdè convenienter legari arbitor; nempe eodem ferè ſenſu, quemadmodum *Theoninus dens, genuinus dens,* & *facundia* atque *eloquentia CANINA*, abjerunt in proverbium.

BV-

BVBVLARIIS INTESTINA] In editione *Braſſicani* legitur *Bubalarijs*.

ISICIARIIS FEMORA] Ita hîc legendum eſt, non autem, ut vulgò legitur ESICIARIIS. *Iſiciarij* enim dicuntur coqui, qui faciunt *Iſicia*. ISICIA autem, ab *inſecando* propriè nuncupata INSICIA, ſunt non ſolùm *edulia & cibaria ex carne inſectâ & conciſâ*, quæ vel per ſe, vel reticulo & omento circumdata in ſartagine, alijs etiam nonnullis rebus, & præcipuè quidem aromatibus, plerumque adjunctis, cum adipe, butyro aut oleo friguntur; verùm etiam *farcimina*, quæ fiunt inteſtinis *carne conciſâ* fartis & impletis, & aliàs à Græcâ voce τομὴ, quæ *ſectionem* & *inciſuram* ſignificat, appellantur *macula*. Meminit hujuſmodi *Inſiciorum* ſive *Iſiciorum Varro* lib. 4 de Linguâ Latinâ his verbis: *INSICIA, ab eo quod INSECTA CARO, ut in Carmine Saliorum eſt; quod in Extis dicitur nunc Proſectum*. Prolixiùs & accuratiùs de ijſdem agit *Macrobius* Saturnalium lib. 7 cap. 8, ubi *Furius Albinus* & *Diſarius* introducuntur colloquentes hoc modo: *Poſt hæc Furius Albinus: Ego quoq; pro virili portione Diſarium noſtrum in exercitū non relinquo. Dicas, quæſo, quæ cauſa difficile digeſtu facit INSICIVM, quod ab INSECTIONE INSICIVM dictum, (amiſſione enim literæ N poſteà quod nunc habet nomen obtinuit;) cùm multùm in eo digeſtionem futuram juverit tritura tàm diligens, & quicquid grave erat carnis abſumpſerit, conſummationémq; ejus multâ ex parte confecerit? Et Diſarius: Inde hoc genus cibi difficile digeritur, unde putas ei digeſtionē antè proviſam. Levitas enim, quā tritura præſtitit, facit ut innatet udo cibo, quē in medio ventris invenerit, nec adhæreat cuti vētris, de cujus calore digeſtio promovetur: ſic & mox atq; formatū, cùm in aquā conjicitur, natat, ex quo intelligitur, quod idē faciens in ventris humore, ſubducit ſe digeſtionis neceſſitati, & tàm ſerò illic coquitur, quàm tardiùs cōficiuntur, quæ vapore aquæ, quàm quæ igne ſolvuntur. Deinde, dū inſtantiùs teritur, multus ei flatus involvitur, qui priùs in ventre conſumēdus eſt, ut tùm demùm conficiatur, quod remāſit de carne jam liberum*. Hucuſque *Macrobius*. Idem quoque vocabulū ISICIVM, ſed malè transformatum in *Hyſitium* & *Eſicium*, frequentiſſimè occurrit apud *Cælium Apicium* in Opere de Re culinariâ, & quidem inprimis lib. 2 cap. 1, ubi ex profeſſo agitur *de Iſiciorum præparationibus*. Cæterùm ex ſimplici vocabulo ISICIVM factum porrò eſt vocabulum compoſitum *Salſicium*, quaſi *Salſum Inſicium* ſive *Iſicium*, & ex hoc denique corruptum vocabulum Gallicum *Sauciſſe*, quod & apud Germanos noſtros jam in uſu eſt.

MVLIERIBVS LVMBVLOS] Per *Lumbulos* hîc nihil aliud ſignificantur quàm *Renes*, quemadmodum apud *Cælium Apicium* lib. 7

cap. 8, quod *de Lumbulorum & Renum apparatu* inſcribitur. Rectè enim ibi annotat *Gabriel Humelbergius*, in his verbis, *Lumbuli & Renes*, conjunctionem ET expoſitivè accipiendam eſſe pro ID EST, *Lumbulóſque* dictos eſſe à *Lumbis*, quia ſpinæ adhærent quaſi parvi lumbi. Quod autem MVLIERIBVS hìc legantur LVMBVLI, eo fit, quoniam *in Lumbis & Renibus præcipua libidinis Veneriæ ſedes* eſt, ideóque ijſdem non ſolùm à profanis Autoribus antiquis Græcis & Latinis, verùm etiam in ipsâ *Scripturâ Sacrâ opus generationis* paſſim attribuitur; ut multis exemplis demonſtrat doctiſſimus *Joannes Henricus Meibomius* in Diſſertatione *de Vſu flagrorum in re Veneria.* Vide etiam *Joannis Petri Lotichij* Quæſtionum Petronianarum de Re Medicâ Reſolutiones, lib. 2 cap. 17, in explicatione horum apud *Petronium Arbitrum* verborum: *Eumolpus, qui tàm frugi erat, ut illi etiã ego puer viderer, non diſtulit puellam invitare ad Pygiciaca ſacra. Sed & podagricum ſe eſſe LVMBORVMQVE SOLVTORVM omnibus dixerat, & ſi non ſervâſſet integram ſimulationem, periclitabatur totam pœnè tragœdiam evertere.* Ubi ſine dubio SOLVTI LVMBI ijdem ſunt atque *nimiâ Venere enervati.*

PVERIS VESICAM] Hujuſmodi *Veſica*, quæ puerorum luſui inſervit, vocatur Germanicè à ſonitu, *eine Knapblaſe.* Meminit ejus *Lucretius* lib. 6 his verſibus:

Nec mirum, cùm plena animâ VESICVLA PARVA
Sæpè ita dat pariter ſonitum diſploſa repente.

PVELLIS CAVDAM] Nempe vel pro *flabello ludicro*, vel per alluſionem ad *obſcænum ſenſum* vocis *Cauda;* ut apud *Horatium* Lib. 1 Satyr. 2:

Accidit, ut cuidam teſtes CAVDAMQVE SALACEM
Demeteret ferrum;

item Lib. 2 Satyr. 7:

- - - - - - ſub clarâ nuda lucernâ
Quæcunq; excepit TVRGENTIS verbera CAVDÆ.

CINÆDIS MVSCVLOS] Nempe ob *enervatam totius corporis mollitiem.* Κίναιδος enim ſecundùm *Heſychium* & Autorem anonymum *Magni Etymologici Græci* eſt ἀσελγὴς πόρνος ſive *puer Sodomiticus*, ſic dictus ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὴν αἰδῶ. Secundùm hanc igitur etymologiam prima hujus nominis ſyllaba ſcribenda eſt per I: apud eundem tamen jam citatum *Heſychium* legitur etiam Κύναιδος, & exponitur per λίαν ἀναιδὴς; ſecundùm quam ſcripturam & etymologiam *Cynædus* ſignificat *hominem impudentiâ caninâ præditum*, & ſcribendum eſt in primâ ſyllabâ per Y.

CVR-

CVRSORIBVS ET VENATORIBVS TALOS] Appoſitè profectò & congruè. Indigent enim hi *robore & agilitate pedum* quàm maximè.

LATRONIBVS VNGVLAS] Admodùm convenienter. *Vngulæ* enim ſymbolum ſunt *rapinæ* & *rapacitatis*; quam ob rem & *Plautus* in *Pſeudolo* Act. 2 Scen. 2 *Vngulas injicere* uſurpat pro *rapere*. Introducitur enim ibi *Pſeudolus* ſervus *Harpacem* alloquens his verbis,

- - - - - nunc certò ſcio
Hoc febrim tibi eſſe, quia non licet huic (argento) *INIICERE*
(VNGVLAS.

ET NEC NOMINANDO COCO DO, LEGO AC DIMITTO POPAM ET PISTILLVM, QVÆ MECVM DETVLERAM A QVERCETO VSQVE AD HARAM; LIGET SIBI COLLVM DE RESTE] Ita hic locus legitur in editione *Joannis Alexandri Braſſicani* & *Barnabæ Briſſonij*; in editione autem *Laurentij Abſtemij* multo etiam corruptior is legitur hoc modo: *Et nec nominando Coco LEGATO dimitto POPINAM & Piſtillum, QVEM mecum ATTVLERAM DE TEBESTE uſque ad TERRESTRE liget ſibi collum de reſte.* Ego verò veram & genuinam ejuſdem loci lectionem arbitror eſſe hanc: *Et nec nominando Coco do, lego ac dimitto PODICEM, & PASTVM* (1) *ILICEVM, QVEM mecum detuleram à querceto uſque ad haram; liget ſibi collum de reſte.* Tale enim non nominandum legatum NEC NOMINANDO debebatur *occiſori*, nempe *Podex* cum *paſtûs ilicei* ſeu *querni ſtercoreis reliquiis*, atque loco ultimi VIVE, VALE, ET MEI ESTO MEMOR, imprecatio *voluntarij ſuſpendij*, LIGET SIBI COLLVM DE RESTE, hoc eſt Germanicè, *Daſz er ſich erhencke.*

M. GRVNNIVS COROCOTTA PORCELLVS VIXIT ANNOS DCCCCXCVIIII, QVOD SI SEMIS VIXISSET, MILLE ANNOS IMPLESSET.] Si Inſcriptio hæc ſimpliciter ita eſſet interpretanda, ut nuda verba ſonant, ſuperâſſet *porcellus* iſte *Corocotta* longitudine vitæ ipſum illũ omniũ hominũ *μακροβιώτατον* *Mathuſalah*, utpote quem Scriptura Sacra teſtatur vixiſſe non niſi annos *nongentos ſexaginta novem*; atenimverò ſub hoc tàm abſurdo & ridiculo ænigmate latitat *verum tempus*, quo ludicrum hoc Teſtamentum compoſitum eſt, ſimul & *præcipuum indicium veræ hiſtoriæ*, quæ ejuſdem fingendi occaſionem præbuit. Totum enim hoc Teſtamentum eſt mera *Satyra* & per MILLE ANNOS non intelliguntur hìc *mille anni vitæ* vel *porcelli* alicujus vel *hominis*, ſed *mille anni à con-*

ditâ

(1) *Ilex germanicè dicitur* eine Stein-eiche, *vel ſecundùm* Tabernamontanũ eine Stech-eiche, *& differt à quercu foliis, laurinis ſimilibus & ſerratis, glandéſque habet quercus minores. Sæpiſſimè tamen Ilex promiſcuè uſurpatur pro* Quercu, *quemadmodum etiam hoc loco* PASTVS ILICEVS *idem eſt atque* QVERNVS, *qui germanicè vocatur* Eichen-weide *vel* Eichel-weide. *Sic enim & apud* Statium *legitur* ILICEÆ TRABES. *Idem nempe* ILICEVS *eſt atq;* Iligneus *&* Ilignus.

(1) Hoc eſt, ſecundùm ſupputationem M. Terentij Varronis.

ditâ Vrbe Româ. *Milleſimus* autem *primus annus Vrbis conditæ* (1) *Varronianus* cœpit currente anno communi Æræ Chriſtianæ *ducenteſimo quadrageſimo octavo*, quo ab *Imp. M. Julio Philippo Arabe Conſule III*, ejúſque filio *M. Julio Philippo Cæſare Conſule II*, *Ludi Seculares* ob *milleſimum* annum Vrbis conditæ abſolutum magnificentiſſimè celebrati ſunt; ut ſolidiſſimè demonſtrat R. P. *Dionyſius Petavius* in magno Opere *de Doctrinâ Temporum* lib. XI cap. XXV & lib. XIII ad an. Chriſti 248. Hoc igitur anno, & quidem poſt celebrationem *Agonis millenarij* Teſtamentum hoc ab anonymo quodam *Satyrographo* confictum eſſe arbitror occultâ quadam alluſione ad *Imp. M. Antonium* GORDIANVM TERTIVM, qui *vigeſimo ſecundo* ætatis ſuæ anno juſſu invaſoris Imperij *M. Julij Philippi Arabis* anno Vrbis conditæ *997*, Chriſti autẽ 244, crudeliter & nefariè occiſus eſt. Hoc enim facinus adeò fuit enorme & ſceleratum, ut *Julius Capitolinus* in Vitâ *Imp. Gordiani III*, *Imp. Conſtantino Magno* dedicatâ, meritò exclamet; *Ita Philippus impiè, non jure obtinuit Imperium.* Quamvis autem ſatyricum hoc Teſtamentum corroborato jam & ſatis firmato *Imp. Philippi Arabis* Imperio compoſitum ſit, neceſſariò tamen *cædes Imp. Gordiani* quàm maximè obſcuro involvenda fuit ænigmati, quia ipſe *Imp. Philippus* barbarum illud crudelitatis ſuæ exemplum omnibus modis occulere ſtuduit; ut teſtatur *Julius Capitolinus* in ſuprà citatâ *Imp. Gordiani III* Vitâ his verbis: *Philippus ne à crudelitate nanciſci videretur Imperium, Romam literas miſit, quibus ſcripſit GORDIANVM MORBO PERIISSE, ſeq; à cunctis militibus electum; nec defuit, ut Senatus de his rebus, quas non noverat, falleretur. Appellato igitur PRINCIPE Philippo, & AVGVSTO nuncupato, Gordianum adoleſcentem INTER DEOS retulit. Fuit juvenis lætus, pulcher, amabilis, gratus omnibus, in vitâ jucundus, in literis nobilis, prorsùs ut nihil PRÆTER ÆTATEM deeſſet Imperio. Amatus eſt à Populo & Senatu & militibus ante Philippi factionem, ita ut nemo Principum. Cordus dicit, omnes milites eum FILIVM appellâſſe, ab omni Senatu FILIVM dictum, omnem Populum DELICIAS SVAS Gordianum dixiſſe. Denique PHILIPPVS, cùm eum interfeciſſet, neque Imagines ejus tollere, neque Statuas deponere, neq; Nomen abradere; ſed DIVVM ſemper appellans etiam apud ipſos milites, cum quibus factionem fecerat, ſerio animo & peregrinâ calliditate veneratus eſt.* Hucuſque *Julius Capitolinus*. Quod itaque ad *hiſtoricam* ænigmatici iſtius & ſatyrici Teſtamenti enucleationem attinet, ea, quantum quidem hactenùs à me indagari potuit, eſt talis, quemadmodum hîc diſtinctè ſubjungitur.

Primò videlicet, per COCVM, cujus juſſu *porcellus Corocotta* à *fami-*

famulis comprehenſus & ad necem ductus eſt, ſignificatur IMP. PHILIPPUS ARABS, & per *artem coquinariam* alluditur partim quidem ad ejuſdē *crudelitatem*, partim autem ad *ignobilitatē generis*, quam *Julius Capitolinus* clarè & expreſsè indicat his verbis: *Myſitheo* (Socero Imp. Gordiani III) *mortuo*, (1) *Arriano & Papo Conſulibus, in ejus locum Præfectus Præfectorii factus eſt PHILIPPVS ARABS, HVMILI GENERE NATVS, ſed ſuperbus, qui ſe in novitate atq; enormitate fortunæ non tenuit; ita ut ſtatim Gordiano, qui eum IN LOCVM PARENTIS adſciverat, inſidias per milites faceret.*

Secundò, per *PORCELLVM occidendum* ſignificatur *IMP. GORDIANVS TERTIVS*, Imp. *Gordiani Secundi* filius, & Imp. *Gordiani Primi* nepos, alluditúrque per diminutivam vocem *Porcellus* ad *puerilem ætatem*, vel ad *primam adoleſcentiam*, quarum alterutrâ Imperium adeptus eſt, ut teſtatur *Julius Capitolinus* his verbis: *Poſt mortem duorum Gordianorum, Senatus trepidus & Maximinum vehementius timens, ex viginti Viris, quos ad Rempublicam tuendam delegerat, Pupienum ſive Maximum & Claudium Balbinum Auguſtos appellavit, ambos ex Conſulibus. Tunc Populus & milites GORDIANVM PARVULVM, annos agentem, ut pleriq; aſſerunt, VNDECIM, ut nonnulli TREDECIM, ut Junius Cordus dicit, SEDECIM, (nam VIGESIMO ET SECVNDO anno eum periiſſe aſſerit), petiverunt, ut CÆSAR appellaretur; raptúſq; ad Senatum, atq; inde in Concione poſitus, indumento Imperatorio tectus, CÆSAR eſt appellatus. Hic natus eſt, ut plures aſſerunt, ex filiâ Gordiani, ut unus aut duo, (nam amplius invenire non potui,) ex* (2) *FILIO, qui in Africâ periit. Gordianus igitur CÆSAR factus, apud Matrem educatus eſt, &, cùm exſtinctis Maximinis, Maximus etiam & Balbinus militari ſeditione interempti eſſent, qui biennio imperaverant, GORDIANVS ADOLESCENS, qui CÆSAR eatenùs fuerat, à militibus & Populo & Senatu & omnibus Gentibus ingenti amore, ingenti ſtudio & gratiâ AVGVSTVS eſt appellatus.* Huc quoque pertinet, quod idem *Capitolinus* ſuprà citato loco ait, *GORDIANI TERTII Imperio PRÆTER ÆTATEM nihil defuiſſe.*

Tertiò, per *PORCINAM vitæ conditionem*, *Imp. Gordiano Tertio* in hoc Teſtamento affictam, alluditur ad *patris* ipſius, nempe *Imp. GORDIANI SECVNDI, voluptuariam & libidinoſam vitam*, cujus *Julius Capitolinus* meminit his verbis: *MULIERUM CUPIDISSIMUS fuit* (Imp. Gordianus Junior ſive Secundus).

(1) *Intelliguntur hoc loco* C. Julius Arrianus *&* Æmilius Papus, *qui* Conſules *fuerunt A. V.C. 966, Chriſti autem 243. Notandum etiam eſt, in* Jani Gruteri *editione Scriptorum Hiſtoriæ Auguſtæ Latinorum Minorum pro* Arriano *perperàm legi* Apriano, *eundémque errorem ibidē quoq; repeti in* Indice.

(2) *Idem repetit ac confirmat paulo pòſt ipſe* Julius Capitolinus *ibidem his Verbis:* DEXIPPVS aſſeverat ex FILIO Gordiani (primi) TERTIVM GORDIANVM eſſe natum.

Si quis jam porrò ſcire cupit, quis ille fuerit Dexippus, *qui hic à* Julio Capitolino *citatur, is conſulat* Gerard. Joan. Voſſ. *de Hiſtor. Græc. lib. 2 cap. 18.*

dus). *Habuiſſe eum decretas* ſibi *CONCVBINAS VIGINTI ET DVAS fertur; ex quibus omnibus TERNOS & QVATERNOS FILIOS reliquit, appellatúſq; eſt SVI TEMPORIS* (1) *PRIAMVS; quē vulgò jocantes, quòd eſſet naturâ* (2) *propenſior PRIAPVM, non PRIAMVM, ſæpè vocitârunt. Vixit in delicijs, in hortis, in balneis, in amœniſſimis nemoribus, nec pater aſpernatus eſt, ſæpiſſimè dicens, illum quandoq; in ſummâ claritate citò eſſe moriturum.* Item aliquanto pòſt: *Extant dicta & ſolutâ oratione & verſibus GORDIANI JVNIORIS* (ſive SECVNDI), *quæ* (3) *HODIE ab ejus AFFINIBVS frequentantur, non magna, non minima, ſed media, & quæ appareant eſſe hominis ingenioſi, ſed LVXVRIANTIS & ſuum deſerentis ingenium.* Et tandem: *Hæc de GORDIANO JVNIORE digna memoratu comperimus. Non enim nos talia dicere voluimus, quæ Junius Cordus ridiculè ac ſtultè compoſuit DE VOLVPTATIBVS DOMESTICIS, cæteriſq; infimis rebus; quæ qui velit ſcire ipſum legat Cordum.* Hucuſque *Julius Capitolinus.* Quemadmodum igitur *Horatius* lib. 1 ep. 4 hujuſmodi hominem voluptuarium meritò vocat *Epicuri de grege PORCVM*, his verſibus:

(1) *Nempe ob uberorum multitudinē.* *Quā de re videſis Homerum, & alios antiquos Poetas.*

(2) *Nempe ad rem veneriam.*

(3) *Nempe temporibus* Imp. Conſtantini Magni, *cùm is poſt* Licinij *interitum jam imperaret ſolus. Tunc enim* Julius Capitolinus trium Gordianorum *ſcripſit Vitas, eáſq;* Imp. Conſtantino Magno *dedicavit.*

Me PINGVEM & nitidum benè curatâ cute viſes,
Cùm ridere voles EPICVRI DE GREGE PORCVM;

ſic minimè dubium eſt, quin etiam Autor hujus Teſtamenti eòdem reſpexerit, & *Imp. Gordianum Tertium* finxerit eſſe *Porcellum*, tanquam *libidinoſiſſimo Verre genitum.* Perſuaſiſſimum inſuper habeo, *Imp. GORDIANVM Tertium*, partim quidem ob res in *Africâ* contra *Imp. Maximinum* geſtas, partim autem ob nimiam *perve*-*tuſtæ Nobilitatis ſuæ* oſtentationem, cujus etiam *Julius Capitolinus* expreſsè meminit, partim denique ob *monſtroſam libidinem Veneriam*, tacitè hìc comparari cum *Plautino* illo *Milite glorioſo Pyrgopolinice*, qui in ejuſdem tituli Comœdiâ, & quidē Act. 4 Scen. 2 conqueritur, adeò multas mulieres ob eximiam pulchritudinem ſuam & præclara facta moleſtas ſibi fuiſſe de concubitu, ut, quot illæ & quæ nā fuerint, ne meminiſſe quidem poſſit, ideóq; ſervo ſuo Palæſtrioni interdicit, ne vulgò ac promiſcuè omnibus mulieribus ſuā polliceatur operam. Hinc igitur *Palæſtrio Milphidippam* ancillam ibi alloquitur his verbis:

\- - - - - *PA. Audin' tu mulier?*
Dixi hoc tibi dudum, & nunc dico: niſi huic VERRI affertur merces,
Non hic ſuo ſeminio quamq; PORCVLAM impertiturus eſt.
MI. Dabitur quantum ipſus pretij poſcet. - - -

Item paulo pòſt introducuntur ibidem *Palæſtrio* ſervus, *Milphidippa* ancilla, & ipſe *Pyrgopolinices*, de longævitate filiorum ejus colloquentes hoc modo:

\- - - - *PY.*

- - - - *PT. non edepol tuſcis mulier*
Quantum ego honorem nunc illi (ſc. Heræ tuæ) *habeo.*
(MI. ſcio & iſtuc illi dicam
PA. Contrà auro alij hanc vendere potuit operam MI. iſtuc
(pol tibi credo.
PA. Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnantes fecit;
Et pueri ANNOS OCTINGENTOS vivunt. MI. Væ
(tibi nugator.
PT. Quin MILLE ANNORUM perpetuò vivunt, ab ſeculo
(ad ſeclum.
PA. Eò minus dixi, ne hæc cenſeret me advorſum ſe mentiri
MI. Perij; quot hic ipſe annos vivet, cujus filij tàm diu vivunt?
PT. Poſt triduò natus ſum ego, mulier, quàm Jupiter ex Ope
(natus eſt.
PA. Si hic pridiè natus foret, quàm ille eſt, hic haberet Regnum
(in Cælo.

Nempe & hanc *Militis glorioſi* jactantiam Autor hujus Teſtamenti *Imp. Gordiano Secundo* ſatyricè accommodavit, cum propter *Imp. Gordiani Tertij* feliciſſimam Expeditionem *Perſicam* & ſplendidiſſimum *Triumphi Perſici* apparatū, de quo paulo poſt accuratiùs agetur, tùm quoque ob ejuſdem interitum paulo ante *annum Urbis conditæ milleſimum*.

Quartò, per cognomen COROCOTTA ſignificantur antiquiſſimæ Gentes Romanæ AURELIA & CORNELIA, quibus, ut ſuprà demonſtratum eſt, cognomen COTTA fuit familiare. Nam ex his duabus, ut & pluribus alijs vetuſtiſſimis nobiliſſimiſque Gentibus Romanis *tres Imperatores GORDIANI* oriundos ſe eſſe gloriati ſunt, & quidem nimis affectatâ ambitione, quæ invidiam ſimul ijs peperit & ludibrium. Quâ de re conſulendus eſt *Julius Capitolinus* in principio Vitæ *Imp. Gordiani Primi*, ubi expreſſa fit mentio *originis paternæ* ex *Gracchis* Gentis *Semproniæ*, *maternæ* autem ex *Imp. Trajano* Gentis *Ulpiæ*; ut & in principio Vitæ *Imp. Gordiani Secundi*, ubi originis GORDIANORUM, partim quidem ex *Antoninis* Gentis *Aureliæ*, partim autem ex *Scipionibus* Gentis *Corneliæ*, partim denique ex Gentibus *Pompejâ* & *Antoniâ*, fit mentio his verbis: *Gordianus Junior* (ſive Secundus) *Gordiani Senis*, *Proconſulis Africæ*, *filius, qui cum patre & ab Afris, & Senatu AUGUSTUS appellatus eſt, literis & moribus clarus fuit præter Nobilitatem; quam, ut nonnulli ab ANTONINIS, ut plurimi, ab ANTONIIS duxit. Siquidem argumento ad probandam generis qualitatem alij hoc eſſe dixerunt, quod AFRICANUS Gordianus Senior appellatus eſt, cogno-*

mine SCIPIONVM; quòd Domum POMPEIANAM in Vrbe habuit; quòd ANTONIORVM cognomine ſemper eſt nuncupatus; quòd ANTONIVM filiū ſuum ipſe ſignificari voluit in (1) *Senatu; quæ ſingula videntur Familias deſignare. Sed ego Juniū Cordum ſequor, qui dicit, ex omnibus his Familijs Gordianorum coaluiſſe Nobilitatem. Idem igitur natus patri primus ex Fabiâ Oreſtillâ, Antonij pronepte; unde Cæſarum quoq; Familiam contingere videbatur. Et primis diebus ſui natalis ANTONIVS eſt appellatus; mox in Senatu ANTONINI nomen eſt editum; vulgò deinde GORDIANVS haberi coeptus.* Hucuſque *Julius Capitolinus*. Cæterùm quamvis, ut ſuprà demonſtravi, cognomen COTTA rectè derivetur à græco verbo κοτ̃ίω, quod idem eſt atque *verbero*, opinor tamen hîc propter *Imp. Gordiani Secundi* LASCIVIAM JUVENILEM, quâ, ut *Julius Capitolinus* teſtatur, à luxurioſo Imperatore *Heliogabalo* Quæſturam promeruit, per cognomen COROCOTTA etiam alludi ad *Cottabum* ſive *Cottabiſmum*, celeberrimum in antiquorū Græcorū & Latinorum convivijs Ludum, quem *Joannes Meurſius* in Libello eruditiſſimo *de Ludis Græcorum* deſcribit his verbis: *Defixa in terram virga quadam longa erat, ac ſuper eam item altera, quæ utrinque agitabatur ceu in ſtaterâ. Ex hâc lances duæ appenſæ, & ſub ipſis crateres totidem, aquâ pleni. Sub aquâ ſtatua ænea erat deaurata,* Μάνης *dicta. Jam qui* κοτ̃αβίζειν *vellent, phialam vino plenam habebant, longiúſq; abſiſtentes, inter ſe certabant, quod vini ex epotâ illâ ſupereſſet, id in lancem illam mittere, ut repleta gravis fieret, inclinarétq;, & caput allideret ſtatuæ ſub aqua latentis, atque ita ſonum ederet; quiq; ita jaceret, ut ne gutta quidem una in terram caderet, majorémq; è jactu ſuo ſonum ederet, ille victor, ab amicâ redamari ſe putabat.* Hæc *Meurſius*. Vide etiam Explicatores *Juvenalis* ad Satyræ *tertiæ* verſum *centeſimum octavum*, qui *ultimus* eſt lectu digniſſimi iſtius loci, ubi *Adulatores*, qui tunc temporis in *Aulâ Cæſareâ* vel *Græci* fuerunt, vel *Itali*, Græcorū in arte comicâ & adulatoriâ ſimij, elegantiſſimè deſcribuntur his verſibus:

Natio COMOEDA eſt. Rides? majore cachinno
Concutitur; flet, ſi lachrymas conſpexit amici,
Nec dolet; igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit (2) *endromidem; ſi dixeris æſtuo, ſudat.*
Non ſumus ergò pares: melior, qui ſemper & omni
Nocte diéque poteſt alienum ſumere vultum,
A facie jactare manus, laudare paratus,

Si

(1) Iſaacus Caſaubonus pro in Senatu *legēdum hîc eſſe credit* in Cenſu, *hoc eſt, in profeſſione liberorum, ſolitâ à parentibus fieri apud Acta.*

(2) Endromis *veſtis fuit Gallica, quâ Romani ad arcendum frigus uſi ſunt, & quidem præcipuè in Gymnaſio & Theatro poſt exercitationem ludorum, ne luſores calefacti ſubitò refrigeſcerent.*

Si benè ructavit, ſi rectum minxit amicus,
SI TRVLLA INVERSO CREPITVM DEDIT AVREA (FVNDO.

Quintò, per titulum EVERSORIS DOMI, quem *Cocus porcello occidendo* tribuit, ut & per *propriam* ejuſdem *porcelli confeſſionem*, SI QVA FECI, SI QVA PECCAVI, SI QVA VASCVLA PEDIBVS MEIS CONFREGI, ſignificantur Imp. GORDIANI TERTII *tres priores anni* adminiſtrationis Imperij, videlicet ab anno Chriſti 238, quo electus eſt, uſque ad annum 241, quo, antequàm contra *Perſas* proficiſceretur, in uxorem duxit filiam (1) *Myſithei*, doctiſſimi atque diſertiſſimi Viri, quem in locum *Parentis* adſcivit, & ſtatim fecit *Præfectum Prætorij*. Hucuſque enim *Imperium Gordiani puerile* & *contemptibile* fuerat culpâ *Matris* & pravorũ ejus ac corruptorum Miniſtrorum aulicorũ, quorum illa perniciosis conſilijs & ſceleſtâ operâ per ignorantiam aut conniventiam uſa eſt, quique ſummo jure EVERSORES DOMVS AVGVSTÆ, EVERSORES IMPERII, & EVERSORES SALVTIS PVBLICÆ appellari meruerunt. Melioribus enim & fideliori-bus conſilijs per ſocerum ſuum *Myſitheum* informatus, agnovit ipſe poſteà *errores* ſuos in adminiſtrando Imperio commiſſos, eóſque bonâ fide abolevit & emendavit; ut *Julius Capitolinus* in ipſius Vitâ luculentiſſimè teſtatur hâc verè aureâ & omnibus Principibus utiliſſimâ lectúque neceſſariâ narratione: *Finitâ igitur ſolicitudine in Africâ, Gordiano jam iterùm & Pompejano Conſulibus, bellum Perſicum natum eſt. Quare ADOLESCENS Gordianus, priuſquam ad bellum proficiſceretur, duxit uxorem filiam MYSITHEI, DOCTISSIMI VIRI, quem CAVSA ELOQVENTIÆ dignum (2) Parentelâ ſuâ putavit, & Præfectum (Prætorij) ſtatim fecit. Poſt quod non PVERILE jam & CONTEMPTIBILE videbatur Imperium; ſiquidem & optimi Soceri conſilio adjuvaretur, & ipſe (3) propriâ ætate aliquantulùm ſaperet, nec per ſpadones aut MINISTROS AVLICOS, (4) Matris vel (5) ignorantiâ vel conniventiâ venderetur. Extat deníque & Soceri ejus ad eum epiſtola, & ipſius GORDIANI ad Socerum, quâ intelligitur ejus ſeculum emendatius ac diligentius Socero adjuvante perfectum, quarum exemplum hoc eſt: DOMINO FILIO ET AVGVSTO MYSITHEUS SOCER ET PRÆFECTVS. Evaſiſſe nos gravem temporum maculam, quâ per SPADONES & per illos, qui AMICI Tibi videbantur, (erant autem vehe-*

(1) *Ita hoc nomen verè ſcribendum eſt nempe, per Y primâ ſyllabâ, nõ autem per I; ut jam pridem rectè obſervarunt ac monuerunt doctiſſimi Viri* Iſaacus Caſaubonus & Claudius Salmaſius *in Notis ad* Julium Capitolinum.

(2) *Hoc eſt, quem in locum* Parentis *adſciſceret, & cui ſe daret in* filium. *Nam quòd* gener ſocérq; patris & filij *nomina uſurpaverint, ex ſequentibus* Imp. Gordiani & Myſithei *epiſtolis mutuis videre eſt.* (3) *Ita hîc legendum eſt, nempe* propriâ ætate, *non autem, ut vulgò perperàm legitur* pro pietate. *Salmaſius legendum cenſet* pro ætate. (4) *Priuſquam enim* Imp. Gordianus III *in uxorem duceret filiam* Myſithei, *totus fuit in poteſtate* Matris, *ita ut ipſa filij nomine omnia in Imperio ageret & adminiſtraret per ſpadones alióſq; pravos miniſtros aulicos.* (5) MISER *meritò appellandus eſt* Princeps, *qui cùm à Miniſtris ſuis aulicis venditur, vendi ſe ignorat;* STVLTVS *autem, qui ſe vendi ſcit, & connivet.*

mentes INIMICI;) omnia vendebantur, voluptati nobis eſt, eo magis, quo Tibi gratior EMENDATIO eſt; ut ſi qua vitia fuerunt, TVA NON FVISSE ſatis conſtet, mi Fili venerabilis. Neque enim quiſquam ferre potuit datas Eunuchis ſuffragantibus militum præpoſituras; NEGATVM LABORIBVS PRÆMIVM; aut interemptos, aut liberatos, pro libidine atque mercede, quos non decebat; VACVATVM ÆRARIVM; per eos, qui quotidiè Te inſidioſiſſimè frequentabant, initas factiones, ut Tu decipereris; cùm inter ſe de bonis peſſimi quiq; haberent ANTE-CONSILIA Tibimet ſuggerenda; bonos pellerent, deteſtandos inſinuarent; omnes poſtremò TVAS FABVLAS vēderent. Dijs igitur gratias quòd, VOLENTE TE IPSO, emēdata Reſpublica eſt. Delectat ſanè boni Principis eſſe Socerũ, & ej⁹, QVI OMNIA REQVIRAT, ET OMNIA VELIT SCIRE, & qui pepulerit homines, per quos anteà VELVT IN AVCTIONE poſitus, nundinatus eſt. Item GORDIANI *ad ipſum: IMPERATOR GORDIANVS AVGVSTVS MYSITHEO PATRI ET PRÆFECTO. Niſi Dij omnipotentes Romanum tuerentur Imperium, etiamnunc per emptos Spadones velut in haſtâ poſiti venderemur. Denīq; nunc demùm intelligo, neque Felicem Prætorianis cohortibus præponi debuiſſe, Neque Serapammoni quartam legionem credendam fuiſſe, &, ne omnia dinumerem, MVLTA NON FVISSE FACIENDA, QVÆ FECI; ſed Dijs gratias, quòd te inſinuante, qui nihil vendis, didici ea, quæ INCLVSVS ſcire non poteram. Quid enim facerem, quòd nos Maurus venderet, & conſilio cum Gaudiano & Reverendo & Montano habito, vel laudaret aliquos, vel vituperaret, & illorum conſenſu quaſi teſtium, quod dixerat, approbarem? Mi Pater, verum audias velim. MISER EST IMPERATOR, APVD QVEM VERA RETICENTVR; qui cùm ipſe publicè ambulare nō poſſit, neceſſe eſt, ut audiat, & vel audita, vel à plurimis corroborata, confirmet. His epiſtolis intellectum eſt, ADOLESCENTEM Soceri conſilijs emendatum atque correctum.* Hucuſque *Julius Capitolinus.*

Sextò, per titulos SOLIVERSORIS & FVGITIVI, quos *Coccus porcello occidendo* tribuit, ſignificatur Imp. Gordiani Tertij EXPEDITIO CONTRA PERSAS, *Syriam populantes*, utpote quam eâ potiſſimùm de causâ ſuſcepit, ut varios errores, in adminiſtrando Imperio culpâ *Matris* & miniſtrorum ejus antè commiſſos, abſens inſigni aliquo & glorioſo facto ſuo compenſaret. Quàm felix autem & fortunatus Expeditionis iſtius fuerit ſucceſſus, refert *Julius Capitolinus* his verbis: *Sedato terræ motu;* (1) *Prætextato & Attico Conſulibus,*

(1) Intelliguntur hoc loco C. Aufidius Atticus & C. Aſinius Prætextatus, *qui* Conſules *fuerunt A. V. C.* 995, *Chriſti autem* 242. *Notandum etiam obiter eſt,* Aufidium *ab* Iſ. Caſaubono *in Notis ad* Julium Capitolinum *perperàm appellari* Vettium.

libus, GORDIANUS *aperto Janogemino, (quod ſignum erat indicti belli,) profectus eſt contra* PERSAS *cum exercitu ingenti, & tanto auro, ut vel auxilijs vel militibus facilè Perſas vincere poſſet. Fecit iter in Moeſiam, atq; in ipſo procinctu, quidquid hoſtium in Thraciâ fuit, delevit, fugavit, expulit atq; ſubmovit Inde per Syriam in Antiochiam venit, quæ à Perſis jam tenebatur. Illic frequentibus prælijs pugnavit & vicit,* SAPORE *Perſarum Rege ſubmoto poſt Artaxatam, Antiochiam recepit, & Carras, & Niſibin, quæ omnia ſub Perſarum Imperio erant. Rex ſanè Perſarum tantùm* GORDIANUM *Principem timuit, ut cùm inſtructus eſſet ſuis copijs, noſtris tamen Civitatibus ipſe præſidia ſponte deduceret, eáſque integras ſuis civibus redderet, ita ut nihil, quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret. Sed hæc omnia per* MYSI·THEUM *Socerum Gordiani, eundémq; Præfectum, geſta ſunt. Effectum deniq; eſt, ut Perſæ, qui jam in Italiâ timebantur, in Regnum ſuum, pugnante* GORDIANO *redirent, totúmq; Orientem Romana Reſpublica detineret. Exſtat Oratio* GORDIANI *ad Senatum, quâ de rebus ſuis geſtis ſcribens,* MYSITHEO *Præfecto ſuo & Socero ingentes gratias agit; cujus partem indidi, ut ex eo vera* (1) *cognoſceres: Poſt hæc,* PATRES CONSCRIPTI, *quæ, dum iter agimus, geſta ſunt, quæq; ubiq; ſingulis triumphis digna ſunt actitata; etiam* PERSAS, *ut brevi multa connectam, ab Antiochenſium cervicibus, quas jam nexas Perſico ferro gerebant, & Regem Perſarum amovimus. Carras deinde cæteráſq; Urbes Imperio Romano reddidimus. Niſibin uſq; pervenimus, &, ſi Dij faverint, Cteſiphonta uſque veniemus. Valeat tantùm* MYSI·THEUS *Præfectus & Parens noſter, cujus ductu & diſpoſitione & hæc tranſegimus, & reliqua tranſigemus. Veſtrum eſt igitur ſupplicationes decernere, Nos Dijs commendare,* MYSITHEO *gratias agere. His in Senatu lectis, quadrigæ elephantorum* GORDIANO *decretæ ſunt, utpote qui* PERSAS *viciſſet, ut* TRIUMPHO PERSICO *triumpharet;* MYSITHEO *autem quadriga equorum, & triumphalis currus, & titulus hujuſmodi:*

(1) Alloquitur hoc loco Iulius Capitolinus Imp. Cōſtantinū Magnum.

MYSITHEO EMINENTI VIRO,
PARENTI PRINCIPUM,
PRÆTORII PRÆFECTO, TUTORI REIP.
S. P. Q. R. VICEM REDDIDIT.

Hucuſque *Julius Capitolinus* de *Imp. Gordiani Tertij* feliciſſimâ Expeditione Perſicâ.

Septimò, per *Porcelli occidendi deprecationem* ROGO DOMINE COCE, VENIAM, vel, ut in *Abſtemianâ* editione legitur, VITAM PETO; ROGANTI CONCEDE, ſignifica-

tur

tur infima illa & prorsùs pudenda infractio animi & demiſſio, quâ IMP. GORDIANVS TERTIVS *Præfectum Præfectorij* M. JVLIVM PHILIPPVM ARABEM præ metu mortis jam appellavit (1) DOMINVM, & ab eodem ultimis precibus petijt, ut SE PRO DVCE HABERET, ET PATERETVR VIVERE; quemadmodum *Julius Capitolinus* teſtatur in ipſius Vitâ, ubi totum illum miſerabilem & verè Tragicum caſum à principio uſque ad finem perſpicuè ſimul atque breviter enarrat his verbis: *MYSITHEO mortuo, Arriano & Papo Conſulibus, in ejus locum PRÆFECTVS PRÆTORII factus eſt PHILIPPVS ARABS, humili genere natus, ſed ſuperbus, qui ſe in novitate atq; enormitate fortunæ non tenuit; ita ut ſtatim GORDIANO, qui eum IN LOCUM PARENTIS adſciverat, inſidias per MILITES faceret, quæ tales fuerunt. MYSITHEVS tantum, quantùm diximus, habuerat conditorum, ut vacillare diſpoſitio* (2) *Romana non poſſet, verùm ARTIBUS PHILIPPI primùm NAVES FRUMENTARIÆ ſunt averſæ; deinde in ea loca deducti ſunt milites, in quibus* (3) *ANNONARI non poſſent. Hinc GORDIANO INFESTOS MILITES ſtatim reddidit, non intelligentes, ARTIBVS PHILIPPI Juvenem eſſe deceptum. Sed PHILIPPVS etiam hoc addidit, ut rumorem per milites ſpargeret: ADOLESCENTEM ESSE GORDIANVM, IMPERIVM NON POSSE REGERE; MELIVS ESSE ILLVM IMPERARE, QVI MILITEM GVBERNARE, QVI REMPVBLICAM SCIRET. Corrupit præterea etiam principes, effectúmq;, ut palàm PHILIPPVS ad Imperium poſceretur. AMICI GORDIANI primùm vehementiſſimè reſiſtebant, ſed cùm MILITES FAME vincerentur, Imperium PHILIPPO mandatum eſt, juſſúmq; à militibus, ut quaſi TVTOR ejus PHILIPPVS cum eodem GORDIANO pariter imperaret. Suſcepto igitur Imperio, cùm & PHILIPPVS ſe contra GORDIANVM ſuperbiſſimè ageret, & ille ſe Imperatorem atque Imperatorum prolem, & Virum nobiliſſimæ Familiæ recognoſceret, nec ferre poſſet IMPROBITATEM HOMINIS IGNOBILIS, apud Duces & milites, adſtante Præfecto MÆCIO GORDIANO, Affine ſuo, in Tribunali conqueſtus eſt, ſperans poſſe Imperium PHILIPPO abrogari. Sed hâc conqueſtione nihil egit, cùm illũ incuſâſſet, quòd immemor beneficiorum ejus ſibi minùs gratus exiſteret. Et cùm milites rogâſſet, cùm apertè Duces ambîſſet, FACTIONE PHILIPPI minor apud omnes fuit. Denique*

(1) *De Titulo* DOMINI, *quatenùs* IMPERATORI ROMANORUM *ſimpliciter & per excellentiam cõpetit, vide librum decimum Epiſtolarum* Plinij Junioris *ad* Imp. Trajanum, *& inſcriptionem ſuprà exhibitæ* Epiſtolæ Myſithei *ad* Imp. Gordianum Tertium, *atq; inſuper conſule* Julij Cæſaris Bulengeri *caput* 32 *Libri primi de* Imperatore Romano, *ubi eâ de re ex profeſſo accuratè agitur.*

(2) Iſaac. Caſaubonus *exiſtimat hîc pro* diſpoſitio Romana *legendum eſſe* diſpoſitio annonaria.

(3) *Ab* annona *factum eſt verbum deponens* annonari, *ut* frumentari, aquari, *& ejus generis alia. Sunt tamen etiam, qui hîc legendum arbitrantur*: in quibus ANNONA HABERI non POSSET.

nique cùm ſe videret MINOREM haberi, petijt, ut ÆQVALE ſaltem inter eos eſſet Imperium; nec impetravit. Dehinc petijt, ut loco (1) *CÆSARIS haberetur; nec id obtinuit. Petijt etiam, ut PRÆFECTI loco eſſet PHILIPPO, quod & ipſum negatum eſt. VLTIMÆ PRECES fuerunt, ut EVM PHILIPPVS PRO DVCE HABERET, ET PATERETVR VIVERE. Ad quod quidem penè conſenſerat PHILIPPVS ipſe tacitus, ſed omnia per amicos agens nutibus atq; conſilijs. Verùm cùm ſecum ipſe cogitaret amorem Populi Romani & Senatûs circa GORDIANVM, & totius Africæ ac Syriæ, totiúſque Orbis Romani, cùm & nobilis eſſet, & nepos ac filius Imperatorum, & bellis gravibus totam Rempublicam liberâſſet, (poſſe fieri, ut* (2) *factione quandoq; militum GORDIANO redderetur Imperium,) cùm RECENTES IN GORDIANVM IRÆ MILITVM FAMIS CAVSA VEHEMENTES eſſent, CLAMANTEM* (3) *ANTE CONSPECTVM DVCI JVSSIT, ac SPOLIARI & OCCIDI; quod, cùm primùm DILATVM eſſet, pòſt, ut juſſit,* (4) *IMPLETVM eſt. Ita PHILIPPVS impiè, non jure obtinuit Imperium. Imperavit GORDIANVS annis SEX.* Hucuſque *Julius Capitolinus.*

Octavò, ſi per CALENDAS LVCERNINAS, ut (5) ſuprà indicavi poſſe veriſimiliter conjectari, alluditur ad Λυχνοκαΐαν ſive FESTVM LVCERNARVM, per *totam Ægyptum* olim quotannis religioſiſſimè celebratum, minimè dubium eſt, quin ſimul etiam ſatyricè alludatur ad IMP. PHILIPPI *nationem* ARABICAM. *Arabia* enim *Ægypto* adeò propè adjacet, ut illi, qui *Ægypti Superioris partem Orientalem Trans-Niliacam* incoluerunt, ARAB-ÆGYPTII appellati ſint.

Nonò, per CLIBANATVM & PIPERATVM CONSVLES, ſignificantur PEREGRINVS & FVLVIVS ÆMILIANVS, qui *Conſules* fuerunt A.V.C.997, Chriſti autē 244, quo *Imp. Gordianus Tertius* juſſu Præfecti Prætorij *Philippi Arabis* nefariè occiſus eſt.

Decimò, per verba, ET VT VIDIT SE MORITVRVM ESSE, HORÆ SPATIVM PETIIT; COCVM ROGAVIT,

(1) CÆSAR *ſignificat hìc* deſignatum *ſive* futurum Imperatorem. *Vide* Jul. Cæſ. Bulengerum *de Imperatore Romano lib.* 1 *cap* 4, *ubi ex profeſſo agitur* de Nomine & Titulo CÆSARIS.

(2) *Salmaſius exiſtimat hìc legendū eſſe:* fieri poſſe, ut RE-FICTA quandoq; militum VOLVNTATE Gordiano redderetur Imperium. *Ego verò nihil mutandum eſſe arbitror.*

(3) *Salmaſius legendum cenſet:* clamantem E CONSPECTV duci juſſit, ac diſpoliari & occidi. *Ego verò nihil mutandum eſſe arbitror.* (4) *Modum* occiſionis *&* *numerum* occiſorum *refert idem* Julius Capitolinus *aliquanto pòſt his verbis:* Quod de Cajo Cæſare memoriæ traditum eſt, hoc etiam de GORDIANO Cordus eveniſſe perſcribit. Nam omnes, quicunque illum GLADIO appetiverunt, (qui NOVEM fuiſſe dicuntur,) poſteà, interemptis Philippis, ſuâ manu ſuiſq; GLADIIS, & IISDEM, quibus illum PERCVSSERANT, interijſſe dicuntur. (5) *Vide ſuprà pag.* 353. *Conſiderent tamen Viri docti, an fortè alia quædam* Calendarum LVCERNINARVM *explicatio erui poſſit ex* Julij Capitolini *in Imp. Gordiani Tertij Vitâ, ubi de principio* Imperij *ipſius agitur, his verbis:* Sed INDICIVM NON DIV IMPERATVRI GORDIANI hoc fuit, quod Eclipſis Solis facta eſt, ut nox crederetur, neq; SINE LVMINIBVS ACCENSIS quidquam agi poſſet. *Petuit enim ſatyricus hujus Teſtamenti Autor etiam ad illam* Eclipſin, *tanquam cædis* Gordiani *prænunciam, ob LVCERNARVM VSVM in tantis* tenebris *neceſſarium, haud abſurdè alludere.*

VIT, VT TESTAMENTVM FACERE POSSET, ſignificatur exigua *dilatio* cædis *Imp. Gordiani Tertij*, quàm *Julius Capitolinus* ſuprà citato loco expreſsè indicat his verbis: *CLAMANTEM ante conſpectum DVCI juſſit, ac SPOLIARI & OCCIDI; quod cùm primùm DILATVM eſſet, pòſt, ut juſſit, impletum eſt.*

Vndecimò, per *Porcelli occidendi patrem* VERRINVM LARDINVM ſignificatur IMP. GORDIANVS SECVNDVS, partim quidem propter *nimiam* ejus *libidinem veneriam*, cujus (1) ſuprà jam eſt facta mentio, partim autem propter *vaſtitatem & obeſitatem corporis*, quam *Julius Capitolinus* in ipſius Vitâ indicat his verbis: *Pomorum & OLERVM avidiſſimus fuit, in reliquo ciborum genere parciſſimus; adeò ut ſemper pomorum aliquid recentium devoraret. Frigidarum percupidus; nec facilè per æſtatem niſi (2) frigidas edit, & quàm plurimùm bibit. Et erat CORPORIS VASTI; quare magis ad frigidas urgebatur.* Item paulo pòſt idem *Julius Capitolinus*, poſtquam narravit, *Vulcatium Terentianum* in ſui temporis Hiſtoriâ ſcripſiſſe, *quòd Imp. Gordianus Secundus POMPEIO viſus ſit ſimilimus*, ſubjungit: *quamvis Pompejus OBESI CORPORIS fuiſſe denegetur.* Cæterùm quòd *Imp. Gordianus Secundus* hîc fingitur *tempore cædis* filij ſui *Imp. Gordiani Tertij* adhuc vivere, id pertinet ad deridendam jam memorati *Imp. Gordiani Tertij ſimplicitatem* in adſciſcendo ſibi IN LOCVM PARENTIS *Philippum Arabem*, à quo, tanquam ab homine barbaro & ſuperbo, nihil niſi perniciem ſuam atque interitum expectare potuit.

Duodecimò, per id quod *Porcellus occidendus* LINGVAM ſuam CAVSIDICIS & VERBOSIS legat, videtur alludi ad *Myſitheum*, quem *Imp. Gordianus Tertius*, ut *Julius Capitolinus* (3) ſuprà citato loco teſtatur, tanquam DOCTISSIMVM VIRVM, ELOQVENTIÆ CAVSA dignum putavit, ut eum aſſumeret *Socerum*, & in locum *Parentis* adſciſceret. Præterea etiam videtur ſatyricè derideri *Oratio* ipſius *Imp. Gordiani Tertij*, quâ in Tribunali militibus *fruſtrà* perſuadere conatus eſt, ut contrà ſe electo *Philippo Arabi* abrogaretur Imperium.

Decimo tertiò, per legatum, licet ridiculum ac turpe, quod *Porcellus occidendus Coco* occiſori ſuo relinquit, alluditur ſatyricè ad *Imp. Gordiani Tertij ſplendidiſſimum Triumphi Perſici apparatum*, quo *Imp. Philippus Arabs* poſt cædem *Gordiani* in *Ludis Secularibus anni Vrbis conditæ milleſimi* magnificentiſſimè uſus eſt; ut teſtatur *Julius Capitolinus* his verbis: *Fuerunt ſub GORDIANO (TERTIO) Ro-*

(1) *Vide ſuprà pag.* 361, 362 & 363.

(2) Frigidæ, *ſcilicet* menſæ, *ſignificat hîc quicquid, ut edatur, ignis operâ opus non habet. Similiter & Plutarchus in Sympoſiacis Quæſtionibus* edulia, *hujuſmodi* ἄπυρα *ſive* incocta *appellat* ψυχρὰς τραπέζας. *Quoniam autem tales cibi, qui & hoc loco & apud Plutarchum per* frigidas *intelliguntur, imbecillimæ ſunt materiæ, minimúmque alimenti præſtant, hinc valdè proſunt iis, qui abdomine laborant, ad minuendum adipem.*

(3) *Vide ſuprà pag.* 365.

Romæ elephanti triginta & duo, quorum ipſe duodecim miſerat, (1) *Alexander decem; alces decem; tigres decem; leones manſueti ſexaginta; leopardi manſueti triginta;* (2) *belbi, id eſt hyæna, decem; gladiatorum fiſcalium paria mille; hippopotamus & rhinoceros unus,* (3) *archoleontes decem; camelopardali decem; onagri viginti; equi feri quadraginta; & cætera hujuſmodi animalia innumera & diverſa: quæ omnia PHILIPPVS LVDIS SECVLARIBVS vel dedit, vel occidit. Has autem omnes feras manſuetas, & præterea efferas,* (4) *PARARAT GORDIANVS AD TRIVMPHVM PERSICVM; ſed votum publicum nihil valuit. Nam omnia hæc PHILIPPVS exhibuit SECVLARIBVS LVDIS & Muneribus atq; Circenſibus, cùm MILLESIMVM AB VRBE CONDITA ANNVM in Conſulatu ſuo & filij ſui celebravit.*

Decimò quartò, poſt imprecationem voluntarij ſuſpendij, LIGET SIBI COLLVM DE RESTE, ſubaudienda eſt ſatyrica hæc clauſula VT FECIT MEVS AVVS. Reſpicitur enim ad *Imp. Gordiani Primi interitum*, quem *Julius Capitolinus* narrat his verbis: *Hac ubi comperit SENIOR GORDIANVS,* (nempe filium ſuum *Gordianum Juniorem* ſive *Secundum* pugnâ contra *Capelianum* com miſsâ victum, & in prælio interfectum eſſe,) (5) *cùm in Africâ nihil præſidij, & à MAXIMINO multum timoris; & fides Punica perurgeret, & acerrimè* (6) *Capelianus inſtaret, luctus deinde mentem atque animum fatigaret, LAQVEO VITAM FINIVIT.* Hæc *Julius Capitolinus*; nec aliter *Herodianus* Hiſtoriarum ſui temporis libro *ſeptimo*, ubi eandem rem narrans, his utitur verbis: ἀνήρτησεν ἑαυτὸν βρόχῳ.

Decimò quintò, per MONVMENTVM, quod *Porcellus occidendus* VULT SIBI FIERI EX LITERIS AVREIS SCRIPTVM, ſignificatur SEPVLCRVM IMP. GORDIANI TERTII cum TITVLO ſive INSCRIPTIONE, cujus *Julius Capitolinus* in Vitæ ipſius fine meminit his verbis: *Trium igitur Gordianorum hæc fuit vita, qui omnes AVGVSTI appellati ſunt, duobus in Africâ interemptis, IN PERSIDIS FINIBVS TERTIO. GORDIANO* (ſcilicet *Tertio*) *SEPVLCRVM milites apud* (7) *CIRCESIVM CA-*

(1) *Intelligitur hoc loco* Imp. M. Aurelius Severus Alexander, *qui A. C. 235 militari tumultu occiſus eſt.*

(2) Salmaſius pro belbi *legendû eſſe cenſet* beluæ, *ita ut* hyænæ *per excellentiâ appellentur* beluæ, *cùm tamen hoc nomen alioqui generale ſit.*

(3) Joſephus Scaliger *&* Iſ. Caſaubonus *exiſtimant hîc legendû eſſe* agrioleontes, *hoc eſt*, feri leones, *ita ut opponantur ſuprà memoratis* manſuetis; Salmaſius *autem aſſerit legendum eſſe* argoleontes, *hoc eſt* albi leones, *idq; probat* Epiſtolâ Alexandri Magni *ad* Ariſtotelem, *in quâ expreſſa ſit mentio* alborum leonum, *tauris comparandorum magnitudine corporu.* (4) *Ita hîc legendum eſt, nempe* parârat *ſive* paraverat, *non autem, ut vulgò legitur,* parabat. (5) *Ita legitur hic locus in editione* Jani Gruteri; *in* Caſauboni *autem &* Salmaſij *editionibus hoc modo:* Hæc ubi comperit Senior Gordianus, modicas vires ſuas, Maximini magnas, inſtantem Capelianum, rarámq; Punicam fidem conſiderans, & acri dolore percitus, ut vincula etiam hoſtium evitaret, LAQVEO VITAM FINIVIT, & vitam cum Imperio reliquit. Hic exitus *&c.* (6) *Apud* Herodianum *legitur* Καπελλιανὸς *per duplex* Λ *ſive* L, (7) *Ita hîc legendum eſt; nempe* Circeſium, *pro quo apud* Zoſimum *&* Procopium *græcè legitur* Κιρκήσιον, *non autē, ut vulgò perperàm legitur,* Circejum. *Fuit autem* Caſtrum *hoc græcè appellatum* Κιρκήσιον, *quaſi latinè dicas* Circenſe, *quòd* Circi *inſtar aquâ eſſet circumdat ū*

CASTRVM fecerunt IN FINIBVS PERSIDIS, TITVLVM hujuſmodi addentes, & Græcis, & Latinis, & Perſicis, & Judaicis, & Ægyptiacis LITERIS, ut ab omnibus legeretur:

DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM,
VICTORI GOTHORVM, VICTORI SARMATARVM,
DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM,
VICTORI GERMANORVM,
SED NON VICTORI PHILIPPORVM.

Quod ideò videbatur additum, quia in Campis (1) *PHILIPPICIS ab Alanis tumultuario prælio VICTVS abſceſſerat; ſimul etiam quòd à PHILIPPIS videbatur* (2) *OCCISVS. Quem* (3) *TITVLVM evertiſſe LICINIVS dicitur, eo tempore,* (4) *quo eſt nactus Imperium, cùm ſe vellet videri à PHILIPPIS originem trahere.* Huc uſque Julius Capitolinus.

Decimo ſextò, per MILLE ANNOS, quos *Porcellus* IMPLESSET, ſi adhuc SEMIS VIXISSET, alluditur quidem ſatyricè ad ſuprà memoratum *Plautinum Pyrgopolonicen* ejúſque *filios, meros bellatores genitos, & MILLE ANNORVM perpetuò viventes ab ſeculo ad ſeclum*, re verâ autem ſignificatur ANNVS VRBIS CONDITÆ MILLESIMVS, quem *Imp. Gordiani Tertij cædes triennio* anteceſſit. Occiſus enim is eſt A. V. C. 997, cùm imperâſſet *annos* SEX. Si igitur in Imperio adhuc vixiſſet TRES *annos*, hoc eſt, SEMIS ejus temporis, quod jam imperaverat, attigiſſet finem *anni ab Vrbe conditâ* MILLESIMI. Hic certè verus & genuinus eſt *Inſcriptionis* iſtius ſenſus, quem Autor hujus Teſtamenti deditâ operâ & ſummo ſtudio obſcuravit, partim quidem dùm *annum* poſuit *nongenteſimum nonageſimum nonum* pro *nongenteſimo nonageſimo ſeptimo*, partim autem ambiguitate vocis SEMIS, quæ hîc non ſignificat DIMIDIVM ANNVM, ſed DIMIDIVM TEMPVS IMPERII *Imp. Gordiani Tertij.* Quod reſtat, nec ſilentio prætereundum eſt, in editione *Laurentij Abſtemij*

(1) Salmaſius *minùs rectè exiſtimat pro* in Campis Philippicis *legendum hîc eſſe* in Campis PHILIPPIS. Philippi *enim ipſa appellata fuit Vrbs* Macedoniæ *in* Thraciæ *confinio, unde* Câpi PHILIPPICI *denominati ſunt. Quod igitur in* Sepulcro Gordiani *ambiguè inſcriptum fuit* SED NON VICTORI PHILIPPORVM, *id ſine ignominiâ* Imp. Philippi Arabis *explicari poteſt, ac ſi legeretur,* SED NON VICTORI IN CAMPIS APVD VRBEM PHILIPPOS. (2) *Ipſe enim* Imp. Philippus Arabs *& ejuſdem filius* Philippus Junior, *occuluerunt iſtud facinus quàm maximè, ideóque aſseverârunt ac præ ſe tulerunt,* Imp. Gordianum Tertium morbo *periiſſe.* (3) Titulum *ergò tantùm ſive* Inſcriptionem *evertit, tanquam* Imp. Philippo Arabi *propter exprobrationem* cædis Imperatoris Gordiani Tertij *ignominioſum, non autem* Sepulcrum *ipſum, utpote quod* Ammianus Marcellinus, *qui ſub Imperatoribus* Gratiano *&* Valentiniano Juniore *floruit, Libro 23tio expreſsè teſtatur ſuâ adhuc ætate exſtitiſſe, & propriis oculis à ſe eſſe conſpectum.* (4) *Contigit hoc A.* C. 310, *ut teſtatur* Euſebius Pamphili *his verbis:* Ἔτει ΤΙʹ, Λικίνιος ἀναγορεύθη ἐν Καρνούντῳ· *hoc eſt, S.* Hieronymo *interprete*: LICINIVS à Galerio Carnunti Imperator factus. *Vide etiam R.P.* Dionyſij Petavij *Opus de Doctrinâ Temporum lib.* 11 *cap.* 34, *& lib.* 13, *ubi* initium Imperij Licinij *refertur ad annum Chriſti* 308. Aubertus *autem* Miræus *&* Vbbo Emmius *referunt illud ad an. Chriſti* 311.

ſtemij poſt verba VIXIT ANNOS DCCCCXCVIIII perperàm ſequi ET MENSES SEX. Superfluum enim hoc eſt additamentum, & à recentiori alicujus correctoris manu, qui elegantiſſimum iſtius loci ænigma obeſis ſuis naribus minimè odoratus eſt.

Decimo ſeptimò, per OPTIMOS denique AMATORES ET CONSIMILES VITÆ (ita enim hîc legendum eſt, non autem ut in *Laurentij Abſtemij* & *Barnabæ Briſſonij* editionibus perperàm legitur, CONSVLES VITÆ) quos *Porcellus occidendus* rogat, ut CORPORI ſuo BENE FACIANT, vel, ut in editione *Abſtemianâ* legitur, CVM CORPORE ſuo BENE FACIANT, & BENE CONDIANT DE BONIS CONDIMENTIS (1) NVCLEI, PIPERIS ET MELLIS; ut & per (2) DOMINOS ET CONSOBRINOS, QVI TESTAMENTO INTERFVERVNT, atq; illud SIGNARVNT, ſignificantur partim quidem *Imp. Gordiani Tertij* COGNATI & AFFINES alijque AMICI, quos *Julius Capitolinus* refert vehementiſſime reſtitiſſe, ne *Philippo Arabi* à militibus mandaretur Imperium, & inter eos præcipuè *Mæcius Gordianus*, qui *Imp. Gordiano* in Tribunali adſtitit, ubi apud milites de *Philippi Arabis* ingrato & ſuperbo erga ſe animo conqueſtus eſt, eique Imperium abrogari petijt; partim autem MILITES, qui eidem *Imp. Gordiano* ſuprà memoratum fecerunt SEPVLCRVM *in finibus Perſidis* apud *Caſtrum Circeſium*. Nomina autem omnia, quæ illis hîc tribuuntur fictitia ſunt, alluditúrq; per ea *ad uſum & præparationem carnis porcinæ*, & inde facta *edulia*. Per nomen enim LVCANICVS alluditur ad *Lucanicam*, farciminis genus è conciſâ carne porcinâ, de quo extat hoc *Martialis* diſtichon, quod eſt lib. 13 epigram. 35:

> *Filia Picenæ venio LVCANICA porcæ;*
> *Pultibus hinc niveis grata corona datur.*

Vide & *Varronem* de Ling. Lat. lib. 4, ubi refert, *Lucanicam* inde appellari, quòd *milites Romani* confectionem ejus didicerunt à *Lucanis*, incolis Regionis Italiæ, quæ nunc *Baſilicata* dicitur. Conſule inſuper *Cælium Apicium* lib. 2. de Re culin. cap. 4, ubi de *Lucanicarum confectione* ex profeſſo agitur. Similiter per nomen TERGILLVS alluditur ad *tergillum*, quod diminutivum eſt à *tergore*, & ſignificat interdum quidem ipſam *pellem & cutem ſuis craſſam*, quæ propriè *tergus* vocatur, interdum autem *dorſum* aut *ſpinam, pulpáſque* à late-

(1) In edit. *Braſſicani* perperàm legitur *NVCLEIS piperis & mellis*. Vid. *Cælij Apicij* de Re culin. lib. 8. cap. 7, & ſuprà pag. 352.

(2) Vocabulum *Dominus* hîc nō ſolùm eſt *honoris*, ſed & *amoris* nomē, quemadmodum apud *Ovidium* Amorum l. 3 eleg. 7: *Et mihi blanditias dixit, DOMINVMq; vocavit, Et quæ præterea PVBLICA VERBA juvãt.* Idem vocabulum *Dominus* ſæpè etiam *ironicè* uſurpârunt veteres, ut videre eſt apud *Martialem* lib. 5 epigram. 88: *Cùm voco te DOMINVM, nolo tibi, Cinna, placere; ſæpè etiam SERVVM ſic reſaluto meum.* Huc etiam pertinet lepidiſſima *Etymologia* tituli DOMINVS à verbo DO, ad quam in *antiquis Epigrammatibus Græcis* alluditur hoc verſu: Οὐκ ἐθέλω ΔΟ'ΜΙΝΕ, οὐ γὰρ ἔχω ΔΟ'ΜΕΝΑΙ· hoc eſt: *Quoties tibi aliquid DO, ſtatim me appellas DOMINVM; nunc autem recuſo titulum DOMINVS, quia non habeo, quod DEM.*

re eminentes dorſi, quæ poſterior thoracis pars eſt, & *tergum* propriè dicitur. Vide etiam *Cælium Apicium* lib. 4. de Re culin. cap. 3, ubi deſcribitur *Minutal Matianum.* Eâdem ratione per nomen NVPTIALICVS alluditur ad antiquiſſimam *Græcorum* & *Latinorum conſuetudinem nuptialem* immolandi PORCVM ſponſi & ſponſæ Dijs tutelaribus; unde natum eſt hoc pervetuſtum proverbium:

Ἀπόλωλεν ΥΣ μοὶ, καὶ τάλαντον, καὶ ΓΑΜΟΣ·
Perijt mihi SVS, & talentum, & NVPTIÆ.

Ita enim olim quidam exclamavit, cùm, omnibus jam ad nuptias præparatis, ſponſam præter ſpem non eſſet conſecutus. Itidem & per nomen CELSINVS, pro quo in omnibus antehac impreſſis editionibus perperàm legitur CELSANVS, alluditur ad *Celſinium* illum vel *Celſinum*, à quo denominatus eſt *Porcus CELSINIANVS*, cujùs præparationem deſcribit *Cælius Apicius* lib. 8. de Re culin. cap. 7. Ita enim ibi legendum eſt, nempe *Porcus Celſinianus*, ut rectè legitur in editione Tigurinâ *Humelbergij*, non autem *Porcus Cæſianus*, ut legitur in editione Baſileenſi *Albani Torini.* Eodem quoque modo per nomen LARDIO alluditur ad *lardum ſuillum*, & per nomen OFFELLICVS ad *offellam* ſive *offulam*, quæ diminutiva ſunt vocabula ab *offa*, & nunc quidem communiter uſurpantur pro *eſculento carnium jure*, antiquitùs autem plerumque ſignificabant *maſſas & fruſta carnis globoſa* ſeu *glomerata*, quæ aliàs in popinis *pulpæ, pulpulæ* & *pulpellæ* vocantur. Hinc *Varro* de Ling. Lat. lib. 4. meminit particulæ carnis porcinæ, quam appellat *Offam minimam in ſue*; & vetuſtiſſimus Poeta *Nævius Offam penitam* vocavit *fruſtū* ſive *abſegmen carnis porcinæ cum caudâ*, ut docet *Sex. Pompejus Feſtus* his verbis: *PENITAM OFFAM Nævius appellat abſegmen carnis porcinæ cum caudâ ſiva codâ, utpote quam antiqui vocabant PENEM. OFFAM autem ijdem vocabant abſciſſum globi formâ, ut manu glomeratam pultem.* Conſule inſuper *Cælium Apicium* lib. 7. de Re culin. cap. 4, ubi ex profeſſo agitur de *Offellarum præparationibus*, & ſpeciatim quidem de *Offellis aprugnis.* Quod denique ad nomen CYMATVS attinet, per illud alluditur ad *eſum carnis porcinæ cum* CYMIS ſive CYMATIBVS; quæ quid ſint, ſatis luculenter (1) ſuprà jam indicatum eſt.

(1) *Vide ſuprà pag. 351 & 352.*

Cùm igitur, ut hactenùs veriſimilimè oſtendi, TESTAMENTVM M. GRVNNII COROCOTTÆ PORCELLI mera ſit *Satyra ænigmatica* ſeu *Apologus ſatyricus* de *trium Imperatorum Gordianorum* vitâ, moribus ac rebus geſtis, & præcipuè quidem de *Imp. Gordiani Tertij* per Prætorij Præfectum & Invaſorem Imperij *Philippum Arabem* nefariè perpetratâ, ſed callidiſſimè occultatâ interfectio-

ctione, minimè profectò mirum eſt, quòd illud ſub *Imp. Philippo Arabe*, & deinceps per integros ferè *centum annos* magnâ curâ ſuppreſſum latitaverit. Si enim (1) *Licinius*, qui A. C. 310 Imperator creatus eſt, eam ob cauſam, quòd ſe vellet videri à duobus Imperatoribus *Philippis*, patre videlicet & filio, originem trahere, *Titulum* ſive *Inſcriptionem Sepulcri Imp. Gordiani Tertij* in finibus *Perſidis* evertit, ne is inſidijs & juſſu illorum videretur occiſus, quomodo potuiſſet *Teſtamentum* hoc *Corocottæ Porcelli* publicè circumferri, ſi certò conſtitiſſet, illud primariò fuiſſe compoſitum ad propagandam crudelitatis *Imp. Philippi Arabis Senioris* in *Imp. Gordianum Tertium* editæ ſempiternam memoriam? Quapropter exiſtimo, *Teſtamentum* illud temporibus *Imp. Licinij* vel omninò incognitum in tenebris adhue delituiſſe, vel fuiſſe quidem cognitum, ſed perperàm habitum pro *figmento merè fabuloſo & inani*; digno tamen, quod conſervaretur, & à *pueris inter dictata ſcholaſtica* perdiſceretur, cùm ob *inſignem elegantiam antiqui purique ſermonis latini*, tùm ob *ſolennes Teſtamentorum formulas*, quæ in uſu fuerunt ſeculo poſt Chriſtum *tertio*, quo *Æmilius Papinianus*, *Domitius Vlpianus*, *Julius Paulus*, *Pomponius*, *Herennius Modeſtinus*, alijque nonnulli celeberrimi Juriſconſulti floruerunt, ſimul & *Teſtamentum* hoc *Satyricum* compoſitum eſt. Hinc itaque *S. Hieronymus* in (2) ſuprà citato Procemio libri duodecimi Commentariorum in Prophetam *Eſaiam* ejuſdem *Teſtamenti* nominatim meminit his verbis: *Teſtamentum Grunnij Corocottæ Porcelli decantant in SCHOLIS PVERORVM agmina cachinnantium.* *Pueri* enim iſti oblectaverunt ſe tantùm *nudis* hujus *Teſtamenti verbis*, ad *nucleum* autem *ſatyricum* & *ſerium* ſub *cortice vili* ac *ridiculo* latentem non potuerunt penetrare. Quem ſi ego primus hiſce Notis meis feliciter & rectè detexi, ingentes profectò gratias habeo malignis illis Catonibus, qui reprehenſione editionis *Teſtamenti aſinini* neceſſitatem mihi impoſuerunt edendi hîc atque illuſtrandi *Teſtamenti porcini*, ad cujus imitationem alterum illud recentiùs compoſitum eſt; ſin minus, attamen nec pigebit me, nec pudebit, celeberrimo huic & pervetuſto Monumento explicando paucorum aliquot dierum ſucciſivas horas impendiſſe, & meam de abſtruſo ejus atque arcano ſenſu publicâſſe conjecturam: quam ſi quis improbare voluerit, nolim ſubſannando id faciat & clanculùm detrahendo, ſed palàm refutando æquè ſolidis & luculentis argumentis ac teſtimonijs, quàm illa ſunt, quibus ego eam veriſimilimè aſſerui.

(1) *Vide ſuprà pag.* 372.

(2) *Vide ſuprà pag.* 348.

ADDI-

ADDITAMENTVM XVI,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 1000, ubi fit mentio rariſſimæ pretioſiſſimæq; Cimeliarchij Cæſarei *Achatæ*, cui inter alia artificioſiſſimè inſculpta eſt *Livia Imp. Auguſti Conjux ſedens in ſolio* cum *galeâ, haſtâ* & *clypeo*, quemadmodum *Vrbs Româ* inſtar *Deæ* in antiquis monumentis cernitur.

Haec imago per errorem inserta fuit inter pag. 36 et 157.

INſigne hujuſmodi monumentum antiquum eſt pervetuſta illa *Imago* VRBIS ROMÆ, ſub *Imp. Conſtantino Magno* prægrandi formâ in muro cujuſdam conclavis *coloratè* picta, & A. 1656 prope *Baptiſterium Eccleſiæ Lateranenſis*, cùm aliquid ibi immutaretur, fortuitò ab Architectis reperta; cujus apographum ſive exemplar, ita ut curâ & ſtudio Glorioſiſſimi Imp. FERDINANDI III in membranâ accuratiſſimè delineatum, & veris coloribus ſuis illuminatum, in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* adſervatur, pari diligentiâ æri inciſum hîc exhibeo. Notandum autem hîc *primò* eſt, per *albas Cygnorum pennas*, quibus *Galea Vrbis Romæ* exornata eſt, ſine dubio ſignificari *glorioſa Spolia de devictis hoſtibus*. Quemadmodum enim *Aquila Imperij Romani inſigne* eſt, ita *Cygnus Aquilæ adverſarium* ſignificat ob naturalem antipathiam, quæ inter *Aquilas* & *Cygnos* eſt, ut teſtatur *Ariſtoteles* Hiſtoriæ Animalium lib. 9 cap. 1 his verbis: Μάχεται δὲ καὶ ἀετῷ ὁ κύκνος· κρατεῖ δὲ ὁ κύκνος πολλάκις hoc eſt: *Pugnat etiam cum Aquilâ Cygnus, eámq; ſæpenumerò vincit.* Idem confirmat *Ælianus* Hiſtoræ variæ lib. 1 cap. 14, ubi ex *Ariſtotele* refert, μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς, ἀμύνασθαι γε μὴν αὐτοὺς, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων hoc eſt; *pugnare quidem Cygnos cum Aquilis, ſed ita ut eas tantùm repellant, non autem aggrediantur.* Huc quoque alludit *Virgilius* Æneidos lib. 1, ubi *Venus* introducitur *Ænean* conſolans his verbis:

Aſpice bis ſenos lætantes agmine CYGNOS,
Ætheriâ quos lapſa plagâ JOVIS ALES *aperto*
Turbabat cœlo; nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas jam deſpectare videntur.
Ut reduces illi ludunt ſtridentibus alis
Et cœtu cinxere polum, cantúſq; dedere,
Haud aliter puppéſq; tuæ, pubéſq; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

Eandem inimicitiæ inter *Aquilas* & *Cygnos* mentionem repetit idem Poeta lib. 12 ad hunc modum:

Nám-

Námq; volans rubrâ fulvus JOVIS ALES ab æthrâ,
Littoreas agitabat aves, turbámq; ſonantem
Agminis aligeri, ſubitò cùm lapſus ad undas
CYGNUM excellentem pedibus rapit improbus uncis.

Ubi minimè dubium eſt, quin per *Aquilam Æneas*, per *Cygnum* autem *Turnus* ab illo ſuperandus & occidendus ſignificetur. Notandum *ſecundò* eſt, per *Cygnos* illos *duos* vel jã *mortuos*, vel certè *moribundos*, quorum alter in *dextrâ* jacet *Solij Urbis Romæ extremitate* cũ adjunctâ *Fœminâ ſeminudâ*, alter autem in *ſiniſtrâ* ejuſdem *Solij extremitate* cum adjuncto *Viro ſeminudo*, ſignificari *hoſtes Imperij Romani* tàm *in Oriente*, quàm *in Occidente*, vel jam omninò debellatos & oppreſſos, vel certè jam proximos internecioni ſuæ atque exitio. *Orientales* enim populi ab antiquis Autoribus ob mollitiem *fœminis*, *Occidentales* autem ob fortitudinem *viris* comparantur; ut abundè patet vel ex unico illo *Auli Gellij* loco, Noctium Atticarum lib. 17 cap. 21, ubi refert, *Alexandrum* Regem Epirotarum, cognomine *Moloſſum*, Regis Macedoniæ *Alexandri Magni* avunculum, dixiſſe, ſe cum exercitu *IVISSE ad Romanos*, *quaſi in ἀνδρωνῖτιν*, ſive, in Regionem occidentalem ubi habitarent viri, ſororis autem ſuæ Olympiadis filium *Alexandrum IRE ad Perſas*, *quaſi in γυναικωνῖτιν*, ſive, in Regionem orientalem, ubi habitarent fœminæ. Sic enim ibi apud *Gellium* re verâ legendum eſt, non autem, ut vulgò perperàm ac præpoſterè legitur, *Alexandrum Moloſſum IRE, Alexandrum autem Macedonem ISSE* ſeu *IVISSE*. Certò quippe conſtat ex Hiſtoriæ *Livianæ* libro octavo, & ex *Plutarchi* libro de Fortunâ Romanorũ, expeditionẽ *Alexandri Moloſſi* in Italiam fuiſſe *priorem* expeditione *Alexandri Magni* in Aſiam, ideóque jam memoratum *Alexandrum Magnum* etiam cogitaſſe de ſuſcipiendâ expeditione in *Italiam*, non tàm ut *avunculi* ſui à Brutijs & Lucanis occiſi mortem [ul]ciſceretur, quàm ut potentiam & gloriam *Romanorum* reprimeret. Notandum *tertiò* eſt, Imaginem Urbis Romæ *triplici* indutam eſſe *amictu*, nempe primùm *Interulâ* ſive *Subuculâ lineâ albâ*, deinde *Tunicâ flavâ* ſeu *croceâ* cum *ornamentis purpureis*, poſtremùm deniq; *Pallio purpureo*; *brachia* autẽ *nuda pedéſq; nudos* eſſe, & ſimiliter quoque *collum* eſſe *nudum*, ſed *aureo monili bullato* decoratum. Operæ pretium enim eſt, ut totus ille veſtitus atq; ornatus diligenter conferatur cum *Statuâ Urbis Romæ* in Hortis Cæſijs, cujus exemplar æri inciſum *Philippus Rubenius* Libri ſecundi Electorum capiti vigeſimo, *de Tunicâ interiore* inſcripto, inſeruit; ut & cum alijs pervetuſtis *Imaginibus Fœminarum*, quæ Libro (1) *ſecundò* & (2) *tertiò* horum Commentariorum inſertæ ſunt. Notandum *quartò*

(1) *Vide ibi Tab. IVtam, Vtam & VItam antiquiſſimi Codicis MSti* Dioſcoridiani, *pag.* 566, 569 *&* 571; *item Numiſmata* Deæ Clazomeniorum *&* Junonis Lucinæ *pag.* 739. *&* Achaten Auguſtæam *pag.* 1000 (2) *Vide ibi Tabulas antiquiſſimi Codicis manuſcripti Græci* Geneſeos *à pag. 2 uſque ad pag.* 13.

tò eſt, per *Victoriam alatam*, dextrâ manu *Globum*, ſiniſtrâ autem *Labarum purpureum* tenentē, quæ in *dexterâ manu Vrbis Romæ* ſtat, ut & per *duos* (1) *Hippopotamos*, ſive animalia illa duo, ex *equo* & *piſce* conflata, quorū unicuiq; *gubernator* aliquis inſidet, ſignificari, *totum terrarum Orbem* tàm *mari*, quàm *terrâ* victorioſis *Romanorum* armis perdomitum atque ſubjugatum eſſe. De antiquitate autem & uſu *Labari*, tanquam *præcipui Signi militaris*, non ſolùm ſub *Imperatoribus ethnicis*, verùm etiam tempore *liberæ adhuc Reipublicæ*, ut & de ejuſdem mutatione ſub *Imp. Conſtantino Magno*, & accommodatione ad uſum *Chriſtianum*, vide *Godeſchalci Stewechij* eruditiſſimum Commentarium ad *Flavij Vegetij* de Re militari lib. 2 cap. 18 & lib. 3 cap. 17; atque inſuper etiam conſule *Card. Baronij* Annalium Eccleſiaſticorum Tomum tertium in actis an. 312 & 337. Notandum *quintò* eſt, *Haſtam bicolorem*, nempe partim *purpuream*, partim *flavam* ſeu *croceam*, quam *Vrbs Roma ſiniſtra manu* tenet, *carere ferro*, ideóque ab antiquis Romanis fuiſſe appellatam *Haſtam puram*, à Græcis autem δόρυ ἀσίδηρον, vel λόγχην ἄναιμον ſive ἀναίμακτον, hoc eſt, *lanceam incruentam*. Hujuſmodi autem *Haſta pura*, quæ à donatione etiā *donatica* vocabatur, fuit apud Romanos *præmium & inſigne virtutis, ſi quis miles extra ordinem aut in pugnâ ſingulari hoſtem occidiſſet*. Quâ de re vide plura apud antiquos & recentes *Virgilij* Explicatores ad libri ſexti Æneidos verſum 760,

Ille (vides?) PVRA Juvenis qui nititur HASTA;

item apud *Stewechium* in Commentario ad *Vegetij* de Re militari lib. 2 cap. 7, & apud *Juſtum Lipſium* de Militiâ Romanâ lib. 5 dialog. 17. Notandum *ſextò* eſt, per *duos* illos *Angelos* ſive *Genios cœleſtes, viridantibus tunicis* amictos & *alis* præditos, qui *Arcum triumphalis Solij Vrbis Romæ* ambabus manibus ſupernè firmant ac ſtabiliunt, ſignificari *admirandam Providentiam & Protectionem divinam*, quam *Imp. Conſtantinus Magnus* toto Imperij ſui tempore, ſed præcipuè in debellando *Maxentio* Tyranno expertus eſt.

(1) *Vide* Fortunij Liceti *Commētarium Hieroglyphicū in* antiqua Schemata Gemmarum annularium, *cap. 60, ibi agitur de Schemate Gemmæ nonæ.*

ADDITAMENTVM XVII,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 1, ubi agitur de *primo Codice manuſcripto Theologico Græco, Biblia Sacra Veteris & Novi Teſtamenti* complectente.

ORdo (2) Librorū *Veteris & Novi Teſtamēti* in hoc Codice MSto eſt talis: Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ, Κριταὶ, Ροὺθ, Βασιλειῶν α΄, Βασιλειῶν β΄, Βασιλειῶν γ΄, Βασι-

(2) *Ne quis hanc recenſionē* ordinis Librorum Veteris & Novi Teſtamenti *exiſtimet ſuperfluam, velim eā conferat cū ordine eorundē Librorū in ordinarijs editionibus græcè impreſſis.*

Βασιλειῶν δ', Παραλειπομένων α', Παραλειπομένων β', Ἔσδρα α', Ἔσδρα β', Λόγοι Νεεμία υἱοῦ (1) Ἀχαλία, Ἐσθὴρ, Ἰουδὶθ, Τωβὶτ, Μακκαβαίων α', Μακκαβαίων β', Μακκαβαίων γ', Ψαλτήριον τοῦ Δαβὶδ, Ἰὼβ, Παροιμίαι Σολομῶντος, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα Ἀσμάτων, Σοφία Σολομῶντος, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιρὰχ, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Βαροὺχ, Θρῆνοι Ἱερεμίου, Ἐπιστολὴ Ἱερεμίου, Ἰεζεκιὴλ, Δανιὴλ, Ὡσηὲ, Ἀμὼς, Μιχαίας, Ἰωὴλ, Ἀβδιοῦ, Ἰωνᾶς, Ναοὺμ, Ἀμβακοὺμ, Σοφονίας, Ἀγγαῖος, Ζαχαρίας, Μαλαχίας, Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Εὐαγγέλιον κατὰ Μάρκον, Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν, Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην, Αἱ Πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, Ἰακώβου ἐπιστολὴ καθολικὴ, Πέτρου τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καθολικὴ ἐπιστολὴ α', Τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου ἐπιστολὴ καθολικὴ β', Τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ἐπιστολὴ καθολικὴ α', Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ καθολικὴ β', Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ καθολικὴ γ', Τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἰούδα καθολικὴ ἐπιστολὴ, Πρὸς Ῥωμαίους τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολὴ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ α', Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ β', Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολὴ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολὴ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολὴ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κολοσσαεῖς ἐπιστολὴ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ α', Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ β', Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολὴ α', Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολὴ β', Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τίτον ἐπιστολὴ, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Φιλήμονα ἐπιστολὴ, Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου. Notandum autem hîc *primò* eſt, in eodem Codice MSto, & quidem à fol. 340 pag. 2 uſque ad fol. 343 pag. 1, *Pſalterio Davidico* in fine annexam eſſe *Appendicem*, quâ continentur Cantica duo *Moyſis* ex Exodi cap. 15 & Deuteronom cap. 32, Canticum *Hannæ*, matris Samuelis ex lib 1 Reg. cap. 2, Canticum *Habacuc* ex Prophetiæ ipſius cap. 3, Canticum *Eſaiæ* Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει &c. ex Prophetiæ ipſius cap. 26, Canticum *Jonæ* ex Prophetiæ ipſius cap. 2, Canticum *Trium Puerorum* ex Prophetiæ *Danielis* cap. 3, Canticum *Beatiſſimæ Virginis Deiparæ* & Canticum *Zachariæ* Patris S. Joannis Baptiſtæ ex Evangelij S. *Lucæ* cap. 1, Oratio pœnitentialis *Manaſſis* Regis Juda, Oratio *Ezechiæ* Regis Juda ex Prophetæ *Eſaiæ* cap. 38, Oratio S. (2) *Euſtratij* Martyris Μεγαλύνων μεγαλυνῶ &c, Anonymi cujuſdam *Oratio nocturna* ante dormitionē, & ejuſdem *Oratio matutina* poſt experrectionem è ſomno. Notandum *ſecundò* eſt, in eodem Codice MSto ſingulis *Novi Teſtamenti* Libris præfixas eſſe *Hypotheſes* ſive *Argumenta* cum ſubjunctis *Indicibus Capitum*.

(1) *In Veteris Teſtamenti ſecundùm LXX Interpretes editione Romanâ & Pariſinâ pro* Ἀχαλία *legitur* Χελκία. *Sed* Ἀχαλία *propiùs accedit ad Hebraicam lectionem* חכליה *ſive* Chachaliah.

(2) *Plura de eo vide ſuprà in* Indice Alphabetico Autorū Theologicorū, *qui Libro tertio immediatè ſubjunctus eſt.*

ADDITAMENTVM XVIII,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 9, ubi agitur de *Tabulâ trigeſimâ antiquiſſimi Codicis manuſcripti Græci Geneſeos*, quæ exhibet *Joſephum* ad decem fratres ſuos natu majores quærendos proficiſcentem.

INter cætera, quæ in hâc Tabulâ *trigeſimâ* obſervatu digniſſima ſunt, haud poſtremum merentur locum *Columnæ milliariæ*, quibus *Via publica*, quam *Joſephus* cum *Angelo cuſtode* ingreditur, diſtincta atque notata eſt. Notabile etiam eſt, quod *prima Columna*, à quâ eadem *Via* incipit, *major* eſt reliquis, tanquam præcipua. Inſervire igitur poteſt hæc Tabula illuſtrandis ijs, quæ Libri *ſecundi* horum Commentariorum pag. 740, 741, 742 & 743 ſatis prolixè diſſerui de *quinq;* illis *Columnis milliarijs*, quibus tanquam pretioſiſſimis venerandæ Antiquitatis reliquijs *area Arcis Ambraſianæ* exornata eſt.

ADDITAMENTVM XIX,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 44, ubi agitur de *Severi Epiſcopi Antiocheni* Fragmento de *Triduanâ Chriſti Sepulturâ*.

FRagmentum hoc *Severi Epiſcopi Antiocheni* de *Triduanâ Chriſti Sepulturâ* extat etiam inter *S. Anaſtaſij Sinaitæ Quæſtiones & Reſponſiones ſacras*, & eſt ibi in editione *Gretſerianâ* græco-latinâ Reſponſum *centeſimum quinquageſimum ſecundum*.

ADDITAMENTVM XX,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 61, ubi fit mentio *Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Beſſarionis*.

Bibliotheca illa *Beſſarionis, Archiepiſcopi Nicæni*, patriâ *Trapezuntini*, qui A. C. 1439 à Papâ *Eugenio IV* Florentiæ in Concilio Generali *S. R. E. Cardinalis* creatus eſt, & A. 1473 obijt, conſtitit *nongentis octoginta Voluminibus manuſcriptis*, partim *Græcis*, partim *Latinis*, & partim *membranaceis*, partim *chartaceis*, uti videre eſt ex ipſius *Inventario*, publicâ autoritate *Venetijs* compoſito & deſcripto, quod inter *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* varios variarum illuſtrium Bibliothecarum *Catalogos manuſcriptos* adſervatur, incipitq; hoc modo:

INVENTARIVM LIBRORVM REVERENDISSIMI CARDINALIS BESSARIONIS NICÆNI IN BIBLIOTHECA DIVI MARCI.

Numerus

Numerus omnium Voluminum 980.
Libri Græci
in capſâ viridi ſignatâ A.
Almageſtus Ptolomæi cum Expoſitione Theonis in papyro;
Almageſtus in Pergameno;
Geometria Euclidis, & Data ejuſdem, & Sphærica Theodoſij &c.

In fine autem ejuſdem *Inventarij* legitur hæc ſubſcriptio:

Ego ALEXANDER BUSENELLUS, Ducalis Secretarius, Notationi & Conſignationi ſuprà ſcriptorum Librorum interfui, & per Inventarium ſcripſi.

ADDITAMENTUM XXI,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 183, 205, 206 & 207, ubi agitur de *Nonni Panopolitæ Expoſitione Hiſtoriarum profanarum & Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus meminit in duabus Orationibus Invectivis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam.*

NOnni *Panopolitæ* Collectionem illam & Expoſitionem Hiſtoriarum profanarum & Fabularum, quarum *S. Gregorius Nazianzenus* meminit in *duabus Orationibus Invectivis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam*, primus *græcè* edidit *Richardus Montacutius*, ſive *Montagu*, *Etonæ* in Collegio Regali Anglicano prope Londinum typis *Joannis Nortoni* A. 1610 in quarto, & quidem ex Bibliothecâ Nobiliſſimi Equitis Angli, Dn. *Henrici Savilij*, Viri doctiſſimi, & propter *Operum S. Joannis Chryſoſtomi* accuratiſſimam ſumptuoſiſſimámque editionem *Græcam*, A. 1613 *octo Tomis* in folio *Etonæ* apud eundem ſuprà memoratum *Nortonum* impreſſam, per totum Orbem eruditum celeberrimi, & perpetuâ laude digniſſimi. Quòd autem *Savilius Nonni* illud Opuſculum ex *Auguſtiſſima Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* acceperit, indicat ibidem ipſe *Montacutius* in *Præfatione ad Lectorem* his verbis: *Nonnum* τὸν ἐξηγητὴν καὶ τῶν ἱστοριῶν Συναγωγέα *ſuppeditavit CÆSAREA VIENNENSIS BIBLIOTHECA, exſcriptore diligentiſſimo* (1) *Samuele Slado.* Superſunt etiam in jam memoratâ *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ ſex Epiſtolæ*, propriâ ipſius *Savilij* manu ad *Hugonem Blotium* & *Sebaſtianum Tengnagelium* Bibliothecarios Cæſareos ſcriptæ, ex quibus cùm abundè poſſit perſpici, quanta illi cum utroque interceſſerit amicitia, quantúmque is in edendo *Chryſoſtomo*, & in recenſendis *S. Gre-*

(1) *De hoc* Samuele Slado, *ejúſque ex* Itinere Conſtantinopolitano *revertentis obitu in Inſulâ* Zacyntho, *vide paulo pòſt* Henrici Savilij *Epiſtolam ad* Sebaſtianum Tengnagelium. *Reperi etiam in* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Epiſtolam *quandam ipſius* Sladi *ad* Tengnagelium, *ſcriptam* Venetijs *in ædibus Legatorum Magnæ Britanniæ A. 1608 Cal. Auguſti lingua* Italicâ, *in quâ pro varijs beneficijs*, Vindobonæ *ſive* Wiennæ Auſtriæ *ab illo perceptis, maximas agit gratias.*

gorij Nazianzeni & *S. Gregorij Nyſſeni* Operibus per *Cæſareos Codices MStos* adjutus ſit, digniſſimas eas judico, ut ad ſempiternam memoriam integras hîc publicem.

EPISTOLA PRIMA AD (1) *HVGONEM BLOTIVM.*

CLariſſime Vir, Domine & amice obſervandiſſime: Qui has tibi tradit literas, frater meus germanus eſt, eodem, quo ego olim, ſtudio impulſus longinquas regiones inviſendi, atq; excellentes virtute & eruditione Viros ſalutandi; quem ut tu etiam eâdem, quâ me, noſtrosq; omnes, humanitate amplexus es, ſuſcipias, per tuam te humanitatem ac noſtram amicitiam vehementer rogo: quem ideo etiam ad te miſi, ut tuæ erga me benevolentiæ, meæq; erga te obſervantiæ vicarius quaſi quidam & hæres exſiſteret. Quod ſi, ut ſpero, vel meâ petitione, vel ſuis meritis aſſequetur, ac tu viciſſim aliquos ex tuis, quos vel ex lectiſſimâ (2) *fœminâ uxore tuâ, vel aliunde etiam, quod clam illâ dictum ſit, ſuſceperis, huc tanquam in exilium aliquando mittere volueris, eos omnes, veluti arctiſſimæ cujuſdam neceſſitudinis vinculis alligatos nobis amplexabimur & fovebimus. Remoto certè joco, ſi quos aliquando nobis commendare volueris, dabimus operam, ut intelligant, quanti te tuo merito faciamus.* (3) *Sidnæus & Nevillius te tuoſque omnes ſalutant & amant plurimùm; quorum uterque jam pridem factus eſt parens multorum liberorum: ego adhuc in ſancto & intacto virginitatis ſtatu hæreo; rectè an ſecus tu judicaveris. De reliquis rebus omnibus noſtris habes tecum, qui te pleniſſimè docere poſſit. Bene ac feliciter vale Vir optime & humaniſſime, & quæcunque ab homine tui amantiſſimo, ſed toto propemodùm Orbe à te diviſo, proficiſci poſſunt, ea omnia pro tuo jure imperare ne dubites. Londinij, XII Martij A. 1588.*

D. T. Clariſſimæ

ſervitor & amicus perpetuus.
Henricus Savilius.

Inſcriptio harum literarum externa:

Clariſſimo Viro, Domino Hugoni Blotio J. V. D. & S. C. M. Bibliothecario, Domino & Amico ſuo obſervandiſſimo.

Viennam.

EPISTO-

(1) *Hujus* Epiſtolæ *fit mentio Libro primo horum Commentariorum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ, pag. 55.*

(2) Nempe Vrſulâ Blotiâ, natâ Vngelterin; *de quâ vide Lib. 1 horum Commentarior. pag. 64.*

(3) *Hic eſt* Robertus Sidney *ſive* Sidnæus, Comes Anglus, *cujus* Epiſtola, *Pariſijs A. 1581 d. 13 Decembris ad* Hugonē Blotium *propriâ manu gallicè ſcripta, etiam nunc in* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ *adſervatur. Gratias autem eâ agit pro perbenignâ hoſpitalitate, quam* Vindobonæ *ſive* Wiennæ Auſtriæ *in ædibus ipſius commorans perceperat; ſimul etiam petit, ſecum communicari* Relationes Legatorum Venetorum, *ab eodem* Blotio *ſtudioſè collectas, & in* unum Volumen *redactas. Vide etiam Lib. 1 horum Commentarior. pag. 55, ubi ejuſdem* Epiſtolæ Sidnæi *fit mentio.*

EPISTOLA SECVNDA AD SEBASTIANVM TENGNAGELIVM.

Catalogum (1) *Bibliothecæ Cæſareæ, quem à me jure optimo repoſcis, qui poſſit bene ſcribere, adhuc reperio neminem. Sladius enim hæret in Oriente, atque eum Conſtantinopoli eſſe mercatores noſtri afferunt. Nam ab eo propè toto biennio nihil accepi literarum. Quam primùm redierit, curabitur diligenter.* (2) *Palladij Dialogum de Vitâ Chryſoſtomi in vulgato veſtro Catalogo (nam in Sladiano negas quidem) ſeu in eo, qui vulgò circumfertur, diſertis verbis reperio. Ecquid dicemus? Serione ſublatum? Et quidem hoc me carere ſcripto cumprimis doleo. Si vel poſtliminio ad vos redierit, vel ubi reperiatur ſcias, rem facies mihi longè gratiſſimam, ſi me feceris certiorem. Hic enim propemodùm ſolus votis meis deeſt auctor,* βιογράφων Χρυσοῤῥήμονος πάντων ἀνάξιος ἄλλων. *Hiſtoriam Turcicam Nortonianam noſtri Joanni Rhodio tradent in nundinis ad te perferendam; viciſſim à te expecto ſex vel ſeptem illas orationes, de quibus ad te proximè perſcripſeram. Tertium volumen Chryſoſtomi jam ſub prælo eſt; de cæteris Deus viderit. Interea tibi mitto* (3) *Nazianzeni quædam hîc edita græcè, de quibus, quid ſentias, reſcribe & vale. Londini Cal. Auguſti A. 1610.*

Tuæ Dignitati addictiſſimus

Henricus Savilius.

Inſcriptio harum literarum externa:

Clariſſimo Viro, Domino Sebaſtiano Tengnagelio I.V.D. & Cæſareo Regióq; Bibliothecario.

Viennam Auſtriæ.

(1) Antiquus *ille* Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Catalogus, *cujus hîc & in ſequentibus* Savilij *Epiſtolis fit mentio, adeò rudis, vitioſus & imperfectus eſt, ut vix nomine* Catalogi *dignus ſit; ideoq; valde miror, quòd* Hugonem Blotium *&* Sebaſtianum Tengnagelium *nõ puduerit, Indicem Librorum adeò ineptũ & mutilũ paſſim & promiſcuè divulgare, & ad Viros doctos in longinquas Regiones deſcribendum tranſmittere.*

EPISTOLA TERTIA AD SEBASTIANVM TENGNAGELIVM.

Ornatiſſime Domine:

IN Bibliothecâ veſtrâ Vienneſi, Codice numero 301, quinq; ſunt Orationes (4) *Gregorio Nyſſeno adſcriptæ, quas mihi operâ veſtrâ deſcribi cupio.*

Titu-

(2) *Utrum hic* Palladij de Vitâ S. Joannis Chryſoſtomi Dialogus *in* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ, *etiamnum extet, nec ne, ſuo deinceps tempore & loco in hiſce Commentarijs diligenter à me indicabitur.* (3) *Hoc videlicet eſt illud ipſum* Opuſculorum quorundam S. Gregorij Nazianzeni Syntagma, *in quo etiam* Nonni *ſuprà memorata Hiſtoriarum & Fabularum Expoſitio primùm græcè edita eſt.* (4) *Deceptus fuit* Savilius *à vitioſo & imperfecto* Catalogo antiquo Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ. *In ipſo enim illo Codice MSto, cujus hîc & in proximè ſequenti* Epiſtolâ quartâ *fit mentio,* Orationes *illæ* ſex in Κοσμοποιΐαν *ſive* Creationem Mundi *non attribuuntur* S. Gregorio Epiſcopo Nyſſeno, *ſed* Severiano Gabalorum in Syriâ Epiſcopo, *ut ſuo deinceps tempore & loco prolixiùs à me indicabitur. Interim vide Operum* S. Joannis Chryſoſtomi *editionem græcam* Savilianam *Tom. VII, à pag. 587 uſq; ad pag. 640, ubi eædem illæ* ſex Orationes *ſub* Severiani *nomine primùm græcè editæ ſunt, quemadmodum eas* Savilius *ex* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ *acceperat. Conſule etiam* Notas *eòdem pertinentes quæ extant in fine Tomi VIII ejuſdem editionis* Savilianæ S. Joannis Chryſoſtomi, *columnâ 871 & 872.*

Tituli: Ἐις τὴν β′ ἡμέραν τῆς κοσμοποιΐας· *Initium:* Ψυχῆς πόθον ἐγείρει λόγος, καὶ ὥσπερ *&c.*

Ἐις τὴν γ′ ἡμέραν τῆς κοσμοποιΐας· Ὁ μὲν τοῦ κόσμου τεχνίτης, ἡλίῳ *&c.*

Ἐις τὴν δ′ ἡμέραν τῆς κοσμοποιΐας· Κάμνουσαν ἡμῖν τὴν Φωνὴν τῇ *&c.*

Ἐις τὴν ε′ ἡμέραν τῆς κοσμοποιΐας· Πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα τὰ ὡραῖα τοῦ *&c.*

Ἐις τὴν ϛ′ ἡμέραν τῆς κοσμοποιΐας· Φέρε πάλιν τῆς ἀκολουθίας ἁψώμεθα *&c.*

Quibus ſi adjungere placet illam (1) Ἐις τὰς θυσίας τοῦ Κάϊν, *cujus initium,* Μητὴρ ἐυταξίας ἀκολουθία, *&c, & reperitur Codice 29, rem mihi facies longè gratiſſimam. Has ita deſcriptas ſi Nottonianis Bibliopolis Londinenſibus proximis nundinis tradi curaveris, ad me tutò perferentur. Scribam ita, uti juſſeris, remunerabor. De Annalibus meis Anglicanis nihil poſſum certi promittere; neq; enim adhuc denuò excuduntur, & vetera jam dudum diſtracta. Vale Vir Clariſſime, & mihi negocium tibi faceſſenti pro tuâ humanitate ignoſce. Londinij 3. Non. Feb. A. 1610.*

Tui ſtudioſiſſimus.

Henricus Savilius.

EPISTOLA QVARTA AD SEBASTIANVM TENGNAGELIVM.

PRater illas quinq; orationes, quas ex Codice 301 deſcribi mihi rogavi, illam etiam adde, quæ has quinq; proximè præcedit, cujus initium (2) Πᾶσα ἐυσεβείας ὑπόθεσις *&c. Rem mihi facies longè gratiſſimam. Non. Febr. A. 1610.*

Henricus Savilius.

EPISTOLA QUINTA AD SEBASTIANUM TENGNAGELIUM.

DE integro Nazianzeno edendo cum Scholijs rectè mones, ſed ubinam gentium reperias (3) *Eliam Cretenſem integrum, reliquos item, quibus uſus eſt Leunclajus veſter? Iſtic non extant, ſi Catalogis fides, nec uſpiam alibi adhuc reperio. Orationum* (4) *Severiani* αὐτόγραφον *magnis cum gratijs integrum tibi remitto; ſed cum illâ, quæ apud vos eſt in Codice N°. 29, Orationem* (5) Ἐις τὰς θυσίας τοῦ Κάϊν, *cujus*

(1) *Hanc quoque* S. Joannis Chryſoſtomi Orationem *accepit* Savilius *ex* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ, *& primus* græcè *edidit Tom. VII pag.* 457. 458 *&* 459.

(2) *Vide* primam *Annotationem marginalem proximæ præcedentis* Epiſtolæ tertiæ.

(3) Nicetas *ille* Metropolita Cretenſis *non ſcripſit* Commentarium *in omnes* S. Gregorij Nazianzeni *Orationes, ſed tantùm in illas, quas* Nicetas Serranus, *aliiſque non pauci antiqui Explicatores græci vel omninò intactas, vel jejunè explanatas reliquerant. Vide ſuprà pag.* 202 *&* 203. *ubi agitur de Codice MSto XCVIImo.* (4) *Vide ſuprà* primam *Annotationem marginalem Epiſtolæ* tertiæ. (5) *Vide ſuprà* ſecundam *Annotationem marginalem Epiſtolæ* tertiæ.

cujus initium eſt, Μητὴρ εὐταξίας ἀκολουθία, *de quâ non ſemel ad te ſcripſi, non unà miſiſti? neq; enim magni fuiſſet, niſi fallor, laboris. De eo, ſi placet, curabis proximis nundinis. De (1) Catalogo veſtro hîc deſcribendo penè* ἀπέγνωσαι. *(2) Sladius olim meus meo maximo cum dolore ante annum & paulò amplius in reditu ex Oriente mortuus eſt Zacynthi, & Jacobus Darimplius jam pridem, me deſerto, in Scotiam rediijt. Quid facias homini ab omni librariorum ſubſidio jam deſtituto? Chryſoſtomi exemplar octo conſtans magnis Voluminibus, infinitis laboribus, immenſis ſumptibus conquiſitum, facilius erit veſtris Principibus (3) emere, quàm mihi donare, jam propè omnibus facultatibus hâc editione exuto. De Arabicis, Hebraicis, Syriacis Manuſcriptis ſpem nullam do, ne de quoquam apud nos harum linguarum apprimè perito. Inter Sladij ſarcinas Schedas quaſdã reperio non magno nec tibi, nec alijs, quantũ ego judico, uſui futuras; eas, ſi placet, mittam, cùm potero. Vale Clariſſime Vir, & me tui amantiſſimum redama. Londini 18 Decembris A. 1611.*

Tibi addictiſſimus

Henricus Savilius.

EPISTOLA SEXTA AD SEBASTIANUM TENGNAGELIUM.

Clariſſimo Viro, Dn. Sebaſtiano Tengnagelio Henricus Savilius S. D.

HOmilias illas (4) εἰς τὴν Κοσμοποιΐαν *nondum ad vos rediiſſe doleo, mirórq;. Reddideram Nortonianis ante nundinas unas aut alteras iſtac perferendas, qui ſe cuidam veſtrati in manus tradidiſſe ajunt. Ut ut eſt, curabitur res diligenter hiſce nundinis, hoc eſt, excutientur omnia tàm noſtratium quàm veſtratium ſcrinia; omnis certè inibitur ratio, ne tua tibi benignitas fraudi ſit. Ego ſummâ fide, ſummâ curâ, quod virum bonum decuit, reſtitui, ad te eâdem, quâ pervenerunt viâ, tibi mittendas. De unico exemplari Chryſoſtomi, qui jam tandem prodijt in lucem, nihil habeo certi polliceri. Typographi noſtri omnia è meis manibus redemerunt, atq; adeò ægrè ſe exorari patientur; faciam tamen tuâ causâ, quod potero. Sed Principes veſtri (5) emant, ſi uti velint. Beduellum noſtrum, mihi de nomine, non de facie notum, nondum potui convenire; dabo operam, ut tuis, quantum fieri poteſt, votis ſatisfiat. In chartis Sladij nihil eſt admodum, quod tibi uſui eſſe poſſit; & fortaſſe non ſunt omnes ad me perlatæ: dedi tamen operam ſedulò, ne quid intercideret, porróq; daturus ſum. Vale Vir Clariſſime, & me ama. Londini 22 Januarij A. 1613.*

Tibi omni officio deditiſſimus

Henricus Savilius.

(1) *Vide ſuprà* primam *annotationem marginalē Epiſtolæ ſe*cundæ.

(2) *Plura de eodem vide ſuprà pag.* 381.

(3) *Valde hoc miror. Adjumentum enim ad Operum* S. Joannis Chryſoſtomi *editiones antè quas ſupplendas & emendandas ex* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ *à* Tengnagelio *præſitum, non* uno *tantùm ſuit* dignũ no*væ editionis exemplari, ſed minimum* duobus, *nempe tàm* pro Bibliothecâ ipsâ, *quàm* pro Bibliothecario.

(4) *Nempe* Severiani Gabalorũ in Syriâ Epiſcopi.

(5) *Vide ſuprà* ſex*tam Annotationem marginalē proximæ præcedentis Epiſtolæ* quintæ.

Quandoquidem etiam in earundem *Savilij* Epiſtolarum *quintâ*, nominatim fit mentio *Jacobi Darimplij* natione *Scoti*, quo *Savilius* pro *amanuenſi* uſus eſt, ſubjungo hîc coronidis loco illius quoq; ad *Sebaſtianum Tengnagelium Epiſtolam*, quemadmodum ea propriâ ipſius ſcripta manu in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* adſervatur.

Humaniſſime Domine:

NOn dubito, quin acceperis Codices illos de peregrinationibus Anglorum per Orbem, quos jam pridem Ampliſſimus Dominus meus Dn. Henricus Savilius miſit per Bibliopolas Londinenſes Francofurtum, ut inde per veſtros ad te Viennam deferrentur; qui etiam ſatis eſt ſuâ ſponte paratus ad quidvis aliud mittendum, quod in his Regionibus tibi uſui eſſe putaverit; quare non erit quod dubites ab illius humanitate te omnia facilè impetraturum. Quum apud vos eſſem, supervenit inſperatò occaſio, ut ſcis, quæ meam antè deceſſionem urgeret, quàm deſtinâram, ut nonnulla illic non dum abſoluta reliquerim. Ad quæ abſolvenda mittit idem Ampliſſimus Dominus hunc, qui has ad vos defert literas, Virum egregiè doctum, ſummâ probitate & honeſtate, ut de ejus fide dubitare omninò non ſit opus; qui reliquias CHRYSOSTOMICAS, à me partim incuriâ, partim ignorantiâ poſthabitas, facilè in unum colliget, ne apex unus tanti Autoris pereat. Vides quanto in precio apud nos Autor ille habeatur, qui tanto cum labore, tantis ſumptibus maximiſq; itineribus comparatur. Quo minùs facit ut de veſtrâ humanitate dubitemus, quin magnoperè ſperemus, ut quæ mihi præſtita fuit, cum apud vos eſſem, eandem huic præſtare non dignemini. Vale. (1)

Omni erga Te obſervantiâ & humanitate devinctus

Jacobus Darimplius.

(1) *Epiſtolam hanc* anno & die *carentem accepit* Tengnagelius Londino *d. 2 Iulij A. 1607, ut ipſe ibidē propriâ manu annotavit.*

ADDITAMENTUM XXII,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 188 & 224, ubi fit mentio *Dialogorum S. Cæſarij, fratris S. Gregorij Nazianzeni.*

NOtabile eſt, in Codice illo *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, manuſcripto membranaceo pervetuſto, inter Codices MStos Theologicos Græcos *octogeſimo primo*, *Cæſarium* illum expreſsè vocari *FRATREM S. Gregorij Nazianzeni*, cognomine *Theologi*, his verbis: Τοῦ ἁγίου Καισαρίου, τοῦ ἈΔΕΛΦΟΥ τοῦ Θεολόγου, ἐρωτηθέντος, διά τι Μωσῆς μὴ ἀπὸ τῶν Ἀγγέλων &c. Nam non me latet, quæ de jam citatis *S. Cæſarij Dialogis* ſit controverſia, & quid eâ de

re

re *Jacobus Billius* contra *Joannem Leunclavium* ſatis acerbè ſcripſerit, in Prooemio Orationis *S. Gregorij Nazianzeni* in laudem *Cæſarij fratris*; ſed in præſens mihi non vacat, ut hanc controverſiam eâ, quâ par eſt, diligentiâ diſcutiam. Quod igitur nunc differtur, alio poſthac, ſi Deus vitam & vires conceſſerit, commodiori tempore & loco à me præſtabitur cum abundantiſſimo fœnore.

APPENDICIS LIBRI TERTII
COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA
CÆSAREA VINDOBONENSI
FINIS.

APPENDICIS LIBRI TERTII COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA INDEX.

A.

Abbâs Rex Perſarum; p. 332, 334.
Abſtemius; vide *Laurentius*.
Achates Auguſtæ à Cimeliarchij Cæſarei Vindobonenſis p. 376, 377.
Adtonſio capitis Clericalis & Monaſtica; p. 344.
Adulatores & Comœdi Græci, p. 364.
Adulatoris aulici elegans deſcriptio p. 364, 365.
Ægyptiorum Feſtum lucernarũ. p. 353.
Alberti Argentinenſis Chronicon corrigitur & illuſtratur pag. 329.
Albertus Comes de Hohenberg; p. 330.
Albertus Imp. Rudolphi I filius fuit natu major fratre Rudolpho; p. 329.
Alberti de Schilling & Heinrichau, natione Sileſij, varia Itinera Orientalia, religio & encomium; p. 334, 337.
Alexander Buſenellus; p. 381.
Alexander Magnus p. 371, 377.
Alexander, cognomine Moloſſus, Epirotarum Rex, p. 377.
Alphonſi Regis Aragoniæ Societas in honorem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ; p 345, 346.
S. *Ambroſius* tribuit Imp. Gratiano titulum CHRISTIANISSIMI omniũ PRINCIPVM; p. 338.
S. *Amor* Abbas; p. 343.
Amorbach ſive *Amerbach* Monaſterium; p. 342.
Impriſia pro Emblemate vel Symbolo; p. 345.
S. *Anaſtaſij* Sinaitæ Quæſtiones & Reſponſiones Sacræ; p. 380.
Angeli ſive Genij cœleſtes ſunt ſymbolum Providentiæ & Protectionis divinæ; p. 378.
Anglorum peregrinationes, p. 386.

Anna Britanniæ Minoris hæres, Imp. Maximiliani I ſponſa, à Rege Galliæ Carolo Octavo contra datam fidem publicam rapta; p.341.
Anna de Hobenberg, uxor Imp. Rudolphi I; p.330.
Annius Viterbienſis; vide *Joannes*.
Annona, annonari; p.368.
Ante-conſilia pravorum Miniſtrorum aulicorum; p. 366.
Antiochus author Pandectes SS. pag. 138
Antonia Gens, p.363.
Antonij Senenſis Chronicon & Bibliotheca Ordinis Fratrum Prædicatorum ſupplentur; p 326.
Apicij luxuria; p. 351.
Apicius; vide *Cælius*.
Aquilarum & Cygnorum antipathia; p. 376, 377.
Arabegyptij p. 369.
Archoleontes, Agrioleontes, Argoleontes; p. 371.
Arcis Ambraſianæ Columnæ milliariæ; p.380.
Aſini Encomium & Apologia; p.348.
Augerij Busbeckij Epiſtolæ duæ ad Hugonem Blotium, antehac ineditæ, p.289, 290.
Auguſti titulus ſolis debetur Imperatoribus Romanis, tanquam ſucceſſoribus Imp. Octaviani Auguſti; p. 338, 360, 361, 363.
Aulus Gellius emendatur & illuſtratur p. 377.
Aurelia Gens; p.349, 363.
Auruneuleja Gens, p. 349.

B.

Barberinus; vide *Franciſcus*.
Barnabæ Briſſonij editio Teſtamenti M.Grunnij Corocottæ corrigitur & illuſtratur p.348 & deinceps uſq; ad pag. 374.
Beatus propriè dicitur Deus; p.289.
Bebelius; vide *Henricus*.
Beduellus p. 385.
Belbi, Hyænæ, beluæ; p.371.
Card. *Beſſarionis* Bibliotheca; vide *Bibliotheca*.
Biblia Sacra Polyglotta varia; p.294.
Bibliorum Sacrorum Germanicorum editiones antiquæ ante Lutheri hæreſin; p.295.
Bibliotheca Ægyptiaca vetuſtiſſima Regis Oſymanduis; p. 287.
Bibliotheca Cardinalis Beſſarionis Venetijs, ejúſque Catalogus MStus in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ; p.380, 381.
Bibliotheca Cardinalis Beſſarionis Venetijs; p. 344.
Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſis MANVSCRIPTA cõſtat plusquàm DECEM MILLIBVS Voluminum; IMPRESSA autem pluſquàm NONAGINTA MILLIBVS Voluminum; p. 293.
Bibliotheca Cæſareæ Vindobonenſis IMPRESSÆ præſens Ordo ſecundùm ſex primarias Claſſes & unicuique Claſſi ſubjectas præcipuas Materias; pag. 293 & deinceps uſque ad pag. 325.
Bibliothecæ Cæſareæ antiquus Catalogus rudis, vitioſus, ineptus, imperfectus & mutilus, p.383, 385.
Bibliotheca Cæſareæ Vindobonenſis Incrementum per Bibliothecam Lambecianam; p. 288, 289.
Bibliotheca mea Hamburgo Vindobonam translata, & Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ inſerta; p. 288
Bibliotheca, Medicina Animæ; p. 287.
Billius; vide *Jacobus*.
Blotia; vide *Vrſula*.
Blotius vide *Hugo*.
S. *Bonifacius* Archiepiſcopus Moguntinus; p. 343.
Braſſicanus; vide *Joannes*.
Briſſonius; vide *Barnabas*.
Brunna, Vrbs Moraviæ; p.345, 346.
Bruſchius; vide *Caſpar*.
Bubularij, Bubalarij, p.357.
Bucelinus; vide *Gabriel*
Bullatum monile aureum, p. 377.
Burchardus Comes de Hohenberg; p. 330.
Burggravius de Norimberg; vide *Fridericus*.
Buſenellus; vide *Alexander*.

Bus

Busbeckius; vide *Augerius*.

C.

C*Ælij* Apicij Libri decem de Re culinariâ emendantur & illuſtrantur p. 352, 353, 354, 357, 358, 373, 374.
Caſar, futurus ſive deſignatus Imperator, p. 361, 369.
Cæſaris titulus ſolis competit Imperatoribus Romanis, tanquam ſucceſſoribus Imp. C. Julij Cæſaris; p. 338.
Cæſarius frater S. Gregorij Nazianzeni, ejúſque Dialogi; p. 386, 387.
Calendæ Lucerninæ, p. 351, 352, 353, 369.
Calendarium Romanum ethnicæ vetuſtatis à Joanne Raſſio editū, p. 353.
Canina facundia ſive eloquentia, pag. 356.
Canini dentes, Rixationis ſymbolum, p. 356.
Caniſius; vide *Henricus*,
Capellanus, Capellianus; p. 371.
Capitolinus; vide *Julius*.
Carnuntum pag. 372.
Caroli Magni titulus, antequam Imperator Romanorum declaratus eſt; p. 337.
Imp. *Caroli* Magni Codex Epiſtolarum Pontificū Romanorum illuſtratur & explicatur; p. 337, 339.
Imp. *Caroli* Magni Sepulcrum ejúſque Inſcriptio, p 339, 340.
Carolus Magnus fuit Patricius Romanorum, antequam Imperator declaratus eſt; p 337, 339.
Imp. *Carolus* Magnus fuit natione verus Germanus, & patrio ſermone Germanico uſus eſt, p. 339.
Carolus Martellus Major Domûs Regni Francorum; p. 343,
Carolus Martellus Major Domûs reſpectu Regis Francorum vocatur Subregulus; p. 339.
Caroli Octavi, Regis Galliæ, facinus nefandum; p. 341. Cognominatur Strumoſus; ibidem.
Carpus, ſciſſor obſonij, p. 350.
